# Orbis Terrarum Catholicus.

# ORBIS TERRARUM CATHOLICUS

SIVE

## TOTIUS ECCLESIÆ CATHOLICÆ

## ET OCCIDENTIS ET ORIENTIS

## CONSPECTUS GEOGRAPHICUS ET STATISTICUS

ELUCUBRATUS PER

**O. WERNER S. J.**

EX RELATIONIBUS AD SACRAS CONGREGATIONES ROMANAS MISSIS ET ALIIS NOTITIIS OBSERVATIONIBUSQUE FIDE DIGNIS.

**FRIBURGI BRISGOVIÆ.**
SUMPTIBUS HERDER, TYPOGRAPHI EDITORIS PONTIFICII.
MDCCCXC.
EJUSDEM LIBRARIÆ ÆDES SUNT *VINDOBONÆ, ARGENTORATI, MONACHII* ATQUE IN URBE *S. LUDOVICI* AMERICANA.

Typis Herderianis Friburgi Brisgoviae.

# PRÆFATIO.

QUANTA sit geographiae et statisticae ecclesiasticae utilitas, multis hic exponere superfluum esse censemus, quum omnes perspectum habeant, 1) hanc disciplinam non secus ac chronologiam historiae ecclesiasticae faces praeferre, 2) eandem viris in negotiis ecclesiasticis occupatis multa usui quotidiano accommodata subministrare documenta, 3) ex ea etiam quoslibet catholicae familiae homines magnitudinem, virtutem, pulchritudinem suae religionis edoceri, animoque recreari et instigari, ut alacrius fortiusque Sanctae Apostolicae Ecclesiae totum per orbem dilatatae adhaereant. Hanc Sanctae Ecclesiae nostrae catholicae pulchritudinem Sanctissimus Papa Leo XIII., de ejus augmento ipse praeclarissime meritus, his verbis, quae ad Polonos Romam anno Jubilaei 1888 obsequii causa profectos d. 21. Apr. locutus est, luculenter expressit:

> „Utique nobilissima haec est et verae Christi Ecclesiae unice propria laus, populos uno omnes complexu tenere conjunctos simulque efficere, ut permanente morum atque originum discrimine, idem tamen universi sentiant idemque velint. Quod ad diversos caeremoniarum sanctissimarum ritus attinet, profecto Apostolica Sedes, quemadmodum re ipsa semper perspectum est, non modo non recusat, sed volens et libens concedit, ut gentes singulae consuetudines legitimas traditumque a majoribus morem custodiant ac tueantur. — Tanta in unitate varietas, regii instar amictus est, specie formaque varia conspicui, quo immaculata Christi sponsa magis efficitur ad spectandum insignis."

Et profecto quam sublime est videre occidentem et orientem, orbem terrarum catholicum universum ejusque bis milies et trecenties centena milia incolarum natione rituque diversorum hierarchice distributos dioecesibus, archidioecesibus, provinciis ecclesiasticis, patriarchatibus, eosdemque sub uno capite perfectissime unitos!

> „Quare sic omnino statuendum est, nihil vel ad pulchritudinem elegantius vel ad sanctitatem divinius vel ad praestantiam sublimius cogitari posse, quam hanc omnium fidelium parentem, procreatricem ac nutricem Ecclesiam, extra quam nihil bonum, nihil sincerum, nihil animae fructuosum esse potest."

Descriptionem igitur geographicam et statisticam catholicae orientis et occidentis Ecclesiae, tam provinciarum Sedis Apostolicae quam missionum Sacrae Congregationis de propaganda fide exarare in animo erat. Quod consilium ut perficeretur, ea quae varii auctores sparsim variis locis scripserunt erant colligenda; sed istis documentis minime sufficientibus opportune contigit, ut e copiosis archivorum Romanorum thesauris haurire liceret atque eas litteras consulere, quibus ad formulas interrogatorias superiore auctoritate ad omnium ecclesiarum orientalium antistites et earum occidentis latinarum, de quibus aliunde nihil certi innotuerat, transmissas responsum est.

Non exigui autem laboris fuit, eas responsiones, maxime quae e linguis orientalibus interpretum ope vertendae erant, perscrutari, quandoquidem obtenta relationum versione nomina geographica difficulter recognosci

ac verificari poterant, et quod incolarum recensibus in oriente aliisque quibusdam regionibus parum excultis numeri indicati multiplicem comparationem postulabant.

Cum tota elucubratio, uti coepta est, ita absoluta Romae sit, ubi occasio viros rerum ecclesiasticarum, de quibus agebatur, peritissimos consulendi oblata erat, pleraeque earum difficultatum vinci potuerunt.

Reliquum est, ut hoc loco grati animi tributum exprimam omnibus iis, sine quorum interventu et concursu opus hoc neque tam uniforme neque tam authenticum fieri potuisset. Libentissime hoc debitum solvo atque viris his optime meritis gratias sincerissimas ago. Verum omnibus etiam illis gratitudinem hic exhibitam volo, qui mediate aut immediate sive materiis collatis sive versionibus confectis sive consiliis et subsidiis benevolentissimis effecerunt, ut labor susceptus citius finiretur. Praecipue neque mediocri studio operam suam ad hanc novam editionem perficiendam contulit R. P. Matthias Reichmann S. J.

His tamen conatibus nondum omnium votis satisfactum erit, defectus et errores fortasse apparebunt; neque id mirum est in hujusmodi opere, quod initium tantum quoddam esse vult descriptionis geographicae et statisticae Sanctae catholicae Ecclesiae. Quare veniam lectorum et consilia eorum, qui certa quaelibet desiderata proponenda repererint, rogo data opportunitate libenter rationem habiturus.

In castello Raeckelvicensi, IV. Nonas Majas 1890.

Auctor.

# CONSPECTUS SYNOPTICUS.

## Caput primum.

# De Hierarchia catholica seu de Principatu ecclesiastico.

„Docemus proinde et declaramus, Ecclesiam Romanam, disponente Domino, super omnes alias ordinariae potestatis obtinere Principatum, et hanc Romani Pontificis jurisdictionis potestatem, quae vere episcopalis est, immediatam esse; erga quam cujuscumque ritus et dignitatis pastores atque fideles, tam seorsum singuli quam simul omnes, officio hierarchicae subordinationis, veraeque obedientiae obstringuntur, non solum in rebus, quae ad fidem et mores, sed etiam in iis, quae ad disciplinam et regimen Ecclesiae per totum orbem diffusae pertinent; ita ut custodita cum Romano Pontifice tam communionis, quam ejusdem fidei professionis unitate, Ecclesia Christi sit unus grex sub uno summo pastore. Haec est catholicae veritatis doctrina, a qua deviare salva fide atque salute nemo potest.“

(Conc. Vat. Const. de Eccl. c. 3.)

1. UNIVERSA per orbem terrarum Ecclesia regitur ab episcopo Romano, Beati Petri apostolorum principis successore, ut pro tempore quisque illius cathedram in antiquo orbis capite et regina, Roma Urbe, constitutam obtinet. Qui supremus Jesu Christi Ecclesiae rector in terris visibilis insignitur nomine Papae, quod quidem in occidente inde a saeculo sexto solius antistitis Romani proprium est, alias vocari solet Summus Pontifex, Pontifex Maximus, Vicarius Christi, Vicarius Dei.

Fungitur praeterea munere patriarchae occidentis, Italiae primatis, metropolitae provinciae Romanae, velut dioecesium suburbicariarium, quae sunt sex Latii ecclesiae circa Urbem sitae, earumque dioecesium, quibus alius metropolita non praeest.

Nostris diebus caput et rector universae Ecclesiae catholicae praeest gloriosissime

Sua Sanctitas

**Leo Papa XIII.**

Vincentius Joachim Raphael Aloysius Pecci, natus Carpineti, dioeceseos Anagniae, in Statibus Pontificiis, d. 2. Mart. a. 1810; Presbyter ordinatus d. 31. Dec. a. 1837 et brevi post a Gregorio XVI. Protonotarius apostolicus nec non Legatus Beneventi, Spoleti et tandem Perusiae designatus est; Archiepiscopus Damiettae in part. infid. praeconisatus d. 17. Jan. a. 1843 in Belgium Nuntius mittitur. Die 19. Jan. 1846 ad sedem episcopalem Perusinam translatus et sub Pontificatu Pii IX. d. 19. Dec. 1853 in Consistorio secreto Cardinalis presbyter tituli S. Chrysogoni creatus. A. 1877 Camerlingus nominatus, post fata vero Pii IX. felicis memoriae Summus Pontifex d. 20. Febr. 1878 electus, dein 3. Mart. eodem anno coronatus est, in ordine successorum Sancti Petri ducentesimus sexagesimus secundus (secundum alios 258).

2. In hac tam longa et diuturna Summorum Pontificum serie nihil non magnum, nobile, catholicum est, genere et natione alii Asiani, alii Afri, alii variarum gentium erant Europaei: S. Petrus, apostolus et princeps apostolorum, Galilaeus; S. Anicetus (a. 157—167) natione Syrus; S. Eleutherius (Ἐλεύθερος. 177—189) Graecus; S. Victor I. (190—202) Afer; S. Sixtus II. (257—258) Atheniensis; S. Gajus (283—296) Dalmata; S. Eusebius (309) Calaber; S. Melchiades (310 ad 314) Afer; Joannes V. (685—686) Syrus; Joannes VI. (701—705) et Joannes VII. (705—707) Graeci; Sisinus (708) et Constantinus (708—715) Syri; Gregorius V. (996—999) Germanus; Sylvester II. (999 ad 1003) Gallus; Clemens II. (1046—1047) Saxo; Damasus II. (1048) Bavarus; Nicolaus II. (1059—1061) Burgundus; Hadrianus IV. (1154—1159) Anglus; Urbanus IV. (1261—1264) Gallus; Joannes XXI. (1276 ad 1277) Lusitanus; Alexander V. (1409—1410) Cretensis; Calixtus III. (1455—1458) Hispanus; Hadrianus VI. (1522—1523) Batavus; plerique autem fuerunt Romani[1].

3. Supremi atque universalis Ecclesiae rectoris sedes et cathedra est Roma, quae olim fuit caput orbis terrarum. In ea autem Urbe non ita solum Pontifex Maximus residet, ut sit praesul totius Ecclesiae summus atque episcopus Romanae dioecesis, sed civilis etiam status ecclesiastici rex et princeps patrimonii Petri.

Civilis hic Romanorum Pontificum principatus ipsa rerum natura procreatus est perpetuoque exigitur, ut eorum in Ecclesia regenda libertati, securitati et immunitati convenienter provideatur, neque institutionis est mere Italicae, sed Europaeae atque adeo inter-

[1] Plures sin minus omnes trium priorum saeculorum Romani Pontifices insuper nobili martyrii corona insigniti sunt, qua de re contra recentiores erudite agit „Introductio generalis ad historiam ecclesiasticam critice tractandam auctore P. Carolo de Smedt“. Gandavi 1876, p. 12. 13.

nationalis et universalis. „Oportebat sane,“ ita plurimorum episcoporum consentiens habet testimonium, „totius Ecclesiae caput, Romanum Pontificem, nulli principi esse subjectum, imo nullius hospitem; sed in proprio dominio ac regno sedentem suimet juris esse et immobili, tranquilla et alma libertate catholicam fidem tueri ac propugnare, totamque regere ac gubernare christianam rempublicam“ [1].

4. Monarchicum Ecclesiae regimen aristocratico temperatur, i. e. praeter monarchicum Petri munus, quo vocatus est in plenitudinem potestatis, aristocraticum regimen institutum est, quo alii vocati sunt in partem sollicitudinis. Quis enim dicet omissum quidquam ab aeterna Sapientia ad bonum Ecclesiae et non institutum illud, quod ei erat conducibilius? fuisse autem multo conducibilius universae Ecclesiae, inquit Sanctus Basilius, Caesareae Cappadociae episcopus, ut in plures episcopos sollicitudo haec divideretur, e rebus ipsis manifestum esse arbitror.

Cum Pontifice Romano uniti et juncti episcopi Ecclesiam regunt omnisque potestas ecclesiastica aut a Papa aut ab episcopo derivatur. In hac autem potestate ecclesiastica duo diversae naturae elementa discernenda sunt, altera enim est *potestas ordinis* sive habilitas ad quasdam sacras functiones obeundas, quae ordinatione acquiritur quaeque in *charactere indelebili* ac perpetuo in anima inhaerente fundatur; altera potestas jurisdictionis sive facultas munium quorundam ecclesiasticorum valide exercendorum.

Spectato *ordine* omnes episcopi inter se et cum Papa pari consistunt gradu; in *jurisdictione* primitivi et jure divino constituti sunt gradus:

Primatus papalis, episcopatus, presbyteratus, diaconatus. Ex episcopatu autem labente tempore enati sunt proximi ad Pontificis auctoritatem patriarchae, deinde primates seu catholici, qui et exarchi, porro archiepiscopi sive metropolitae arctiore sensu nuncupati.

5. Inter patriarchas autem hodierno tempore tres sunt patriarchae titulares ritus latini Romae commorantes: Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus. Eodem modo patriarchatus Hierosolymitanus merus fuerat dignitatis titulus, antequam Pius IX. a. 1847 conventione cum Porta Ottomanica facta residentiam et jurisdictionem patriarchatus ritus latini in urbe Hierosolymorum restituit. Reliqui patriarchatus sunt: Melchitarum Antiochenus et Alexandrinus et Hierosolymitanus, Maronitarum Antiochenus, Syrorum Antiochenus, Chaldaeorum Babyloniensis, Armenorum Ciliciae.

Occidentalibus etiam quibusdam episcopis Papa merae dignitatis gratia patriarchae titulum contulit, nempe episcopis Veneto et Ulysipponensi et summo capellano regis Hispaniae episcopoque exercitus Hispani, qui nomine patriarchae Indiarum occidentalium insignitur. Hi vero patriarchae minores vocantur. Leo Papa XIII. nuperrime patriarchatum „ad honorem“ Indiarum orientalium cum residentia in urbe Goa creavit.

Sedes patriarchales in ordine hierarchico sequuntur sedes archiepiscopales, episcopales, nullius dioeceseos (abbates, praelati, cet. episcopali dignitate insigniti), et denique apostolicae delegationes, vicariatus, praefecturae S. Congregationi de propaganda fide subditae.

---

## Caput secundum.

# De diffusione Catholicorum per orbem.

„Praedicationem et fidem Ecclesia, in universum mundum disseminata, diligenter custodit, quasi unam domum inhabitans: et similiter credit iis, videlicet quasi unam animam habens, et unum cor, et consonanter haec praedicat, et docet, et tradit, quasi unum possidens os. Nam etsi in mundo loquelae dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis una et eadem est. Et neque hae quae in Germania sunt fundatae Ecclesiae aliter credunt, aut aliter tradunt; neque hae quae in Hiberis sunt, neque hae quae in Celtis, neque hae quae in Oriente, neque hae quae in Aegypto, neque hae quae in Libya, neque hae quae in medio mundi constitutae: sed sicut Sol, creatura Dei, in universo mundo unus et idem est; sic et lumen, praedicatio veritatis, ubique lucet, et illuminat omnes homines, qui volunt ad cognitionem veritatis venire.“

S. Irenaeus.

1. Ad Ecclesiae catholicae incrementum, quantum ad fidelium numerum pertinet, aliquatenus illustrandum et elucidandum conati sunt quidam subinde omnium christianorum et catholicorum et acatholicorum multitudinem, quae singulis saeculis fuisset, conjectura assequi, neque tamen ejusmodi tentamina praecisione, quam nunc vocant, statistica gloriari praesumunt. Secundum hos igitur calculorum conatus augmentum christianorum a primo ad duodevicesimum saeculum hoc fere progressu evenit:

| Saeculo | Christiani et cath. et acath. | Saeculo | Christiani et cath. et acath. |
|---|---|---|---|
| I . . . . . | 500 000 | XI . . . . | 70 000 000 |
| II . . . . . | 2 000 000 | XII . . . . | 80 000 000 |
| III . . . . . | 5 000 000 | XIII . . . . | 85 000 000 |
| IV . . . . . | 10 000 000 | XIV . . . . | 92 000 000 |
| V . . . . . | 15 000 000 | XV . . . . | 100 000 000 |
| VI . . . . . | 20 000 000 | XVI . . . . | 125 000 000 |
| VII . . . . . | 25 000 000 | XVII . . . . | 150 000 000 |
| VIII . . . . . | 30 000 000 | XVIII . . . . | 200 000 000 |
| IX. . . . . . | 40 000 000 | XIX amplius . | 300 000 000 |
| X . . . . . | 50 000 000 | | |

[1] Acta consistorii habiti die 9. Junii a. 1862.

2. Si consimili ratione statum numericum Christianitatum acatholicarum a saeculo maxime IX. et XVI. juxta statum catholicorum, item eorum, qui Christiani non sunt, juxta numerum Christianorum per varia saecula tam certo et accurato modo persequi liceret, quam hic incerta et vaga ratione indicati sunt numeri Christianorum crescentes, qua evidentia profecto ex ea serie ecclesiae Christi fata et gesta ante oculos proponerentur!

De priore nostri saeculi dimidio ejusmodi synopsis comparativa ex variis fontibus componi potest, in qua Christiani in tria quasi castra vel sectiones dividuntur, primo loco est ecclesia catholica, dein dissidentes orientalis ecclesiae, denique dissidentes occidentalis ecclesiae.

| Sectiones Christianorum. | Ex relatione Societatis biblicae 1824. | Ex ephemerid. „Allg. Kirchen-Zeitung“ 1826. | Auct. Hassel 1824. | Ex ephemerid. „Wiener Ztg.“ 1854. |
|---|---|---|---|---|
| Ecclesia Cathol | 90 000 000 | 129 550 000 | 135 000 000 | 200 000 000 |
| Dissidentes ecclesiae orient. | 35 000 000 | 41 000 000 | 56 000 000 | 70 000 000 |
| Dissidentes eccles. occident. | 75 000 000 | 57 000 000 | 56 000 000 | 80 000 000 |
| Summa omnium Christianorum | 200 000 000 | 227 550 000 | 247 000 000 | 350 000 000 |

3. De eodem temporis spatio comparationem instituere licet inter numerum omnium Christianorum et Judaeorum, Mahumetanorum paganorumque, quam subjecta tabella **milia** indicans exhibet.

| Numeri approximativi secundum: | Christiani. | Judaei. | Mahumetani. | Pagani. | Summa omnium hominum. |
|---|---|---|---|---|---|
| Malte Brun 1810 . . | 228 000 | 5 000 | 110 000 | 310 000 | 653 000 |
| Hassel 1817 . . . . | 254 000 | 3 930 | 120 105 | 561 820 | 967 000 |
| Societ. bibl. angl. 1824 | 200 000 | 2 500 | 140 000 | 657 000 | 1 000 000 |
| „Allg. Kirchenztg.“ 1826 | 234 495 | 2 620 | 115 120 | 475 780 | 828 450 |
| Balbi 1826 . . . . | 260 000 | 4 000 | 96 000 | 377 000 | 737 000 |
| „Ausland“ 1830 . . . | 267 890 | 3 260 | 137 700 | 463 150 | 872 000 |

Numeri quidem a „societate biblica“ Anglorum dati omnibus contradicere conspiciuntur aliorum auctorum supputationibus, qui numerum catholicorum majorem habent numero omnium reliquorum Christianorum; alter etiam error in eo est, quod multitudo asseclarum secessionis occidentalis duplo et amplius major statuitur quam schismatis orientalis; qui error in recentioribus aestimationibus correctus est.

4. Quod si aestimatio illa, quae ex ephemeride „Ausland“ a. 1830 producta est, non solum secundum sectiones ibi factas, sed etiam secundum Brahmanismum, Buddhismum aliasque similes sectas specificatur, oritur tabella juxta posita.

Ex datis huius tabellae resultat thesis: *Numerus asseclarum religionis Christianae anno 1830 quemlibet aliarum diversarum in orbe religionum superavit numerum asseclarum. Numerus catholicorum superavit numerum omnium Christianorum a catholica ecclesia dissidentium.*

**Tabella religionum (ex ephemeride „Allg. Kirchenzeitung“ 1831).**

| Numeri approximativi asseclarum. | In Europa. | In Asia. | In Africa. | In America. | In Australia. | In toto orbe. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Christianorum ecclesiae Romanae | 114 500 000 | 3 100 000 | 1 110 000 | 23 420 000 | 15 000 | 142 145 000 |
| Protestantismi omniumque neque Romanae nec Graecae ecclesiae addictarum sectarum occident. | 49 200 000 | 700 000 | 180 000 | 12 620 000 | 85 000 | 62 785 000 |
| Ecclesiae Graecae . . . . | 47 500 000 | 9 600 000 | 10 000 | (1000) | — | 57 110 000 |
| Armeniacae, Copticae aliarumque a catholica et Graeca (schism.) dissidentium sectarum Monophys. et orientalium . . . | — | 2 850 000 | 3 000 000 | — | — | 5 850 000 |
| Christianorum omnium | 211 200 000 | 16 250 000 | 4 300 000 | 36 040 000 | 100 000 | 267 890 000 |
| Religionis Judaicae . . . . | 1 800 000 | 750 000 | 700 000 | 10 000 | — | 3260 000 |
| „ Mahumeticae . . . . | 3 500 000 | 79 000 000 | 55 000 000 | — | 200 000 | 137 700 000 |
| „ Brahmanicae . . . . | — | 117 000 000 | — | — | — | 117 000 000 |
| „ Buddhisticae item doctrinae Confutii . . . | — | 230 000 000 | — | — | 200 000 | 230 200 000 |
| „ Schamanicae (Lamaicae) | — | 42 000 000 | — | 350 000 | — | 42 350 000 |
| Fetischismi (idololatriae) aliarumque sectarum paganarum | — | 10 000 000 | 60 000 000 | 2 100 000 | 1 500 000 | 73 600 000 |
| Summa totalis | 216 500 000 | 495 000 000 | 120 000 000 | 38 500 000 | 2 000 000 | 872 600 000 |

5. Post medium saeculum nostrum summa omnium Christianorum catholicorum 200 000 000, orientalium acatholicorum 75 100 000, protestantium 80 000 000 fuit.

Ecclesiae enim catholicae Romanae erant fideles:

| | |
|---|---|
| ritus Latini . . . . . . . . . . . . . | 194 500 000 |
| „ Graeci . . . . . . . . . . . . . | 4 500 000 |
| „ Syro-Maronitici . . . . . . . . . . . | 530 000 |
| „ Syriaci . . . . . . . . . . . . . | 35 000 |
| „ Armeniaci . . . . . . . . . . . . | (?) 200 000 |
| „ Coptici . . . . . . . . . . . . . | 15 000 |
| „ Syro-Chaldaici et Syro-Malabarici . . . . | 220 000 |
| Summa | 200 000 000 |

et hi quidem sub *uno capite* in *una fide.*

Ecclesiarum orientalium erant:

| | | |
|---|---|---|
| Graeci schismatici | . . . . . . . . . . | 64 000 000 |
| Monophysitae | Jacobitae . . . . . . . . . | 600 000 |
| | Armeni Gregoriani . . . . . . | 2 900 000 |
| | Copti . . . . . . . . . . . | 200 000 |
| | Aethiopes . . . . . . . . . . | 1 800 000 |
| Chaldaei Nestoriani . . . . . . . . . . | | 500 000 |
| | Summa | 70 000 000 |

sed hi sub *quot capitibus?*

Ad protestantes pertinebant:

| | |
|---|---|
| Lutherani | 18 000 000 |
| Anglicani | 15 000 000 |
| Evangelici qui vocantur uniti | 12 000 000 |
| Calvinistae (Germ. Holl. Helvet.) | 7 000 000 |
| Methodistae | 6 000 000 |
| Presbyteriani | 5 000 000 |
| Baptistae Calviniani | 5 000 000 |
| Alii sectarii | 12 000 000 |
| Summa | 80 000 000 |

Unde liquet, *post medium saeculum praesens ecclesiam catholicam multo majorem adhaerentium numerum habuisse 1) quam omnes simul ecclesiae orientales, 2) quam protestanticae sectae universae, 3) quam omnes acatholicorum coetus Christiani (occidentales et orientales) simul sumpti.*

6. Estne in his proportionibus quidquam exinde mutatum?

Numerus omnium orbis nostri incolarum 1400000000 superat; e quibus c. 230 000 000 catholicam ecclesiam sequuntur, 215 000 000 acatholicas professiones Christianas quarumlibet denominationum; Mahumetani omnino sunt c. 210 000 000; Buddhistae (et Confutiani ac Schamani) c. 448 000 000; Brahmanistae c. 188 000 000; pagani c. 120 000 000; Judaei 6 500 000.

Ab his numeris diversam edidit descriptionem A. Scobel apud Droysen, Handatlas 1886, p. 921, quae ita habet:

**Frequentia religionum diversarum.**

| | Christiani. | Mahumetani. | Pagani. | Buddhistae. | Brahmanistae. |
|---|---|---|---|---|---|
| Europa | 316 108 250 | 7 454 650 | 263 060 | 107 500 | — |
| Asia | 12 593 450 | 95 634 350 | 13 808 980 | 447 826 580 | 187 947 450 |
| Africa | 8 814 600 | 83 267 000 | 76 464 800 | — | — |
| America | 101 549 400 | — | 408 800 | — | — |
| Australia | 3 285 300 | — | 1 237 500 | 35 700 | — |
| Summa | 442 351 000 | 186 356 000 | 92 182 340 | 447 969 780 | 187 947 450 |

Aegre aliquis ferat, quod hic catholicorum et acatholicorum census sit omissus. Nonnulli etiam numeri justo majores positi sunt, ut Christianorum Africae, alii inferiores, velut Mahumetanorum et paganorum; ad genus denique Buddhistarum Confutiani etiam aliique adnumerantur. Ceterum consequens ex iis, quae supra praemissa sunt, hoc est, nunc temporis etiam ecclesiam catholicam numero asseclarum omnes Christianos acatholicos (et orientales et occidentales) vincere.

## Caput tertium.

# Italia.

1. Italia totius orbis regionum celeberrima est. Hinc Infero mari, quod Graeci Tyrrhenum nuncupant, hinc Supero, quod iidem Adriaticum appellant, hinc Alpibus ipsis, praecelsis, salebrosis asperrimisque montibus cingitur. Quae felicissima regio incolis suis omne, quo humana vita carere non debet, tam affluenter suppeditat, ut nihil adventitii boni ab eis desideretur, unde multi antiquitus populi sedibus suis relictis in eam ad habitandum accesserunt. Eam felicem et perbeatam coeli clementia ac temperie regionem, cujus incolae omnibus ingenuis disciplinis usque adeo eminuerunt, ut ipsa merito omnium liberalium artium, bonarumque literarum omnium gentium magistra dici posset, Deus Optimus Maximus orbis terrarum reginam fore, in eaque coelestis, hoc est, spiritualis ecclesiae in qua suae sanctae domicilium ac solium in aeternum esse voluit. Haec pauca de laudibus Italiae.

2. **Superficies.** Ex novissima dimensione geometrica regni Italici, descripta libello [1], quod opera et studio Instituti geographici militum prodiit, superficies regni, quale nunc vi factorum existit, indicatur $286\,588_{,3}$ kilometrorum quadrorum, e quibus attribuuntur:

1) paeninsulae Italiae . . . $236\,402_{,1720}$ kmq.
2) insulis continenti adiacentibus $368_{,8649}$ „
3) Siciliae . . . . . . . . $25\,461_{,2535}$ „
4) insulis Siculis (Liparum etc.) $278_{,8147}$ „
5) Sardiniae . . . . . . . $23\,799_{,3607}$ „
6) insulis Sardiniensibus . . $277_{,6072}$ „

Ex opere autem „Superficie de l'Europe", St. Pétersbourg 1882 auctore J. Strelbitský, mensura habetur 296 323 kilom. quadr.

3. **Incolae.** Ex publicis documentis ac descriptione a. 1884 (31. Dec.) facta in Italia universim numerati sunt homines 29 361 032, qui numerus pro anno priore, quo erant 29 000 652, non mediocre exhibet augmentum. Exeunte autem anno 1887 incolae erant 30 260 065 [1].

Incolae Italiae singulis districtibus „Compartimenti" distributi sunt hoc modo:

[1] „Superficie del regno d' Italia valutata nel 1884." Firenze, Tip. Barbèra 1885.

[1] Deutsche Rundschau für Geographie und Statistik 1888. Heft 1.

| Compartimenti. | Superficies (kil. quadr.) ex Strelbitsky. | Incolae 31. Dec. 1884. | Incolae 31. Dec. 1887. |
|---|---|---|---|
| *Italia superior sive septentrionalis:* | | | |
| Pedemontium | 29 494,1 | 3 140 568 | 3 233 431 |
| Liguria | 5 407,0 | 911 018 | 930 609 |
| Lombardia | 24 205,1 | 3 793 918 | 3 916 114 |
| Venetia | 24 025,0 | 2 916 098 | 3 010 345 |
| *Italia media seu centralis:* | | | |
| Aemilia | 20 749,6 | 2 235 729 | 2 303 050 |
| Umbria | 9 474,2 | 590 358 | 610 306 |
| Marchiae | 9 835,2 | 966 533 | 998 968 |
| Tuscia | 24 062,2 | 2 267 657 | 2 340 104 |
| Roma (Latium) | 12 170,2 | 926 732 | 960 440 |
| *Italia inferior seu meridionalis:* | | | |
| Aprutii | 17 008,3 | 1 369 631 | 1 409 871 |
| Campania | 16 556,7 | 2 979 004 | 3 065 060 |
| Apulia | 20 510,0 | 1 658 919 | 1 685 505 |
| Basilicata | 10 354,2 | 545 242 | 546 662 |
| Calabria | 15 048,0 | 1 292 330 | 1 333 660 |
| *Italia insularis:* | | | |
| Sicilia | 25 798,0 | 3 061 101 | 3 192 108 |
| Sardinia | 23 842,0 | 706 194 | 723 833 |

4. Italiae populi praeter numerum satis exiguum Christianorum acatholicorum Judaeorumque Catholicae ecclesiae fidem profitentur.

Christiani acatholici[1] in varias sectas discedunt, quarum guberuium Italicum a. 1881 instituit censum sectariorum. Numerabantur igitur:

11 641 Waldenses in saltibus Pedemontii,
3225 Waldenses alii,
1250 sectatores Ecclesiae Christianae Liberae,
1780 „ Ecclesiae Italicae Liberae,
1428 „ Wesleyani (Methodistae),
748 „ Methodistae Episcopales,
210 asseclae conventiculi „Southern Baptist Convention U. S. A.",
293 „ conventiculi „Open Baptist Communion".
16 „ Baptistae,
128 „ Baptistae Christiani et Apostolici,
190 (?) „ Baptistae Evangelici Itali et Angli,
30 „ Evangelici Independentes,

in summa igitur 20 939 homines Itali societatibus religiosis acatholicis addicti. Quibus addendi sunt 3660 sectatores aliarum societatum exterarum, ita ut in Italia 24 599 Christiani Itali invenirentur, qui fidem Ecclesiae catholicae non profiterentur.

Protestanticorum qui non sint originis Italicae fere sunt 30 000; ex his 22 000 perpetuum habent in Italia domicilium.

Numerus Judaeorum ad 36 289 pertingit (a. 1881), qui singulas provincias incolunt hac ratione:

*Pedemontium* 6543 (ex his Alexandriae sunt 2225, Cunei 814, Novariae 752, Taurini 2752); *Liguriam* 553 (Ianuae 553); *Lombardiam* 2819 (Brixiae 37, Cremonae 21, Mantuae 1641, Mediolani 1120); *Venetiam* 5093 (Paduae 1044, Rhodigii 334, Tarvisii 161, Utini 64, Venetiis 2451, Veronae 957, Vicentiae 61); *Aemiliam* 5094 (Bononiae 492, Ferrariae 1891, Mutinae 1201, Parmae 367, Placentiae 255, Ravennae 252, Fori Livii 10, Regii 620); *Umbriam* 103 (Perusii 103); *Marchias* 2265 (Anconae 1938, Asculi Piceni 53, Pisauri et Urbini 274); *Etruriam* 7300 (Florentiae 2046, Roseti 273, Liburni 4055, Lucae 35, Massae Carrariae 55, Pisis 636, Senis 200); *Romanam* 6210, *Campaniam* 300 (Neapoli 300), *Apuliam* 9 (Barii 9).

5. Divisio ecclesiastica Italiae. Italia tota dividitur in dioecesim Pontificiam Romanam, dioeceses suburbicarias 6, in archidioeceses sine provinciis ecclesiasticis et dioeceses exemtas seu Sanctae Sedi immediate subjectas 73, in ecclesias metropolitanas 37, in dioeceses suffraganeas 146, porro in abbatias et praelaturas Nullius dioeceseos. Insuper dioecesis Gallica Sancti Joannis in Mauriana, quae est suffraganea archidioecesi Cameriensi, amplectitur communitatem civilem Italicam vulgo Ferrara Cenisio nuncupatam in districtu Susano provinciae Taurinensis. Per totam igitur Italiam sunt dioeceses 275 (quo in numero includitur dioecesis S. Joannis in Mauriana).

## Provincia ecclesiastica Romana.

1. Provincia ecclesiastica Romana non iisdem semper terminis erat definita, sed ejus amplitudo modo major, modo minor existebat. Et primo quidem, quidquid est de tribus prioribus saeculis, quibus nullum in Italia, sive etiam in Occidente, fuisse metropolitanum praeter Romanum opinantur auctores, certum esse videtur, quod saeculo IV. ex septendecim Italiae regionibus saltem decem suberant metropolitico juri Romani Pontificis, scilicet Campania consularis, Tuscia et Umbria, Picenum suburbicarium, Valeria, Samnium, Apulia et Calabria, Lucania et Bruttii, insulae denique Sicilia, Sardinia, Corsica.

2. Usque ad saeculum septimum hae sub Romana metropoli erant dioeceses: 1) in *Latio:* Antium, Ostia, Portus Romanus, Albanum, Aquinum, Gabium, Subaugusta, Tres Tabernae, Siguia, Velitrae, Anagnia, Cassinum, Formiae, Terracina, Ferentinum, Fundi, Sora; 2) in *Campania*[1]: Amalphia, Capua, Atella (Aversa), Cumae, Misenas (Misenum, Monte Miseno), Neapolis, Puteoli, Minturnae, Sabina, Acerra, Abellinum, Calenum, Nola, Suessa, Salernum, Stabiae, Surrentum, Venafrum, Vulturnum, Latera; 3) in *Tuscia:* Florentia, Centumcellae, Luca, Aquaviva, Clusium, Nepe, Salpis, Sutrium, Tarquinii, Volsinum, Blera, Ferentinum (Ferentium), Forum Claudii, Lorium, Perusia, Rusellae, Luna, Populonia, Silva Candida, Volaterra, Orta, Faesulae,

[1] Cf. Annali di Statistica Serie III. vol. 7 pag. 249: Censimento dei Protestanti italiani e forestieri esistenti nel Regno alla fine dell' anno 1881.

[1] Ipsa Campania apud antiquos duplex sumitur, una latius nempe dicta, et altera strictius sive angustius; illa utrumque Latium vetus novumque continuit et Campania hodieque Romana dicitur, vulgo Campagna di Roma Italis, et ipsa regio quondam suburbicaria, sed Campania strictius dicta felix fuit et Latio utrique opposita.

Tuscania (usque ad a. 1208), Pisae, Sena; 4) in *Umbria:* Ameria, Camerinum, Torum Novum, Interamna, Tifernum, Fulginum, Mevania, Otriculum, Spoletum, Trebia, Tudertum, Narnia, Forum Flaminii, Nuceria; 5) in *Piceno Suburbicario:* Senogallia, Pisaurum, Forum Sempronii, Fanum, Cingulum, Ariminum, Numana, Matilica, Tolentinum, Firmum, Asculum, Callium, Faleria, Ancona, Aesium; 6) in *Valeria:* Cures, Nomentum, Praeneste, Tibur, Amiternum, Nursia, Reate, Fidenae; 7) in *Samnio:* Allifae, Beneventum, Teate, Bojanum, Saepinum, Samnium, Sulmo; 8) in *Apulia:* Arpi, Canusium, Barium, Sipontum, Acherontia, Cupersanum, Egnatia, Tranum, Venusia, Vesta, Melphia; 9) in *Calabria:* Tarentum, Hydruntum, Gallipolis, Uxentum; 10) in *Lucania:* Paestum, Velia (seu Elea), Buxentum, Potentia, Thurium, Blanda, Marsi; 11) in *Bruttiis:* Croto, Scylla, Vibo Valentia, Tempsa, Taurianum, Orestis, Scyllacium, Locri; 12) in *Sicilia insula:* Messana, Tyndarium, Tauromenium, Panormus, Triocala, Catana, Syracusae, Lilybaeum, Lipara.

3. Paulo major dioecesium numerus, quae Romam metropolim habuerint, ad eandem aetatem refertur apud Binterim[1]: 1) in *Piceno Suburbicario:* Penna, Interamnia, Asculum, Firmum, Tolentinum, Septempeda, Matelica, Cingulum, Auximum, Potentia, Numana (seu Humana), Ancona, Hadria, Aternum (seu Pescara), Truentum, Ausinia, Faleronia, Salvia, Pausola (hodie Monte de Olmo); 2) in *Tuscia:* Silva Candida, Portus Augusti, Nepe, Aquaviva, Falerium, Ferentium, Polymartium (Bomarzo), Horti, Blera (Bieda), Sutrium, Tarquinia, Salpis, Toscanella, Balneum Regis (Bagnorea), Perusia, Urbs Vetus (Orvieto), Clusium, Cortona, Aretium, Volsinium (Bolsena), Centumcellae, Gravisca, Cornetum, Forum Claudii (Oriolo), Viterbium, Luca, Luna, Sena, Florentia, Faesulae, Suana, Manturanum, Rusella, Populonia (Porto Baratto), Volaterra, Volsca, Castrum Valentini, Lorium; 3) in *Umbria:* Spoletum, Otriculum, Narnia, Tudes, Mevania, Tifernum Tiberinum (Città di Castello), Interamnia (Terni), Ameria, Trebia (Trevi), Fulginum, Camerinum, Hispellum (Spello), Assisium, Forum Novum (Vescorio), Forum Flaminii, Vettonium (Bittona), Nuceria, Eugubium, Tudinum (Tadinum?), Martula; 4) in *Campania:* Minturna, Tranum, Calenum, Vulturnum, Linternum, Misenum, Puteoli, Stabiae, Surrentum, Amalphia, Salernum, Nola, Octavianum, Acerra, Capua, Attella, Calazia, Venafrum, Abellinum, Neapolis; 5) in *Latio:* Ostia, Albanum, Subaugusta, Gabii, Alba, Antium, Tres Tabernae, Velitrae, Tusculum, Lavici, Praeneste, Signia, Anagnia, Ferentinum, Aletrium, Verula, Terracina, Fundi, Formiae, Aquinum, Cassinum, Atina, Sora; 6) in *Sicilia:* Syracusae, Tauromenium, Tindarum, Leontium, Lilybaeum, Messana, Thermae, Catania, Triocala, Agrigentum, Panormus, Alesa vel Coronia, Camarina. Teste Binterim insuper huic periodo ab aliquibus accensentur sedes episcopales Trajanopolis, Charinum, Drepanum, Gelanova, Mylae (Melazzo), quae in antiquis catalogis non inveniuntur; 7) in *Samnio:* Samnium, Beneventum, Saepinum, Sulmo, Bojanum, Teate, Ortona, Frequentum, Allifae, Corfinium, Istonium; 8) in *Apulia:* Egnatia (maritimum oppidum inter Barium et Brundusium, vulgo Torre d'Anazzo), Barium, Tranum, Cupersanum, Sipontum, Arpi, Melphia, Venusia, Acherontia, Buxiliae (Vigiliae), Cannae, Bovinum, Ardana, Rubi, Salapiae, Accana (postea Troja), Canusium; 9) in *Calabria:* Brundusium, Aletium, Hydruntum, Callipolis, Tarentum, Uria, Lypia, Nerinum, Uxentum, Alexanum; 10) in *Lucania:* Potentia, Buxentum, Paestum, Acropolis, Blanda, Grumentum, Velia, Cosilianum; 11) in *Bruttiis:* Rhegium, Taurianum, Vibo Valentia, Tropia, Nicotera, Tempsa (transl. ad Oppidum Sancti Marci), Thurium vel Terra Nova, Cerillus, Constantia vel Consentia, Crotona, Scyllacium, Locri, Muranum, Portus, Orestis, Carina, Bova, Puternum, Turres; 12) in *Valeria:* Fidena, Nomentum, Tibur, Nursia, Marsi, Furconium, Amiternum, Reate, Cures (Curium Sabinorum), Pitinum, Sabinum; 13) in *Corsica insula:* Aleria, Urcinium (Adjacium Ursinum, Ajaccio), Nebium, Tamita, Mariana.

4. Novis in Italia inferiore constitutis provinciis ecclesiasticis ditio urbis Romae metropolitana paulatim est angustius coarctata.

Baronio auctore saeculo undecimo 62 tantum erant episcopatus Sanctae Sedi immediate subjecti, qui hoc catalogo[1] enumerantur: Praeter septem collaterales episcopos erant alii episcopi, qui dicuntur suffraganei Romani Pontificis, nulli alii primati vel archiepiscopo subjecti, qui frequenter ad synodos vocarentur: in *Campania* (i. e. recentiore sive Latio): Tiburtinus, Anagniensis, Signinus, Ferentinus, Alatrinus, Verulanus, Soranus, Fundanus, Cajetanus, Terracinus. In *Marsis* sunt hi: Furconensis, Marsicanus, Valvensis, Theatinus, Pennensis, Aprutinus. In *Tuscia* sunt hi: Nepesinus, Sutrinus, Civitensis, Hortanus, Balneoregiensis, Urbevetanus, Viterbiensis, Castrensis, Florentinus, Fesulanus, Lunensis; in *Umbria et Marchia:* Spoletum, Assisium, Fulginas, Nucerinus, Eugubinus, Reatinus, Tudertinus, Amerinus, Narniensis, Interamnensis, Esculanus, Firmanus, Camerinensis, Auximanus, Humanus, Anconitanus, Esinus, Senogalliensis, Fanensis, Pisauriensis, Forosemproniensis, Calliensis, Urbinas, Ariminensis, Ferentanus.

5. In „notitia ecclesiarum", tempore Coelestini III. (1191—1198), anno 1225 conscripta a Milone abbate ita ejusdem provinciae ambitus describitur:

[1] Denkwürdigkeiten I 2, 526.

[1] Baronii Annales, ad ann. 1057 n. 23. Cf. Binterim, I. Bd. 2. Th. S. 695 ff. Wiltsch I, 262 f. Neher I, 61.

„Isti sunt episcopi sub Romano Pontifice, qui non sunt in alterius provincia constituti: Ostiensis, Portuensis, Albanensis, Praenestinus, Sabinensis, Tusculanus, Anagninus, Signinus, Ferentinas, Aletrinus; in *Campania* (i. e. recentiore sive Latio): Tiburtinus, Verulanus, Terracinensis, Soranus, Fundanus, Cajetanus, Furtinensis (Furconensis), Marsicanus, Valvensis; in *Marsia:* Teatinus, Pennensis, Aprutinus, Nepesinus, Sutrinus, Civitatensis, Ortanus; in *Tuscia:* Balneoregiensis, Urbevetanus, Viterbiensis et Tuscanensis. Castrensis, Suanensis, Clusinus, Perusinus, Castellanus, Aretinus, Grossetanus, Vulterranus, Lucanus, Pistoriensis, Florentinus, Fesulanus, Lunensis, Asisinas, Fuliginas, Nucerinus, Eugubinus; in *ducatu Spoletano:* Spoletanus, Reatinus, Tudertinus, Amelinus, Narniensis, Esculanus, Firmanus, Camerinensis, Auximanus, Humanus; in *Marchia:* Anconitanus, Esinas, Senogalliensis, Fanensis, Pesariensis, Forosemproniensis, Callensis, Urbinas; in *Romania Ravennat.:* Ariminensis, Feretranus.

6. Sed aliae postmodum secutae sunt distractiones Romanae provinciae, Martinus V. Florentinam, Pius II. Senensem, Pius IV. Urbinatensem, Gregorius XIII. Bononiensem, Sixtus V. Firmanam ecclesias in metropoles erexerunt. Quocirca Romana provincia juxta decretalem Innocentii III. sita dicitur inter Pisanam et Capuanam, non tamen absolute conflatur ex omnibus omnino episcopis intra utramque existentibus, sed ex illis duntaxat constituitur, qui et existunt inter Capuanae et Pisanae provinciae limites et nulli archiepiscopo subjecti sunt. (Cf. Corpus Juris Can. Decret. Greg. lib. I. tit. 28. c. 5.)

7. Provinciale omnium ecclesiarum cathedralium universi Orbis (Lugduni 1546) habet hos episcopos, qui sunt sub Romano Pontifice et non in alterius provincia constituti: Ostiensis et Veliternensis, Portuensis et S. Rufinae, Sabinensis, Tusculanensis, Praenestinensis, Albanensis; in *Campania et Maritima:* Anagnin. (Anagni), Sagnin. (Segni), Ferentin. (Ferentino), Alatrin. (Alatri), Verulan. (Veroli), Terracinen. (Terracina), Soran. (Sora), Fundan. (Fondi), Aquinas (Aquino), Tiburtin. (Tivoli); in *Aprucina et Marsicana provincia:* Aquilen. (Aquila) et Furcanen. (Forconio) uniti, Marsican. (Marsi), Valvensis (Valve) seu Sulmonen. (Sulmona), Theatinus (Chieti), Adrien. (Atri) et Pennensis (Penne) uniti, Aprutinus seu Theran. (Teramo); in *Tuscia et Patrimonio B. Petri:* Nepesin. (Nepi) et Sutrin. (Sutri) uniti, Civitaten. vel Civitatis Castellan. (Civita Castellana) et Ortan. (Orti) uniti, Balneoregien. (Bagnorea), Montisfalconis (Montefalcone) et Cornetan. (Corneto) uniti, Urbevetan. (Orvieto), Viterbien. (Viterbo) et Tuscanen. (Toscanella) uniti, Castren. (Castro), Suanen. (Soana), Clusinus (Chiusi), Perusin. (Perugia), Castellanus (Città di Castello), Aretin. (Arezzo), Grossetan. (Grosseto), Vulteran. (Volterra), Senen. (Siena), archiepiscop., Lucan. (Lucca), Pistorien. (Pistoja), Pientin. (Pienza), Florentin. (Firenze), archiepiscop., Fesulan. (Fiesole), Binensis, Lunensis (Luna), Sarzanen. (Sarzana), Corthonensis (Cortone); in *ducatu Spoletano:* Assisinas (Assisi), Fulginas (Foligno), Nucerin. (Nocera), Eugubin. (Gubbio), Spoletan. (Spoleto), Tudertin. (Todi), Amelien. (Amelia), Narniensis (Narni), Interamnensis (Terni); in *Marchia Anconitana:* Asculanensis (Ascoli), Firman. (Fermo), Camerinensis (Camerino), Auximanensis (Osimo), Human. (Umana) et Anconitan. (Ancona), conjuncti, Esinensis vel Exinas (Jesi), Senogallien. (Sinigaglia), Fanensis (Fano), Pisaurensis (Pesaro), Forosemproniensis (Fossombrone), Calliensis (Cagli), Urbinas seu Sancti Leonis (Urbino et S. Leone), Racanatensis (Recanati), Maceratensis (Macerata).

8. Quum Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 2 de reform. decrevisset, ut episcopi, qui nulli archiepiscopo subjicerentur, aliquem vicinum metropolitanum semel eligerent, in cujus Synodo provinciali cum aliis interesse deberent; sacra Congregatio, ejusdem Concilii interpres, die ultimo Julii 1585 declaravit, hoc decreto non comprehendi episcopos provinciae Romanae, quoniam isti immediate subjiciuntur Papae, tamquam eorum archiepiscopo et metropolitae. Idemque iterum statutum fuit in Congregatione habita coram Benedicto XIII. d. 28 Martii 1725. — Aut enim ejusmodi episcopi, qui ecclesias regunt inter provinciam Capuanam et Pisanam, fuerunt auctoritate Papae divulsi a provincia Romana et adscripti inter suffraganeos alicujus archiepiscopi; et tunc, sine ulla dubitatione, huic provinciali concilio interesse debent; aut adhuc perseverant soluti a cujuslibet archiepiscopi jurisdictione et imperio; et tunc censentur suffraganei Papae, ejusque metropolitico juri immediate subduntur. (Cf. Bened. Pap. XIV. de synodo dioecesano libri XIII. Venet. 1792, tom. I, p. 18 et 19.)

## Dioecesis Pontificia Romana.

„O Roma nobilis, orbis et domina,
Cunctarum urbium excellentissima,
Roseo martyrum sanguine rubea,
Albis et virginum liliis candida,
Salutem dicimus tibi per omnia,
Te benedicimus, salve per saecula!"

I. Roma, urbs per excellentiam dicta, urbium sane regina, non solum Italiae, sed totius orbis terrarum caput ac domina, quondam respublica, postea sub imperatoribus, nunc Summorum Ecclesiae Pontificum sedes, de qua praestat tacere, quam pauca dicere. — Episcopus Romanus successorque Sancti Petri, Apostolorum Principis, in cathedra Romana idem est summus Ecclesiae Catholicae universae antistes. Munus episcopi Romani pro Summo Pontifice Cardinalis Vicarius administrat, cui episcopus auxiliaris seu „Vices Gerens" additus est. Cardinalis Vicarii jurisdictio ordinaria est, ideoque etiam Apostolica Sede vacante in suo vigore perseverat. Eadem vero protenditur quidem usque ad quadragesimum ab Urbe lapidem, non tamen com-

plectitur loca intra eundem circuitum existentia, quae sint alteri subjecta episcopo. Quamobrem, etsi jurisdictio Cardinalis Vicarii ad quadraginta ab Urbe milliaria dicatur extendi, detractis tamen finitimis dioecesibus et spectato exiguo numero ecclesiarum hominumque extra Urbem existentium, qui eidem subduntur, videtur potius intra Urbem conclusa. (Cf. Benedict. Pap. XIV. de synodo Dioecesana. Venet. 1792, tom. I, p. 20.)

### Incolae Urbis ab a. 1870 ad a. 1885.

(Fons: „Ann. Statistico di Roma". Anno primo. 1885. Roma 1886.)

| Annus. | Incolae. | Annus. | Incolae. | Annus. | Incolae. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1870 | 226 022 | 1876 | 272 560 | 1881 | 300 467 |
| 1871 | 244 484 | 1877 | 282 214 | 1882 | 304 458 |
| 1872 | 244 560 | 1878 | 289 321 | 1883 | 316 205 |
| 1873 | 248 307 | 1879 | 298 960 | 1884 | 324 549 |
| 1874 | 256 153 | 1880 | 305 469 | 1885 | 345 036 |
| 1875 | 262 428 | | | | |

Pridie autem Kal. Jan. 1888 erant incolae: 382 973, qui distributi erant hoc modo: regione Esquilina 69 837, Capitolina 63 275, Panthei 98 298, Hadriana 74 310, Tiberina 61 423.

Sacerdotes (1881): 1203; Paroeciae: 55, scilicet 47 paroeciae urbanae, 8 paroeciae rurales. (Fons: „Indicatore delle Diocesi d'Italia" 1882.)

II. Inter ecclesias urbis Romae quinque basilicae antiquitate, dignitate, splendore insignes vocantur basilicae patriarchales, tum propter honorem et excellentiam Pontificatus Romani, tum in memoriam, ut putant quidam, quinque patriarcharum in Ecclesia catholica majorum et antiquiorum, qui erant Romanus, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus. Quae basilicae non ad certam parochiam pertinebant, sed ad totius mundi fideles, nec alium habebant rectorem ordinarium praeter summum totius orbis pastorem.

Sunt igitur hae basilicae patriarchales sive majores:

1. Sancti Joannis Lateranensis (San Giovanni in Laterano) vel basilica Constantiniana, a Constantino Magno fundata et a Sancto Sylvestro I. in honorem Sanctissimi Salvatoris a. 324 dedicata, ecclesia est cathedralis Summi Pontificis, quare merito audit „Sacrosancta Lateranensis ecclesia, omnium Urbis et Orbis ecclesiarum mater et caput." Huic etiam praerogativae alludunt versus in fronte basilicae inscripti:

„Dogmate papali datur, et simul imperiali
Quod sit cunctarum mater, caput ecclesiarum,
Hinc salvatoris coelestia regna doctoris
Nomine sanxerunt cum cuncta peracta fuerunt;
Sic sumus ex toto, conversi supplice voto,
Nostra quod haec aedes tibi Christe sit inclyta sedes."

Stephanus III. „statuit 769 ut omni dominico die a septem episcopis cardinalibus hebdomadariis qui in *ecclesia Salvatoris observabant* missarum solemnia super altare beati Petri celebrarentur et Gloria in excelsis Deo ediceretur."

Ad Basilicam Lateranensem habitarunt Romani Antistites usque ad Clementem V., qui Avenionem Sedem transtulit. In Urbem ubi rediit Gregorius XI., in Patriarcheo Sancti Petri habitavit, aliique deinceps Pontifices.

2. Sancti Petri (San Pietro in Vaticano), „Speciale sedis Apostolicae membrum et propria Romani Pontificis sedes, nec non caeterarum Urbis et Orbis ecclesiarum speculum et decus" [1], quae etiam basilica propter sublimiorem quem tenet ordinem „augustissima" vocatur.

3. Sancti Pauli extra muros Urbis (San Paolo fuori le mura) via Ostiensi.

4. Sanctae Mariae Majoris (Santa Maria Maggiore) seu basilica Liberiana.

5. Sancti Laurentii extra muros (San Lorenzo fuori le mura) via Tiburtina.

Nomina basilicarum praedictarum sequente disticho exprimuntur, quod Joanni cardinali de Picardia auctori tribuitur:

„Paulus, Virgo, Petrus, Laurentius atque Johannes.
Hi patriarchatus nomen in urbe tenent."

Quinque hae patriarchales basilicae una cum duabus basilicis minoribus Sanctae Crucis Hierosolymitanae et Sancti Sebastiani eas „Septem Urbis Ecclesias" efformant, quae simpliciter „le sette chiese di Roma" vocantur quaeque lucrandarum indulgentiarum causa a piis peregrinis visitari solent.

Numeri, qui ad subsequentium dioecesium Italicarum omnium statum illustrandum referentur, hausti sunt ex „Annuario statistico Italiano" a. 1886. Roma 1887, et „Statistica ecclesiastica d'Italia". Savona 1885.

## Dioeceses suburbicariae.

Sex dioeceses prope Urbem sitae ideoque suburbicariae appellatae pro ordinariis habent episcopos Cardinales, qui collaterales vocantur, scilicet:

1. Ostiensis et Veliternensis, 2. Portuensis et Sanctae Rufinae, 3. Albanensis, 4. Tusculana, 5. Praenestina, 6. Sabinensis.

1. *Dioecesis suburbicaria Ostiensis et Veliternensis:*

Ostia, ab ostiis Tiberinis nomen habens, inde a saeculo 3, Velitrae (Velletri) a saeculo 5 (a. 465) episcopos habuerunt; unita sunt a. 1150 ab Eugenio III. Duas habet haec dioecesis ecclesias cathedrales, videlicet Sanctae Aureae Ostiis et Sancti Clementis Velitris. Episcopus Cardinalis Ostiensis est decanus perpetuus sacri Cardinalium collegii, jure pallii potitur, consecrat Romanum Pontificem.

Ambitus: Communitates civiles 6 provinciae Romanae, scilicet:

Velletri, Cisterna, Cori, Giuliano, Norma, Roccamassima.

Incolae: 27 107, Sacerdotes: 98, Paroeciae: 14.

---

[1] Cf. Breve Benedicti XIII. d. d. 26. April 1726.

2. *Dioecesis suburbicaria Portuensis et Sanctae Rufinae:*

Portus Romanus (Porto) saec. 3. (?), Silva candida saec. 6. exstitit episcopatus; uniti per Calixtum II. (1119—1124). Episcopus Cardinalis Portuensis sacri Cardinalium collegii est subdecanus.

Ambitus: Communitates civiles 6 (3) provinciae Romanae, scilicet:

Cerveteri, Castelnuovo di Porto, Campagnano, Anguillara, Riano, Civitavecchia.

Incolae: 4652, Sacerdotes: 43, Paroeciae: 7.

3. *Dioecesis suburbicaria Albanensis:*

Albanum (Albano) non longe a civitate Alba a Romanis diruta. „Alia fuit olim civitas Alba, alia nunc Albanum: illa supra montem, haec ad montis radices condita; illa a Romanis diruta, ut vix tenue Plinii aetate illius exstaret vestigium.

Albanum vero ibi est, ubi olim et Pompeji villa fuit, et aliquando post cohortium Praetorianarum statio. Cum enim nundinae et annonae mercium dividendarum causa saepius haberentur, sensim ibi aedificari coeptum est: ita ut in oppidum excreverit, cui Albani Praetorii nomen factum. A Gibellinis sub Alexandro III. pene excisum est; sed ab Honorio III. e gente Sabella, cujus in ditione erat, restitutum.“ (Cantelius, metropolit. urbium historia civilis et eccl. pag. 332.) — Dioecesis est antiquissima.

Ambitus: Communitates civiles 9 provinciae Romanae, scilicet:

Albano, Porto d'Anzio, Genzano, Arriccia, Castelgandolfo, Civita Lavinia, Nettuno, Marino, Nemi.

Incolae: 31 945, Sacerdotes: 132, Paroeciae: 11.

4. *Dioecesis suburbicaria Tusculana:*

Tusculum, nunc Frascati, sub montis jugo situm, episcopatus a saec. 7. (a saec. 3?). In Tusculano agro est coenobium, quod vulgo Santa Maria di Grotta Ferrata appellatur.

Ambitus: Communitates civiles 7 provinciae Romanae, videlicet:

Frascati, Colonna, Grotta Ferrata, Montecompatri, Monteporzio, Rocca di Papa, Rocca Priora.

Incolae: 21 624, Sacerdotes: 51, Paroeciae: 8.

5. *Dioecesis suburbicaria Praenestina:*

Praeneste, nunc Palestrina, oppidum in alto monte situm, episcopatus a saeculo 4. ineunte.

Ambitus: Communitates civiles 14 provinciae Romanae, scilicet:

Palestrina, Capranica, Castel S. Pietro, Cave, Gallicano, Genazzano, Labico, Olevano, Paliano, Pisoniano, Rocca di Cave, San Vito Rom., Serrone, Zagarolo.

Incolae: 39 738, Sacerdotes: 130, Paroeciae: 24.

6. *Dioecesis suburbicaria Sabinensis:*

Sabina, regio oppidis frequens, episcopatus a saec. 5.; cathedralis ecclesia a d. 1. Oct. 1495 est Malliani (Magliano).

Sedi episcopali Sabinensi unitus est titulus ecclesiae abbatialis Sanctae Mariae Farfanae [1].

Ambitus: Communitates civiles 18 (17) provinciarum Perusinae et Romanae, scilicet:

Magliano, Farfa, Palombara, Collevecchio, Montebuono, Forano, Mentana, Monteflavio, Montelibretti, Monterotondo, Montorio Romano, Moricone, Nerola, Calvi, Tarano, Stimigliano, Toffia, Torri in Sabina.

Incolae: 29 456, Sacerdotes: 66, Paroeciae: 32.

### Ecclesiae titulares, quibus assignati sunt presbyteri Cardinales, sunt:

1. Sancti Laurentii in Lucina (S. Lorenzo in Lucina), 2. Sanctae Agnetis extra muros (Sant' Agnese fuori le mura), 3. Sancti Augustini, 4. Sancti Alexii in monte Aventino, 5. Sanctae Anastasiae, 6. Sanctorum Andreae et Gregorii in monte Coelio, 7. Sanctorum XII. Apostolorum, 8. Sanctae Balbinae, 9. Sancti Bartholomaei in insula, 10. Sancti Bernardi in Thermis Diocletianis, 11. Sancti Calixti, 12. Sanctae Caeciliae, 13. Sancti Clementis, 14. Sancti Chrysogoni, 15. Sanctae Crucis in Hierosolymis, 16. Sancti Eusebii, 17. Sancti Joannis ante portam Latinam, 18. Sanctorum Joannis et Pauli Panmachii (ad Clivum Scauri), 19. Sancti Hieronymi Illyricorum (S. Girolamo degli Schiavoni), 20. Sancti Laurentii in Damaso, 21. Sancti Laurentii in pane et perna (in Panisperna), 22. Sanctorum Marcellini et Petri, 23. Sancti Marcelli, 24. Sancti Marci, 25. Sanctae Mariae Angelorum, 26. Sanctae Mariae in pace (della pace), 27. Sanctae Mariae de victoria, 28. Sanctae Mariae de Populo, 29. Sanctae Mariae in Ara Coeli, 30. Sanctae Mariae in Transpontina, 31. Sanctae Mariae trans Tiberim (in Trastevere), 32. Sanctae Mariae in via, 33. Sanctae Mariae supra Minervam, 34. Sanctae Mariae Novae et Sanctae Franciscae, 35. Sanctorum Nerei et Achillei, 36. Sancti Onuphrii in monte Janiculo, 37. Sancti Pancratii, 38. Sancti Petri in monte Aureo, 39. Sancti Petri ad Vincula, 40. Sanctae Praxedis, 41. Sanctae Priscae, 42. Sanctae Pudentianae, 43. Sanctorum Quatuor Coronatorum, 44. Sanctorum Quirici et Julittae, 45. Sanctae Sabinae, 46. Sanctorum Silvestri et Martini in montibus, 47. Sancti Silvestri in Capite, 48. Sancti Xysti, 49. Sancti Stephani in monte Coelio, 50. Sanctae Susannae, 51. Sancti Thomae in Parione, 52. Sanctissimae Trinitatis in monte Pincio, 53. Sanctorum Vitalis, Gervasii et Protasii.

### Ecclesiae titulares, quibus assignati sunt diaconi Cardinales, sunt:

1. Sanctae Mariae in Via Lata, 2. Sancti Hadriani in Foro Romano, 3. Sanctae Agathae ad Suburram, 4. Sancti Angeli in Piscina (sive in foro Piscium),

[1] Farfa, celeberrima abbatia Sabinensis Ordinis S. Benedicti.

5. Sancti Caesarei, 6. Sanctorum Cosmae et Damiani, 7. Sancti Eustachii, 8. Sancti Georgii ad Velum Aureum seu in Velabro, 9. Sanctae Mariae ad Martyres, 10. Sanctae Mariae de Scala, 11. Sanctae Mariae in Aquiro, 12. Sanctae Mariae in Cosmedin, 13. Sanctae Mariae in Dominica, 14. Sanctae Mariae in porticu, 15. Sancti Nicolai in carcere Tulliano, 16. Sancti Viti et Modesti.

### Curia Romana.

Constituitur Curia Romana omnibus, quotquot Pontifici in regenda universa Ecclesia, statu ecclesiastico, provincia et dioecesi Romana assistunt, magistratibus et officialibus, ne iis quidem exceptis, qui munera mere honoraria aulae pontificiae obtinent.

Arctiore vocabuli usu Curia Romana eos tantum designat magistratus, quibus Papa in regenda universali Ecclesia uti solet. Ii sunt:

1. Cardinales, 2. Praelati, 3. Curiales.

1. A Summo Pontifice Cardinales adhibentur, ut intersint ac praesint variis tribunalibus ac coetibus, omnes autem, qui Romae praesentes sunt, convocantur ad consulendum de gravioribus negotiis consistorio ordinario, quod secretum est, et consistorio extraordinario publicoque ad augendam solemnitatum splendorem ac dignitatem.

2. Praelati sunt viri ecclesiastici, qui secundum Cardinales sublimiores in Curia Romana gradus occupant. Potestate vel ordinaria vel delegata vices Papae gerere possunt. Praeter hos autem proprii muneris praelatos alii magno numero creantur honoris causa seu Praelati Honorarii.

3. Curialium numerus constituitur iis officialibus inferioribus, qui variis Curiae magistratibus adscripti sunt, atque hominibus illis, qui coram iisdem magistratibus et dicasteriis eorum, quorum negotia aguntur, partes sustinent (advocati, procuratores, notarii, expeditores, sollicitatores, actores seu agentes).

Coetus Curiales sunt sequentes:

I. Congregationes Cardinalium,

II. Judicia vel tribunalia justitiae,

III. Tribunalia gratiarum,

IV. Dicasteria (tribunalia) et officia expeditionis.

Congregationes Cardinalium praecipuae sunt:

1. *Congregatio consistorialis*, a Sixto V. creata, est consilium octo vel duodecim cardinalium, qui praeside Pontifice res in Consistoriis tractandas praeparant.

2. *Sacra Congregatio Romanae et universalis Inquisitionis* sive *Sancti Officii*, a Sixto V. tribunali Inquisitionis, quod Paulus III. a. 1542 creaverat, suffecta, dijudicat haeresim qualificatam.

3. *Sacra Congregatio Indicis librorum prohibitorum* a Pio V. a. 1571 constituta. Quae de ea anterioribus legibus constituta erant, Benedictus XIV. constitutione „Sollicita ac provida" a. 1753 in unum congessit (Bullar. magn. tom. XIX p. 59).

4. *S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum*, a Pio IV. creata, ut post relationem Pontifici factam decreta Concilii authentice interpretaretur et supremo judicio dirimeret omnes quaestiones, quibus Concilii statuta tangerentur.

Huic collegio postea arctiores quaedam congregationes adnexae sunt:

a. *Congregatio particularis super statu Ecclesiarum*, examinandis visitationum relationibus, quae ab episcopis transmittuntur, addicta et a Benedicto XIV. constitutione „Decet" d. 15. Sept. 1740 erecta (Bullar. magn. tom. XVI, p. 16).

Episcopi enim de statu dioecesium rationes scriptas Papae reddere, imo ex lege Sixti V. a. 1585, intra certorum annorum spatia ipsi Romam adire rationis reddendae causa tenentur. Quae itinera Romana visitationes sacrorum liminum (scilicet Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli) vocantur.

b. *Congregatio particularis super revisione Synodorum provincialium*, fundata a Sixto V. constit. „Immensa aeterni" a. 1587, ad quam acta conciliorum provincialium, prinsquam publicentur, transmittenda sunt, ut ea, quae forte minus Concilio Tridentino conformiter decreta essent, corrigenda adnotentur.

c. *Congregatio particularis super residentia Episcoporum*, ab Urbano VIII. constituta et a Benedicto XIV. const. „Ad universae" a. 1746 reformata (Bullar. magn. tom. XVII, p. 79).

5. *Sacra Congregatio super negotiis Episcoporum et Regularium*, a Sixto V. constitutis duabus distinctis congregationibus, quae tamen brevi in unam coaluerunt, excitata, praesidet ac moderatur omnes episcoporum et praelatorum exemtorum functiones, eorundem inter sese relationes ac religiosorum ordinum disciplinam. Pius IX. a. 1847 insuper extraordinariam congregationem super statu Regularium instituit.

6. *Sacra Congregatio Rituum* a Sixto V. formata.

7. *Sacra Congregatio Indulgentiarum et sacrarum Reliquiarum* a S. Pont. Clemente IX. erecta const. „In ipsis" a. 1669 (Bullar. magn. tom. VI, p. 283).

8. *Sacra Congregatio de propaganda fide* a S. Pont. Gregorio XV. per const. d. d. 22. Jul. a. 1622 erecta totius orbis missionibus curandis.

## I. Dioeceses exemtae.

### A. Archidioeceses.

#### In Statu Ecclesiae:

1. *Archidioecesis Camerinensis et dioecesis Trejensis:*

Camerinum (Camerino), oppidum situm est in montibus illis, qui Picenum ab Umbria disterminant, episcopatus a saec. 3., unitus Fabrianensi ab a. 1728, divisus ab a. 1785, archiepiscopatus a d. 17. Dec. 1787.

Ambitus: Communitates 26 provinciarum Helviae (Macerata) et Anconae.
Incolae: 75 468 Sacerdotes: 313, Paroeciae: 180.

2. *Archidioecesis Ferrariensis:*

Ferraria (Ferrara), ad Padi ripam sita, episcopatus a saec. 4., archiepiscopatus a d. 27. Jul. 1735.
Ambitus: Communitates 4 provinciae Ferrariensis.
Incolae: 128 115, Sacerdotes: 206, Paroeciae: 89.

3. *Archidioecesis Perusina:*

Perusia (Perugia), ad lacum cognominem sita, episcopatus a saec. 2., archiepiscopatus a d. 27. Mart. 1882.
Ambitus: Communitates 11 provinciae Perusinae.
Incolae: 100 889, Sacerdotes: 397, Paroeciae: 199.

4. *Archidioecesis Spoletana:*

Spoletum (Spoleto), episcopatus antiquissimus, archiepiscopatus a d. 15. Jan. 1820.
Ambitus: Communitates 20 provinciarum Spoletanae, Aquilanae, Perusinae.
Incolae: 64 878, Sacerdotes: 126, Paroeciae: 170.

**In provinciis Neapolitanis:**

5. *Archidioecesis Amalphitana:*

Amalphia (Melphis, Amalfi), episcopatus a saec. 6., archiepiscopatus erectus ab Joann. XV. a. 987.
Ambitus: Communitates 12 provinciarum Salernitanae et Neapolitanae.
Incolae: 35 703, Sacerdotes: 279, Paroeciae: 54.

6. *Archidioecesis Aquilana:*

Aquila, in mediterraneis sita, ex ruinis Amiterni et Forconii a Longobardis condita, episcopatus a die 20. Febr. 1257.
Ambitus: Communitates 37 provinciae Aquilanae.
Incolae: 89 765, Sacerdotes: 242, Paroeciae: 138.

7. *Archidioecesis Cusentina:*

Cusentia (Cosenza), episcopatus a saec. 7., archiepiscopatus a saec. 11. (c. 1050).
Ambitus: Communitates 48 provinciae Cusentinae.
Incolae: 140 724, Sacerdotes: 310, Paroeciae: 100.

8. *Archidioecesis Cajetana:*

Cajeta (Gaeta), episcopatus a saec. 8., archiepiscopatus a d. 31. Dec. 1848.
Ambitus: Communitates 20 provinciarum Casertensis, Romanae, Neapolitanae.
Incolae: 83 550, Sacerdotes: 250, Paroeciae: 39.

9. *Archidioecesis Rossanensis:*

Rossanum (Rossano Calabro), rupi impositum est, Tarentum versus, episcopatus a saec. 7. antea fuit Thurii, archiepiscopatus ab a. 1460 (1187).
Ambitus: Communitates 19 provinciae Cusentinae.
Incolae: 67 357, Sacerdotes: 159, Paroeciae: 39.

**In Sicilia:**

10. *Archidioecesis Cataniensis:*

Catana, urbs in orientali Siciliae prospectu sita, episcopatus antiquissimus; metropolis ad honorem 850, suffraganea metropoli Montis Realis ab a. 1182, archiepiscopatus a d. 28. Jul. 1844.
Ambitus: Communitates 24 provinciae Cataniensis.
Incolae: 222 014, Sacerdotes: 488, Paroeciae: 49.

**In Etruria:**

11. *Archidioecesis Lucana:*

Luca (Lucca), celebris Etruriae urbs, sita in centro planitiei a montibus collibusque circumdatae, episcopatus antiquissimus.
Ambitus: Communitates 10 provinciae Lucanae.
Incolae: 189 891, Sacerdotes: 628, Paroeciae: 234.

**In Venetia:**

12. *Archidioecesis Utinensis:*

Utinum (Udine), archiepiscopatus a d. 19. Jan. 1752.
Ambitus: Communitates 130 provinciarum Utinensis et Bellunensis.
Incolae: 346 914, Sacerdotes: 854, Paroeciae: 194.

## B. Dioeceses.

**In Statu Ecclesiae:**

1. *Dioecesis Alatrina:*

Alatrium (Alatri), episcopatus a saec. 6.
Ambitus: Communitates 7 provinciae Romanae.
Incolae: 21 700, Sacerdotes: 112, Paroeciae: 16.

2. *Dioecesis Amerina:*

Ameria (Amelia), in colle sita, episcopatus a saec. 5.
Ambitus: Communitates 7 provinciae Perusinae.
Incolae: 15 554, Sacerdotes: 66, Paroeciae: 20.

3. *Dioecesis Anagnina:*

Anagnia (Anagni), episcopatus a saec. 5.
Ambitus: Communitates 9 provinciae Romanae.
Incolae: 23 298, Sacerdotes: 101, Paroeciae: 21.

4. *Dioecesis Anconitana et Humana:*

Ancona, receptaculum Judaeorum, et Humana (Umana), dioeceses unitae a d. 19. Oct. 1422.
Ambitus: Communitates 10 provinciae Anconitanae.
Incolae: 70 136, Sacerdotes: 156, Paroeciae: 37.

5. *Dioecesis Aquipendiensis:*

Aquipendium (Oppidum Aquae pendentis, Acula, Acquapendente) nomen habet ab irruentibus aquis, episcopatus vi bullae „In supremo militantis ecclesiae throno" d. d. 13. Sept. 1649.
Ambitus: Communitates 7 provinciae Romanae.
Incolae: 17 660, Sacerdotes: 59, Paroeciae: 12.

6. *Dioecesis Asculana:*

Asculum Picenum (Ascoli Piceno) ad Truentum flumen est, episcopatus a saec. 4.

Ambitus: Communitates 20 provinciae Asculanae.

Incolae: 72 688, Sacerdotes: 204, Paroeciae: 165.

7. *Dioecesis Assisiensis:*

Assisium (Assisi) in monte positum, Sancti Francisci patria, episcopatus a saec. 3.

Ambitus: Communitates 5 provinciae Perusinae.

Incolae: 26 652, Sacerdotes: 138, Paroeciae: 36.

8. *Dioecesis Balneoregiensis:*

Balneoregium (Bagnorea), episcopatus a saec. 7.

Ambitus: Communitates 11 provinciae Romanae.

Incolae: 19 210, Sacerdotes: 72, Paroeciae: 24.

9. *Dioecesis Civitatis Castelli:*

Tifernum (Città di Castello) Tiberinum dictum est ad discrimen Tiferni Metaurensis, episcopatus a saec. 7.

Ambitus: Communitates 7 provinciarum Perusinae, Pisaurensis, Aretinae (Arezzo).

Incolae: 46 643, Sacerdotes: 211, Paroeciae: 165.

10. *Dioecesis Civitatis Plebis:*

Civitas Castri Plebis (Città della Pieve), episcopatus ab a. 1600.

Ambitus: Communitates 6 provinciarum Perusinae, Roseti (Grosseto), Seniensis (Siena), Romanae.

Incolae: 29 520, Sacerdotes: 57, Paroeciae: 35.

11. *Dioecesis Civitatis Castellanae, Hortana et Gallesinensis:*

Civitas Castellana (Civita Castellana), dioecesis unita Hortanae (Horta, Orte)[1] a d. 5. Oct. 1437, Gallesinensi (Gallesa, Gallese) a d. 20. Dec. 1805.

Ambitus: Communitates 15 provinciarum Romanae et Perusinae.

Incolae: 36 813, Sacerdotes: 83, Paroeciae: 31.

12. *Dioecesis Cornetana et Centum Cellarum:*

Cornetum (Corneto), dioecesis resuscitata et unita dioecesi Montis Flasconis d. 5. Dec. 1435; Centum Cellae (Civitavecchia) nobilissimum inter Neapolim et Liburnum portum habet, dioecesis a saec. 4., unita Viterbiensi 1193, resuscitata et unita Portuensi et Sanctae Rufinae virtute bullae „De dominici gregis salute“ d. d. 12. Dec. 1825.

Ambitus: Communitates 6 provinciae Romanae.

Incolae: 28 512, Sacerdotes: 62, Paroeciae: 17.

13. *Dioecesis Fabrianensis et Matelicensis:*

Fabrianum (Fabriano), dioecesis unita Camerinensi ab a. 1728, Matelicensi a d. 8. Jul. 1785.

Ambitus: Communitates 9 provinciarum Anconae et Helviae (Macerata).

Incolae: 25 527, Sacerdotes: 141, Paroeciae: 42.

[1] Horta, in Etruria suburbicaria, est in colle trans Tiberim sita, ubi recipit Narem fluvium in limite Umbriae.

14. *Dioecesis Fanensis:*

Fanum vulgo Fano, a Fortunae fano ita dictum, episcopatus a tempore apostolorum.

Ambitus: Communitates 11 provinciae Pisaurensis.

Incolae: 41 888, Sacerdotes: 126, Paroeciae: 46.

15. *Dioecesis Ferentina:*

Ferentinum (Ferentino), episcopatus a saec. 4.

Ambitus: Communitates 8 provinciae Romanae.

Incolae: 29 674, Sacerdotes: 97, Paroeciae: 19.

16. *Dioecesis Fulginatensis:*

Fulginum (Foligno) in valle amoena, quam Tinna eluit ac dividit, situm, episcopatus a saec. 1.

Ambitus: Communitates 3 provinciae Perusinae.

Incolae: 27 730, Sacerdotes: 119, Paroeciae: 57.

17. *Dioecesis Eugubina:*

Eugubium (Gubbio), episcopatus a saec. 5.

Ambitus: Communitates 4 provinciae Perusinae.

Incolae: 33 133, Sacerdotes: 141, Paroeciae: 67.

18. *Dioecesis Aesina:*

Aesis (Aesium sive Ausinia, Jesi), episcopatus jam a saec. 6.

Ambitus: Communitates 10 provinciae Anconitanae.

Incolae: 38 707, Sacerdotes: 159, Paroeciae: 23.

19. *Dioecesis Montis Flasconensis:*

Mons Flasconis (Montefiascone), sedes translata a Cornueto (Corneto) saec. 15.

Ambitus: Communitates 12 provinciae Romanae.

Incolae: 25 641, Sacerdotes: 111, Paroeciae: 18.

20. *Dioecesis Narniensis:*

Narnia (Narni), in colle sita, cujus radices Nar alluit, episcopatus a saec. 4.

Ambitus: Communitates 8 provinciae Perusinae.

Incolae: 25 297, Sacerdotes: 66, Paroeciae: 40.

21. *Dioecesis Nocerina:*

Noceria (Nocera), episcopatus a saec. 5.

Ambitus: Communitates 6 provinciarum Perusinae, Anconitanae, Helviae (Macerata).

Incolae: 36 080, Sacerdotes: 170, Paroeciae: 85.

22. *Dioecesis Nursina:*

Nursia (Norcia), antiqua urbs inter montes sita, episcopatus a saec. 5.

Ambitus: Communitates 6 provinciarum Perusinae, Helviae, Aquilensis (Aquila degli Abruzzi).

Incolae: 23 431, Sacerdotes: 98, Paroeciae: 103.

23. *Dioecesis Urbevetana:*

Urbevetum (Orvieto), undique praecipitiis et rupibus circumdatum, episcopatus a saec. 6.

Ambitus: Communitates 12 provinciarum Perusinae et Romanae.

Incolae: 36 059, Sacerdotes: 129, Paroeciae: 57.

24. *Dioecesis Auximana et Cingulana:*

Auximum (Osimo), episcopatus a saec. 7., Cingulum (Cingoli), episcopatus a saec. 5.; dioeceses „aeque principaliter“ unitae d. 19. Aug. 1725.

Ambitus: Communitates 8 provinciarum Anconitanae et Helviae.

Incolae: 53 124, Sacerdotes: 199, Paroeciae: 37.

25. *Dioecesis Mandelensis:*

Mandela (Poggio Mirteto), episcopatus a d. 25. Nov. 1841. Cum ecclesia cathedrali unitus est titulus ecclesiae abbatialis Sancti Salvatoris Majoris.

Ambitus: Communitates 21 provinciae Perusinae.

Incolae: 25 694, Sacerdotes: 64, Paroeciae: 37.

26. *Dioecesis Recinetensis et Lauretana:*

Recinetum (Recanati), episcopatus d. 22. Nov. 1239, extinctus 1264—1289, resuscitatus et cum Maceratensi unitus d. 8. Jan. 1356, iterum ab invicem divisus die 16. Jan. 1516, denuo unitus ab a. 1571 usque ad annum 1586; extinctus d. 17. Martii 1586 et sedes episcopalis Laureti (Loreto) erectus; iterum resuscitatus d. 19. Dec. 1591 et cum Lauretana „aeque principaliter“ unitus d. 9. Febr. 1592. Episcopus residet sex menses Recineti et sex menses Laureti. Lauretum, ubi cubiculum B. Virginis visitur, in quo illi facta annuntiatio; translatum creditur ab angelo primum ex Nazareth in Illyricum, ac porro Lauretum.

Ambitus: Communitates 4 provinciarum Helviae et Anconitanae.

Incolae: 35 532, Sacerdotes: 157, Paroeciae: 19.

27. *Dioecesis Reatina:*

Reate (Rieti), urbs antiqua, episcopatus a saec. 5.

Ambitus: Communitates 33 provinciarum Perusinae et Aquilensis.

Incolae: 80 039, Sacerdotes: 288, Paroeciae: 161.

28. *Dioecesis Signina:*

Signia (Segni), episcopatus a saec. 5.

Ambitus: Communitates 6 provinciae Romanae.

Incolae: 20 733, Sacerdotes: 66, Paroeciae: 15.

29. *Dioecesis Sutrina et Nepesina:*

Sutrium (Sutri), episcopatus a saec. 5., unitus cum dioecesi Nepesina d. 12. Decembr. 1435. Nepeta vulgo Nepi oppidum inter Sutrium et Falerios jacet.

Ambitus: Communitates 20 provinciae Romanae.

Incolae: 34 098, Sacerdotes: 133, Paroeciae: 35.

30. *Dioecesis Interamnensis:*

Interamnia (Terni), rupibus altissimis clausa ad Narem fl., episcopatus a saec. 2.

Ambitus: Communitates 3 provinciae Perusinae.

Incolae: 16 971, Sacerdotes: 40, Paroeciae: 16.

31. *Dioecesis Terracinensis, Setinensis et Privernensis:*

Anxur (Terracina) in ora maritima ad Ufentis ripas, episcopatus a saec. 1., Privernum (Piperno), episcopatus a saec. 8., Setia (Sezze), episcopatus a saec. 11., „aeque principaliter“ uniti a. 1725.

Ambitus: Communitates 11 provinciae Romanae.

Incolae: 37 106, Sacerdotes: 124, Paroeciae: 26.

32. *Dioecesis Tiburtina:*

Tibur (Tivoli), ad Anienem, qui vulgo Teverone dicitur, episcopatus a saec. 2.

Ambitus: Communitates 26 provinciarum Romanae et Perusinae.

Incolae: 42 591, Sacerdotes: 126, Paroeciae: 41.

33. *Dioecesis Tudertina:*

Tudertum (Todi), in colle posita urbs, episcopatus a saec. 2.

Ambitus: Communitates 9 provinciae Perusinae.

Incolae: 42 538, Sacerdotes: 150, Paroeciae: 101.

34. *Dioecesis Treji:*

vide: archidioecesim Camerinam.

35. *Dioecesis Verulana:*

Verulae (Veroli) infra Alatrium jacent in austrum versus, episcopatus a saec. 8.

Ambitus: Communitates 12 provinciae Romanae.

Incolae: 52 066, Sacerdotes: 180, Paroeciae: 37.

36. *Dioecesis Viterbiensis et Tuscanensis:*

Viterbium (Viterbo), ad Cimini montis radices, in parte Etruriae, quae appellatur Patrimonium S. Petri, et Tuscia (Toscanella), episcopatus a saec. 6. Episcopus Viterbiensis est administrator apostolicus abbatiae Sancti Martini ad montem Ciminium.

Ambitus: Communitates 10 provinciae Romanae.

Incolae: 40 669, Sacerdotes: 181, Paroeciae: 34.

**In provinciis Neapolitanis:**

37. *Dioecesis Aquinatensis, Sorana et Pontis Curvi:*

Aquinum (Aquino), Beati Thomae scholastici doctoris patria, episcopatus a saec. 5., Fregellae (Ponte Corvo), ecclesia concathedralis a d. 28. Jun. 1725; Sora, episcopatus unitus Aquinatensi ab a. 1818.

Ambitus: Communitates 37 provinciarum Casertensis et Aquilensis.

Incolae: 126 816, Sacerdotes: 386, Paroeciae: 69.

38. *Dioecesis Aversana:*

Aversa, veteris Atellae ruinis inaedificata, episcopatus a saec. 11.

Ambitus: Communitates 28 provinciarum Casertensis et Neapolitanae.

Incolae: 123 717, Sacerdotes: 668, Paroeciae: 53.

39. *Dioecesis Cavensis et Sarnensis:*

Cava, episcopatus ab a. 1394, Sarnum episcopatus a saec. 11., uniti 1818.

Ambitus: Communitates 10 provinciae Salernitanae.

Incolae: 64 977, Sacerdotes: 224, Paroeciae: 30.

40. *Dioecesis Fodiana:*

Fogiae (Fodiae, Tuticum, Foggia), episcopatus d. 26. Jul. 1855.

Ambitus: Communitates 2 provinciae Fodianae.

Incolae: 55 723, Sacerdotes: 133, Paroeciae: 8.

41. *Dioecesis Gravinensis et Montis Pelusii:*

Gravina, episcopatus a saec. 9., Civitas Montis Pelusii (Monte Peloso), episcopatus a saec. 15., uniti a d. 28. Juli 1818.

Ambitus: Communitates 2 provinciarum Barii et Potentiae.

Incolae: 23 918, Sacerdotes: 79, Paroeciae: 9.

42. *Dioecesis Sancti Marci et Bisinaniensis:*

Sancti Marci (San Marco), episcopatus a saec. 12., Bisinianum (Bisignano), episcopatus jam ante saec. 10., uniti a. 1818.

Ambitus: Communitates 29 provinciae Cusentinae.

Incolae: 89 911, Sacerdotes: 305, Paroeciae: 64.

43. *Dioecesis Marsorum:*

Marsi (Pescina ne' Marsi), episcopatus ante saec. 9.

Ambitus: Communitates 28 provinciae Aquilensis.

Incolae: 91 065, Sacerdotes: 243, Paroeciae: 76.

44. *Dioecesis Melphiensis et Rapollensis:*

Melphis (Melfi) et Rapolla, episcopatus a saec. 11., uniti a d. 16. Maji 1528.

Ambitus: Communitates 6 provinciae Potentiae.

Incolae: 39 192, Sacerdotes: 93, Paroeciae: 13.

45. *Dioecesis Militensis:*

Miletum (Mileto), episcopatus a saec. 11.

Ambitus: Communitates 60 provinciarum Catacii (Catanzaro) et Rhegii.

Incolae: 189 537, Sacerdotes: 697, Paroeciae: 132.

46. *Dioecesis Melphictensis, Terlitiensis et Juvenacensis:*

Melphictum (Molfetta), episcopatus a saec. 12.; Juvenatium (Giovinazzo) et Terlitium (Terlizzi), episcopatus inter se uniti a saec. 11., et cum Melphictensi ab a. 1818.

Ambitus: Communitates 3 provinciae Barii.

Incolae: 60 445, Sacerdotes: 225, Paroeciae: 8.

47. *Dioecesis Monopolitana:*

Monopolis (Monopoli), episcopatus a saec. 11.

Ambitus: Communitates 4 provinciae Barii.

Incolae: 52 758, Sacerdotes: 246, Paroeciae: 8.

48. *Dioecesis Neritonensis:*

Neritona (Neritum, Nardo), antiqua urbs, episcopatus ab a. 1413.

Ambitus: Communitates 13 provinciae Aletinae (Lecce).

Incolae: 51 482, Sacerdotes: 189, Paroeciae: 15.

49. *Dioecesis Pennensis et Atriensis:*

Atria (Atri), episcopatus erectus ab Innocentio IV. a. 1152 et episcopatui Pennensi (Pinnae, Penne) unitus.

Ambitus: Communitates 47 provinciae Interamnae (Teramo).

Incolae: 140 417, Sacerdotes: 292, Paroeciae: 97.

50. *Dioecesis Teramensis:*

Interamna (Interamna Palaestina Piceni, Teramo), episcopatus ante saec. 10.

Ambitus: Communitates 23 provinciae Interamnae.

Incolae: 99 817, Sacerdotes: 325, Paroeciae: 124.

51. *Dioecesis Triventina:*

Triventum (Trivento), episcopatus jam saec. 10.

Ambitus: Communitates 42 provinciarum Campobasso, Aquilensis, Teatinae (Chieti).

Incolae: 101 804, Sacerdotes: 287, Paroeciae: 59.

52. *Dioecesis Trojana:*

Troja, episcopatus a saec. 11.

Ambitus: Communitates 6 provinciae Fodianae.

Incolae: 24 956, Sacerdotes: 63, Paroeciae: 10.

53. *Dioecesis Valvensis et Sulmonensis:*

Valva, episcopatus a saec. 5., Sulmo (Sulmona), oppidum in eo jugi dorso est, qua Velitras itur a Setia, episcopatus a saec. 6., uniti 1818.

Ambitus: Communitates 38 provinciarum Aquilensis et Teatinae.

Incolae: 104 120, Sacerdotes: 264, Paroeciae: 58.

54. *Dioecesis Jaciensis:*

Jaca Regalis (Aci-Reale), episcopatus a d. 27. Jun. 1844.

Ambitus: Communitates 14 provinciae Catinaeae (Catania).

Incolae: 130 697, Sacerdotes: 416, Paroeciae: 27.

### In Etruria et Aemilia:

55 *Dioecesis Aretina:*

Aretium (Arezzo), in amoena valle situm, episcopatus a saec. 4. medio.

Ambitus: Communitates 26 provinciae Aretinae.

Incolae: 163 052, Sacerdotes: 593, Paroeciae: 326.

56. *Dioecesis Burgi Sancti Domnini:*

Burgum Sancti Domnini (Borgo San Donnino), episcopatus a d. 12. Febr. 1601.

Ambitus: Communitates 9 provinciae Parmensis.

Incolae: 43 713, Sacerdotes: 117, Paroeciae: 52.

57. *Dioecesis Cortonensis:*

Corythus (Cortona), urbs pervetusta, episcopatus a d. 19. Jun. 1325.

Ambitus: Communitas 1 provinciae Aretinae.

Incolae: 25 563, Sacerdotes: 134, Paroeciae: 49.

58. *Dioecesis Ilcinensis:*

Mons Ilcinus (Montalcino), episcopatus a d. 13. Aug. 1462.

Ambitus: Communitates 6 provinciarum Senensis et Aretinae.

Incolae: 26 632, Sacerdotes: 100, Paroeciae: 34.

59. *Dioecesis Montis Politiani:*

Mons Politianus (Montepulciano), episcopatus a d. 10. Nov. 1561.

Ambitus: Communitas 1 provinciae Senensis.

Incolae: 13 694, Sacerdotes: 56, Paroeciae: 18.

60. *Dioecesis Parmensis:*

Parma ad fluvium cognominem, qui inde haud longe in Padum se effundit, episcopatus a saec. 4.

Ambitus: Communitates 38 provinciae Parmensis.

Incolae: 204 234, Sacerdotes: 352, Paroeciae: 316.

61. *Dioecesis Placentina:*

Placentia (Piacenza) haud longe a Trebiae et Padi confluentibus, episcopatus a saec. 4.

Ambitus: Communitates 50 provinciarum Placentinae et Parmensis.

Incolae: 240 954, Sacerdotes: 648, Paroeciae: 359.

**In Liguria:**

62. *Dioecesis Lunensis et Sarzanensis:*

Luna (Luni), oppidum cum portu maximo et pulcherrimo et promontorio, episcopatus a saec. 5., sedes translata est „in perpetuum" ad Sarzanam d. 21. Jul. 1465; dioecesis unita est cum Brugnatensi ab anno 1820.

Ambitus: Communitates 24 provinciae Genuensis.

Incolae: 106 056, Sacerdotes: 256, Paroeciae: 102.

## C. Abbatiae et praelaturae exemtae.

1. *Abbatia titulo S. Pauli extra muros urbis Romae:*

Abbatia vulgo San Paolo fuori le mura di Roma, via Ostiensi, Ordinis S. Benedicti, cujus ecclesia una est ex quinque basilicis patriarchalibus. Gregorius II. Papa, qui sedit a. 714, monasteria, quae erant circa basilicam S. Pauli apostoli ad solitudinem redacta, reparavit, monachos ordinavit et post longum tempus congregationem ibidem restituit. Circa annum 950, Agapiti Papae II. tempore, Albericus quidam Octavius veteres monachos hinc ejecit et congregationem monachorum Cluniacensium introduxit. Martinus V. Papa anno 1425 abbatiam hanc univit congregationi Sanctae Justinae de Padua. (Lubin. Abbatiarum Italiae brevis notitia, p. 341 et 342.)

Ambitus: Communitates civiles 3 provinciae Romanae.

Incolae: 3425, Sacerdotes: 14, Paroeciae: 3.

2. *Abbatia Sanctorum Vincentii et Anastasii, alias trium Fontium ad aquas Salvias:*

Abbatia prope Urbem tit. S. Anastasii primitus ord. S. Benedicti fuit, ad quam ab oriente allatae sunt S. mart. Anastasii monachi reliquiae. Huc introducti sunt VIII Cal. Nov. ann. 1140 Cistercienses monachi. Monachorum Cisterciensium primus abbas fuit Petrus Bernardus Pisanus, S. Bernardi Claraevallensis abbatis discipulus, qui postea evasit Papa Eugenius III. Solet dari in commendam S. Rom. Ecclesiae Cardinali (ibid. p. 329)[1].

Ambitus: Communitates civiles 6 provinciarum Romanae et Roseti.

Incolae: 17 207, Sacerdotes: 50, Paroeciae: 8.

3. *Abbatia Sublacensis:*

Abbatia Sublacensis, ordinis S. Benedicti, intra fines Tiburtinae dioecesis.

Sublaqueum, Sublacum, Sublacus, vulgo Subiaco, oppidum in edito colle in Latio sive in Campagna di Roma, ad Anienis vulgo Teverone ripam dexteram, non longe ab ejus fontibus, locus, unde monasticae vitae Sancti Benedicti initia. Solet dari in commendam S. Rom. Ecclesiae Cardinali. (Cappelletti VI. p. 655, 708 sq.)

Ambitus: Communitates civiles 15 provinciae Romanae.

Incolae: 23 298, Sacerdotes: 91, Paroeciae: 24.

4. *Abbatia Sancti Martini ad Montem Ciminium:*

Abbatia Sancti Martini ad montem Ciminium seu Sancti Martini de Monte, vulgo San Martino al Monte Cimino sive su i monti Cimini vel del Monte, administratorem habet episcopum Viterbiensem.

Ambitus: Communitas civilis 1 provinciae Romanae.

Incolae: 1594, Sacerdotes: 8, Paroeciae: 1.

5. *Archipresbyteratus Altamurensis et Aquavivensis:*

Altamura et Acquaviva in provincia Bariana sitae.

Ambitus: Communitates civiles 2 provinciae Barianae.

Incolae: 28 460, Sacerdotes: 80, Paroeciae: 4.

6. *Abbatia Montis Cassini:*

Casinum sive Mons Casinus aut Cassinus, situs in via Latina, in Campania Felice, vulgo Terra Laboris dicta, ubi S. Benedictus patriarcha monachorum occidentalium monasterium construxit, auream suam regulam scripsit, quae recte „monumentum non satis admirandum sapientiae christianae" nominatur, et ordinis sui fundamenta firmavit. A Joanne Papa XXII. ejus ecclesia in cathedralem erecta est ab anno 1323 usque ad annum 1367, quo ab Urbano V. ad abbatialem dignitatem rediit. Fuit hoc sacrum monasterium unitum congregationi S. Justinae de Padua a. 1504 a Julio II. Papa.

Ambitus: Communitates civiles 34 provinciarum Casertensis, de Campobasso, Aquilensis, Teatinae et de Teramo (Interamna).

Incolae: 73 397, Sacerdotes: 252, Paroeciae: 57.

[1] Cf. P. Leopoldus Janauschek, Originum Cisterciensium tom. I. Vindobonae 1877, pag. 62.

7. *Abbatia Montis Virginis:*

Mons Virginis, vulgo Monte Vergine dictus, in Campaniae Felicis confinio situs. Abbas residet juxta sanctuarium S. Mariae de Monte Virginis, situm in culmine montis ejusdem nominis.

Ambitus: Communitates civiles 3 provinciarum Abellinensis et Beneventanae.

Incolae: 6265, Sacerdotes: 57, Paroeciae: 5.

8. *Abbatia Sanctissimae Trinitatis Cavensis (SS. Trinità della Cava dei Tirreni, Tramutola):*

Cava, nobilissima abbatia, non longe a Salerno civitate, ordinis Cluniacensis, sub regula S. Benedicti, quam S. Alferius Salernitanus, factus Cluniacensis monachus, aedificavit sub titulo SS. Trinitatis anno 980 ingentibusque ditavit divitiis. Fuit Sanctae Sedi Apostolicae immediate subjecta.

Bonifacius IX. Papa illam in cathedralem ecclesiam erexit a. 1394, sed Leo X. suppresso monasterii SS. Trinitatis cathedralis ecclesiae titulo novam a. 1514 in vicino castello S. Mariae ecclesiam in cathedralem erexit. (Lubin. pag. 94.)

Ambitus: Communitates civiles 5 provinciarum Potentiae et Salernitanae.

Incolae: 18 782, Sacerdotes: 67, Paroeciae: 13.

9. *Abbatia Sancti Sylvestri Nonantolensis:*

Nonantula abbatia tit. S. Sylvestri, ord. S. Benedicti, prope Mutinam et in ejus dioeceseos territorio erecta est 753. Reliquiae S. Sylvestri a Stephano Papa acceptae, in hanc abbatiam translatae sunt. Huc circa annum 1514 [1] Cistercienses introducti.

Eam univit Pius VII. episcopatui Mutinensi a. 1821.

Ambitus: Communitates civiles 7 provinciae Mutinensis.

Incolae: 35 049, Sacerdotes: 69, Paroeciae: 30.

10. *Praelatura Sanctae Luciae:*

Praelaturae Sanctae Luciae (Santa Lucia de Mela) administrator apostolicus est archiepiscopus Messanensis.

Ambitus: Communitates civiles 3 provinciae Messanensis.

Incolae: 13 354, Sacerdotes: 76, Paroeciae: 7.

11. *Archimandritatus Sanctissimi Salvatoris Messanensis:*

Abbatia, vulgo Magnum monasterium dicta, sub tit. S. Salvatoris linguae Phari Messanae (S. Salvatore della lingua di Faro), ordinis S. Basilii extra civitatis muros, Mandra nuncupatum, omnium hujus religionis in utraque Sicilia positorum monasteriorum mater; a Rogerio I., Siciliae et Calabriae comite, a. 1059 fundatum et a Rogerio rege, ejus filio, regia munificentia restructum, opibus, praediis et templis, atque abbatiis ditatum.

[1] Abbatiam Cistercienses ante Cal. Mart. 1514 non incoluerunt. P. Leopoldus Janauschek, Originum Cisterciensium tom. I. Vindobonae 1877, p. LXIX.

Haec abbatia seu archimandritatus unitus est vigore brevis d. d. 31. Aug. 1883 cum archidioecesi Messanensi.

Ambitus: Communitates 10 provinciae Messanensis.

Incolae: 23 257, Sacerdotes: 45, Paroeciae: 20.

## II. Provinciae ecclesiasticae.

### a. In Italia superiore.

1. Ad Italiam superiorem, quae constat ex provinciis civilibus Pedemontii, Liguriae, Lombardiae sive Longobardiae et Venetiae, pertinent praeter supra enumeratas dioeceses exemtas hae provinciae ecclesiasticae: Januensis, Taurinensis, Vercellensis in Pedemontio et Liguria, Mediolanensis et Veneta in Longobardia et Venetia.

2. A temporibus Hadriani imperatoris Italia, quae omnis Praefecto Praetorio parebat, in duas partes videtur divisa fuisse, quarum altera regiones Cispadanas et Ultrapadanas complectebatur, quae cum vicinis regionibus Provinciae *Italiae* nomen obtinuerunt sub Constantino Magno, ejusque metropolis Mediolanum fuit, reliquis regionibus sub vicario Urbis positis. Vicario igitur Italiae parebant septem provinciae: Venetia, Aemilia, Liguria, Flaminia et Picenum Annonarium, Alpes Cottiae, Rhaetia prima, Rhaetia secunda.

Usque ad saeculum quintum illae provinciae civiles efformabant respectu ecclesiastico unam provinciam, scilicet Mediolanensem.

3. Circa finem quarti vel initium quinti saeculi Aquileja in sedem metropolitanam sublimata est, cui provincia Venetiae suffraganea attributa est. Mediolanenses et Aquilejenses archiepiscopi consecrationis episcopalis mutuo sibi conferendae jure pollebant, ut ex his Pelagii I. Pontificis verbis apparet: „Mos antiquus inter illos observatus fuit, ut ipsi se invicem, Mediolanensis et Aquilejensis, ordinare episcopos debuissent“.

Secundum Provinciale omnium ecclesiarum cathedralium universi orbis (Lugduni 1546) archiepiscopus Mediolanensis hos habuit suffraganeos: Bergomensem (Bergamo), Brixiensem (Brescia), Cremonensem (Cremona), Laudensem (Lodi), Novariensem (Novara), Vercellensem (Vercelli), Epporegiensem (Ivrea), Viglevensem (Vigevano), Astensem (Asti), Aquensem (Acqui), Albensem (Alba), Terdonensem (Tortona), Saonensem (Savonà), Albinganensem (Albenga), Vintimiliensem (Ventimiglia), Placentinensem (Piacenza), Papiensem (Pàvia) et Ferrariensem (Ferrara) exemti.

4. Ravenna a. 432 vel 433 metropolis evasisse fertur, cui hae dioeceses subdebantur: Sarsinàe, Caesinae, Fori Populi, Fori Livii, Faventiae, Fori Cornelii, Bononiae, Mutinae, Regii, Parmae, Placentiae, Brixilli, Vicohabentiae, Hadriae, quibus postea Comàcli et Ficclarum dioeceses adjectae sunt.

Secundum Provinciale omnium ecclesiarum cathedralium universi orbis (Lugduni 1546) archiepiscopus

Ravennas hos habuit suffraganeos: Adriensem (Adria), Comaclensem (Comacchio), Cerviensem (Cervia), Foroliviensem (Forlì), Foropopilensem (Forlimpopoli), Velliviensem, Cesenatensem (Cesena), Sarsinatensem (Sarsina), Faventin. (Faenza), Imolensem (Imola), Mutinensem (Modena), Bononiensem (Bologna), Reginensem (Reggio), Parmensem (Parma), Bercetensem.

5. Genua sive Janua Ligurum usque ad annum 1133 suffraganea Mediolanensis metropoleos fuit, postea ab Innocentio II. ipsa est metropolis constituta, cui in continente hae erant suffraganeae: Vigintimiliensis, Naulana, Albinganensis, Brugnatensis, Bobiensis. Notitia tamen Coelestini solas habet Marianensem (in Corsica), Bobiensem, Aprumacensem (Brugnatensem).

Secundum Provinciale omnium ecclesiarum cathedralium universi orbis (Lugduni 1546) archiepiscopus Januesis hos habuit suffraganeos: Bobiensem (Bobbio), Aprumacensem vel Brumacensem (Brugnato), Metenensem vel Maranensem, Acciensem (Acci) vel Amprumacensem, Nubiensem vel Nebiensem (Nebbio), Naulensem (Noli), Albinganensem (Albenga).

6. Taurinum usque ad Sixti IV. Pontificis tempus sub Mediolano metropoli permansit, dein exemptionem nacta est. Leo autem X. Papa civitatem in metropolis dignitatem evexit, cui Eporediensem et Montis regalis (Mondovì) sedes suffraganeas assignavit.

Secundum Provinciale omnium ecclesiarum cathedralium universi orbis (Lugduni 1546) archiepiscopus Taurinensis hos habuit suffraganeos: Casalensem (Casale), Salutiarum (Saluzzo), Montis regalis (Mondovì).

Bononia anno 1582 archidioecesis creata et sex ei episcopatus suffraganei dati sunt: Imolensis, Cerviensis, Mutinensis, Regiensis, Parmensis, Placentinus; anno tamen 1604 Imolensis et Cerviensis dioeceses Ravennatensi metropoli restitutae sunt.

Clemens XIII. Papa Ferrariam a. 1735 metropolim constituit, cui Comaclum suffraganeum fecit.

7. Restaurato post vicissitudines perturbationis Gallicae imperiique Napoleonici gubernio Mediolanum hos novem nactum est suffraganatus: Brixiensem, Bergomensem, Comensem, Papiensem, Cremensem, Laudensem, Cremonensem, Vigintimiliensem, Mantuanum. Eodem tempore Pius VII. Papa per bullam „Cum per nostras litteras" d. d. 26. Sept. 1817 dioeceses Novariensem et Viglevanensem a provincia metropolitana Mediolanensi dempsit Vercellensique metropoli obnoxias fecit atque bulla „Paternae caritatis studium" d. d. 16. Febr. 1819 Papiam et Mantuam provinciae Mediolanensi univit; quo tempore nova etiam paroeciarum circumscriptio facta est (Bullar. Rom. tom. XV. Const. 844, p. 176).

Sub Taurinensi metropoli post bullam d. d. 17. Jul. 1817 „Beati Petri Apostolorum" (Bullar. Rom. tom. XIV. Const. 740) hae erant dioeceses: Eporediensis, Aquensis, Astensis, Montis regalis, Salutiarum, Albensis, Cunensis, Fossanensis, Pineroliensis, Secusiensis.

Genua dioeceses nacta est suffraganeas Albinganensem, Bobiensem, Brugnatensem, Niciensem, Naulanam-Savonensem, Dertonensem. Nicaea (Nicia) postea iterum exempta et nunc provinciae Aquensi in Gallia unita est; Dertona autem Vercellensi accessit metropoli.

Metropolis Vercellensis tunc recenter creata suffraganatus habuit Bugellensem (Biella), Alexandrinum, Casalensem, Novariensem et Viglevanensem, postea etiam Dertonensem.

8. Anno 1821 regnum, quod tum vocabatur Sardiniae, in continente quattuor includebat provincias ecclesiasticas: Camberiensem (Chambéry), Taurinensem, Vercellensem, Genuensem. Harum prima postea in Galliae ditionem ex parte transiit. Quattuor illae provinciae totidem archidioecesibus et viginti sex dioecesibus diremptae erant, quibus universim erant incolae 3 575 063, ecclesiae collegiatae 74, paroeciales 3756, abbatiae 10, seminaria 54. Sequenti catalogo hi numeri quomodo singulis dioecesibus distribuantur, patet.

## Conspectus summarius

**dioecesium a. 1821 in regno Sardiniae (parte contin.) existentium.**

| Dioeceses. | Incolae 1821. | Ecclesiae collegiatae | Ecclesiae paroch. 1835. | Abbatiae. | Seminaria. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1. Archid. Cameriensis | 269 993 | — | 164 | — | 5 |
| 2. Dioec. Sancti Ioannis in Mauriana | | — | 81 | — | 1 |
| 3. „ Tarantasiensis | | — | 81 | — | 3 |
| 4. „ Anneciensis | 248 309 | — | 284 | — | 3 |
| 5. „ Augustana | 73 642 | 1 [1] | 85 | — | 1 |
| 1. Archid. Taurinensis | 463 365 | 8 | 248 | 3 [2] | 4 |
| 2. Dioec. Segusiensis | 53 559 | — | 55 | 1 [3] | 1 |
| 3. „ Pineroliensis | 51 143 | — | 58 | — | 3 |
| 4. „ Aquensis | 104 001 | 1 | 119 | 1 [4] | 1 |
| 5. „ Albensis | 32 520 | — | 90 | 1 [5] | 1 |
| 6. „ Astensis | 72 185 | 1 [6] | 107 | — | 1 |
| 7. „ Cuneensis | 73 073 | — | 51 | — | 1 |
| 8. „ Fossanensis | 29 635 | — | 21 | — | 1 |
| 9. „ Iporediensis | 170 796 | — | 128 | 1 [7] | 1 |
| 10. „ Montis regalis | 138 678 | 3 | 126 | 1 [8] | 1 |
| 11. „ Salutiarum | 117 952 | 2 | 88 | — | 2 |
| 1. Archid. Vercellensis | 134 777 | 3 | 133 | 1 [9] | 1 |
| 2. Dioec. Alexandrina | 81 552 | 5 | 61 | — | 2 |
| 3. „ Bugellensis | 98 848 | — | 100 | — | 2 |
| 4. „ Casalensis | 119 557 | 1 | 134 | — | 1 |
| 5. „ Novariensis | 238 904 | 12 | 355 | — | 7 |
| 6. „ Viglevanensis | 100 305 | — | 70 | — | 1 |
| 1. Archid. Januensis | 294 906 | 9 | 299 | — | 2 |
| 2. Dioec. Albinganensis | 129 797 | 5 | 158 | — | 1 |
| 3. „ Niciensis | 103 536 | 1 [10] | 138 | 1 [11] | 1 |
| 4. „ Bobbiensis | 27 321 | — | 47 | — | 1 |
| 5. „ Sarzanensis et Brugnatensis | 64 801 | 3 | 106 | — | 2 |
| 6. „ Savonensis et Naulensis | 50 948 | 3 | 53 | — | 1 |
| 7. „ Derthonensis | 214 836 | 8 | 268 | – | 1 |
| 8. „ Ventimiliensis | 16 124 | 8 | 48 | — | 1 |
| | 3 575 063 | 74 | 3756 | 10 | 54 |

[1] San Pietro ed Orso in Aosta.
[2] Di Sangano, di S. Maria di Caramagna, di S. Maria di Cavour.
[3] Di S. Michele della Chiusa. [4] Di S. Michele di Pareto.
[5] Di S. Gaudenzio. [6] San Secondo in Asti.
[7] Di S. Benigno di Fruttuaria. [8] Di S. Maria dei Fornelli.
[9] Di S. Gennaro. [10] Collegiata di Clanzo. [11] Di San Ponzio.

Ecclesiae cathedrales singulae erant in singulis dioecesibus, i. e. universae 30, concathedrales Brugnati ad Sarzanam et Nauli ad Sabatam (Savona). Anno 1833 ad basilicam della Superga dictam academia ecclesiastica ad promovenda theologiae studia altiora instituta est. — Numero incolarum supra citato non includuntur, qui in monasteriis et qui in institutis charitatis commorabantur, neque Hebraei, Valdenses, milites in castris cousistentes. Ad dioecesim Sarzanensem et Brugnatensem, praeter 106 paroecias indicatas aliae 14 pertiuebant alienis guberniis subditae (Serristori Statistica dell' Italia p. 13).

***Pedemontium et Liguria:***

## I. Provincia ecclesiastica Januensis.

Janua Ligurum (Genua, Genova), Liguriae caput, emporium nobilissimum ad mare Mediterraneum et florens opibus, episcopatus suffraganeus Mediolani usque ad a. 1133, metropolis creata d. 19. Martii 1133 cum episcopatibus suffraganeis: Mariana, Nebbio, Urcinium (Ajaccio), Bobbium (Bobbio), Bruniacum (Brugnato); ab a. c. 1200: Albingauuum (Albenga), Naulum (Noli); ab a. 1817: Albingaunum, Albium Intimelium (Ventimiglia), Bobbium, Nicaea ad Varum (Nice, Nizza), Sarzana, Savo (Savona), Tortona. D. 25. Nov. 1820 Bruniacum et Luna (Luni) uniuntur Sarzanae et Naulum Savoni.

1. *Archidioecesis Januensis:*

Genua, urbs aedificiorum splendore ac magnificentia superbissima ad litus maris Ligustici.

Ambitus: Communitates 81 provinciarum Genuensis et Alexandrinae.

Incolae: 489 340, Sacerdotes: 967, Paroeciae: 315.

S e d e s  s u f f r a g a n e a e:

2. *Dioecesis Albinganensis:*

Albingaunum (Albinga, Albenga), urbs maritima, episcopatus a saec. 5., suffraganeus metropolitae Januensis ab a. 1180.

Ambitus: Communitates 103 provinciarum Genuensis et Portus Mauritii.

Incolae: 98 594, Sacerdotes: 493, Paroeciae: 167.

3. *Dioecesis Bobbiensis:*

Bobbium (Bobium, Bobbio), episcopatus a saec. 11.

Ambitus: Communitates 17 provinciarum Papiensis, Genuensis, Parmensis, Placentinae.

Incolae: 31 611, Sacerdotes: 69, Paroeciae: 59.

4. *Dioecesis Brugnatensis:*

Bruniacum (Brugnatum, Brugnato); erectus est episcopatus d. 27. Maji 1133.

Ambitus: Communitates 2 provinciae Genuensis.

Incolae: 5511, Sacerdotes: 44, Paroeciae: 13.

5. *Dioecesis Derthonensis:*

Derthona (Dertona, Tortona), episcopatus a saec. 4.

Ambitus: Communitates 167 provinciarum Alexandrinae, Papiensis, Genuensis.

Incolae: 269 244, Sacerdotes: 515, Paroeciae: 279.

6. *Dioecesis Savonensis sive Saonensis et Naulensis:*

Savo (Sabata, Savona), urbs lepida sane ac lauta, episcopatus a saec. 10., unitur Naulensi episcopatui a. 1820.

Ambitus: Communitates 21 provinciae Genuensis.

Incolae: 71 779, Sacerdotes: 248, Paroeciae: 57.

7. *Dioecesis Ventimiliensis:*

Albium Intimelium (Albintimilium, Ventimiglia), episcopatus a saec. 7.

Ambitus: Communitates 39 prov. Portus Mauritii.

Incolae: 74 357, Sacerdotes: 240, Paroeciae: 53.

## II. Provincia ecclesiastica Taurinensis.

Provincia ecclesiastica Taurinensis componitur ex archidioecesi Taurinensi et 11 dioecesibus suffraganeis, quarum nomina haec sunt: Aquae Statiellae (Acqui), Alba Pompeja, Augusta Praetoria (Aosta), Asta Pompeja (Asti), Cuneum (Cuneo), Fossanum (Fossano), Eporedia (Ivrea), Mons regalis (Mondovì), Pinerolium (Pinerolo), Salutiae (Saluzzo), Segusium (Susa).

1. *Archidioecesis Taurinensis:*

Augusta Taurinorum (Torino, Turin), ad Duriae ostium, quo in Padum confluit, inter splendidissimas et magnificentissimas Italiae urbes numerata; situ amoenissimo gaudet; episcopatus a saec. 5.; metropolis a d. 21. Maji 1515 cum suffraganeis: Monte regali et Eporedia.

Ambitus: Communitates 173 provinciarum Taurinensis, Alexandrinae, Cuneensis.

Incolae: 674 565, Sacerdotes: 1522, Paroeciae: 268.

S e d e s  s u f f r a g a n e a e:

2. *Dioecesis Albensis:*

Alba Pompeja (Alba Pompea), ad Tanarum fl. sita, episcopatus a saec. 4.

Ambitus: Communitates 77 provinciarum Cuneensis, Alexandrinae.

Incolae: 127 862, Sacerdotes: 313, Paroeciae: 95.

3. *Dioecesis Aquensis:*

Aquae Statelliorum (Acqui), episcopatus a saec. 4.

Ambitus: Communitates 86 provinciarum Alexandrinae, Genuensis, Cuneensis.

Incolae: 152 207, Sacerdotes: 266, Paroeciae: 115.

4. *Dioecesis Augustana:*

Augusta Praetoria (Aosta), ad Duriam sita, episcopatus a saec. 4., sedes suppressa 1802—1817.

Ambitus: Communitates 73 provinciae Taurinensis.

Incolae: 82 188, Sacerdotes: 221, Paroeciae: 87.

5. *Dioecesis Astensis:*

Asta Pompeja (Asti), ad Tanarum sita, episcopatus a saec. 3.

Ambitus: Communitates 82 provinciarum Alexandrinae, Taurinensis.

Incolae: 166 513, Sacerdotes: 316, Paroeciae: 110.

6. *Dioecesis Cuneensis:*

Cuneum (Cuneo), episcopatus erectus d. 17. Julii 1817.

Ambitus: Communitates 37 provinciae Cuneensis.

Incolae: 105 451, Sacerdotes: 217, Paroeciae: 63.

7. *Dioecesis Fossanensis:*

Fossanum (Fossano), episcopatus erectus d. 15. Apr. 1592, dioecesis suppressa 1801—1817.

Ambitus: Communitates 7 provinciae Cuneensis.

Incolae: 35 291, Sacerdotes: 83, Paroeciae: 25.

8. *Dioecesis Iporediensis:*

Iporedia (Ipporegia, Ivrea), ad Duriam sita, episcopatus a saec. 7.

Ambitus: Communitates 113 provinciae Taurinensis.

Incolae: 192 496, Sacerdotes: 390, Paroeciae: 133.

9. *Dioecesis Montis regalis:*

Mons regalis (Mondovì), episcopatus a d. 8. Junii 1388, et suffraganeus Mediolani, a d. 21. Maji 1515 suffraganeus Augustae Taurinorum.

Ambitus: Communitates 85 provinciarum Cuneensis, Genuensis.

Incolae: 172 468, Sacerdotes: 507, Paroeciae: 142.

10. *Dioecesis Pineroliensis:*

Pinerolium (Pinerolo), episcopatus a d. 23. Dec. 1748, dein a 1817.

Ambitus: Communitates 48 provinciae Taurinensis.

Incolae: 81 917, Sacerdotes: 131, Paroeciae: 57.

11. *Dioecesis Salutiensis:*

Salutiae (Saluzzo), ad Alpium radices; episcopatus a d. 29. Oct. 1511.

Ambitus: Communitates 58 provinciarum Cuneensis, Taurinensis.

Incolae: 143 103, Sacerdotes: 279, Paroeciae: 91.

12. *Dioecesis Segusiensis:*

Segusium (Susa), episcopatus a d. 3. Aug. 1772; dein a 1817.

Ambitus: Communitates 51 provinciae Taurinensis.

Incolae: 68 745, Sacerdotes: 106, Paroeciae: 61.

## III. Provincia ecclesiastica Vercellensis.

Provincia ecclesiastica Vercellensis constituitur ex archidioecesi ejusdem nominis et dioecesibus suffraganeis Alexandrina, Bugellensi, Casalensi, Novariensi, Viglevanensi.

1. *Archidioecesis Vercellensis:*

Vercellae (Vercelli), ad Sessitem flumen, episcopatus ab antiquissimis temporibus nominis christiani, archiepiscopatus a d. 17. Julii 1817.

Ambitus: Communitates 68 provinciarum Novariensis, Papiensis, Alexandrinae.

Incolae: 181 794, Sacerdotes: 395, Paroeciae: 111.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Alexandrina:*

Alexandria Statiellorum (Alessandria della Paglia, antea Caesarea), ad Tanarum fl., ab Alexandro III. pontifice nomen habet, episcopatus ab a. 1175, sedes suppressa 1803—1817.

Ambitus: Communitates 30 provinciae Alexandrinae.

Incolae: 143 173, Sacerdotes: 138, Paroeciae: 62.

3. *Dioecesis Bugellensis:*

Bugella (Biella), episcopatus a d. 1. Junii 1772, sedes suppressa 1803—1819.

Ambitus: Communitates 92 provinciae Novariensis.

Incolae: 152 282, Sacerdotes: 267, Paroeciae: 133.

4. *Dioecesis Casalensis:*

Condigomacus (Casale), episcop. a d. 18. Apr. 1474.

Ambitus: Communitates 80 provinciae Alexandrinae.

Incolae: 162 786, Sacerdotes: 352, Paroeciae: 136.

5. *Dioecesis Novariensis:*

Novaria (Novara), ad flumen ejus nominis, quod vulgo La Gogna dicitur; episcopatus a saec. 4.

Ambitus: Communitates 284 provinciae Novariensis.

Incolae: 362 045, Sacerdotes: 820, Paroeciae: 379.

6. *Dioecesis Viglevanensis:*

Viglevanum (Vigevano), episcopatus a d. 16. Martii 1529.

Ambitus: Communitates 54 provinciarum Papiensis et Novariensis.

Incolae: 157 091, Sacerdotes: 251, Paroeciae: 71.

***Lombardia et Venetia:***

## IV. Provincia ecclesiastica Mediolanensis.

Provincia ecclesiastica Mediolanensis dividitur in archidioecesim ejusdem nominis et 8 dioeceses suffraganeas: Bergomensem, Brixiensem, Comensem, Cremensem, Cremonensem, Laudensem, Mantuanam, Papiensem.

1. *Archidioecesis Mediolanensis:*

Mediolanum (Milano, Mailand), Longobardiae caput, sedes a S. Ambrosio celeberrima et basilica cathedrali augustissima; episcopatus a temporibus apostolicis.

Ambitus: Communitates 583 provinciarum Mediolanensis, Comensis, Papiensis, Bergomensis.

Incolae: 1 322 603, Sacerd.: 2167, Paroeciae: 717.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Bergomensis:*

Bergomum (Bergamo), urbs nobilis et antiqua, non longe ab Alpibus Germanicis in monte posita; episcopatus a saec. 4.

Ambitus: Communitates 286 provinciarum Bergomensis, Brixiensis.

Incolae: 343 932, Sacerdotes: 1036, Paroeciae: 349.

3. *Dioecesis Brixiensis:*

Brixia (Brescia), ad Garciam amnem sita, episcopatus a saec. 1.

Ambitus: Communitates 267 provinciarum Brixiensis, Bergomensis.

Incolae: 449 980, Sacerdotes: 703, Paroeciae: 382.

4. *Dioecesis Comensis:*

Comum (Novocomum, Como), ad Larium lacum, episcopatus a saec. 4., olim sub metropoli Aquilejensi.

Ambitus: Communitates 245 provinciarum Comensis, Tiranensis (Sondrio).

Incolae: 281 308, Sacerdotes: 596, Paroeciae: 314.

5. *Dioecesis Cremensis:*

Crema, in pulchra et foecunda planitie jacens, episcopatus a d. 11. Apr. 1579.

Ambitus: Communitates 42 provinciae Cremonensis.

Incolae: 59 154, Sacerdotes: 158: Paroeciae: 55.

6. *Dioecesis Cremonensis:*

Cremona, magnificis aedificiis superba, episcopatus a saec. 4.

Ambitus: Communitates 109 provinciarum Cremonensis, Mantuanae, Bergomensis.

Incolae: 307 506, Sacerdotes: 540, Paroeciae: 217.

7. *Dioecesis Laudensis:*

Laus Pompeja (Lauda, Lodi), episcopatus ante saec. 4.

Ambitus: Communitates 73 provinciarum Mediolanensis, Cremonensis, Papiensis.

Incolae: 184 596, Sacerdotes: 324, Paroeciae: 108.

8. *Dioecesis Mantuana:*

Mantua (Mantova), urbs amoenissima, in medio stagni, non procul inde in Padum influentis, episcopatus ab a. 804, suffraganeus metropoleos Aquilejae, sedes exemta a d. 13. Maji 1453, suffraganeus metropoleos Mediolani ab a. 1500.

Ambitus: Communitates 60 provinciarum Mantuanae, Brixiensis, Veronensis.

Incolae: 253 780, Sacerdotes: 281, Paroeciae: 153.

9. *Dioecesis Papiensis:*

Papia (Ticinum, Pavia), ad Ticinum fluvium, episcopatus a saec. 1.

Ambitus: Communitates 53 provinciarum Papiensis, Mediolanensis.

Incolae: 107 737, Sacerdotes: 190, Paroeciae: 81.

## V. Provincia ecclesiastica Veneta.

Ex ecclesiis Gradensi et Castellanensi suppressis patriarchatus cum titulo Venetiarum mense Oct. 1451 erectus est. Sedes suffraganeae sunt: Adriensis, Bellunensis et Feltrensis, Cenetensis, Clodiensis, Concordiensis, Patavina, Tarvisina, Veronensis, Vicentina (a d. 1. Maji 1818).

1. *Patriarchatus Venetiarum:*

Venetiae (Venezia, Venedig), in Adriatici maris sinu a. 452 constructae, sedes translata ex urbe Gradensi d. 21. Jan. 1170.

Ambitus: Communitates 8 provinciae Venetae.

Incolae: 160 059, Sacerdotes: 271, Paroeciae: 45.

Sedes suffraganeae.

2. *Dioecesis Adriensis:*

Adria sive Hadria, olim sub Ravennatensi metropoli, ad Tartarum fluvium, non longe a mari, cui nomen indidit Adriatici; episcopatus a saec. 7. Sedes episcopalis: Rhodigium (Rovigo).

Ambitus: Communitates 55 provinciae Rhodigiensis.

Incolae: 185 723, Sacerdotes: 177, Paroeciae: 80.

3. *Dioecesis Bellunensis et Feltrensis:*

Bellunum (Belluno), episcopatus a saec. 2.; Feltria (Feltre), episcopatus a saec. 6.; hae sedes „aeque principaliter“ unitae a. 1197, disjunctae a. 1462, iterum unitae a. 1818.

Ambitus: Communitates 57 provinciarum Bellunensis et Utinensis.

Incolae: 143 975, Sacerdotes: 144, Paroeciae: 80.

4. *Dioecesis Cenetensis:*

Ceneta (Ceneda), episcopatus a saec. 6.

Ambitus: Communitates 46 provinciarum Tarvisinae, Utinensis, Bellunensis, Venetae.

Incolae: 174 416, Sacerdotes: 237, Paroeciae: 128.

5. *Dioecesis Clodiensis:*

Fossa Clodia (Chioggia), antea Metamaucum (Malamocco), episcopatus a saec. 7.

Ambitus: Communitates 11 provinciarum Rhodigiensis, Pataviensis, Venetae.

Incolae: 82 972, Sacerdotes: 107, Paroeciae: 29.

6. *Dioecesis Concordiensis:*

Concordia, episcopatus a saec. 6.; sedes transfertur in ecclesiam S. Andreae in Portogruaro.

Ambitus: Communitates 60 provinciarum Venetae, Utinensis, Tarvisinae.

Incolae: 184 580, Sacerdotes: 269, Paroeciae: 123.

7. *Dioecesis Patavina:*

Patavium (Padova, Padua), episcopatus a saec. 1.

Ambitus: Communitates 145 provinciarum Pataviensis, Vicentinae, Venetae, Tarvisinae.

Incolae: 505 418, Sacerdotes: 853, Paroeciae: 325.

8. *Dioecesis Tarvisina:*

Tarvisium (Treviso), episcopatus a saec 4.
Ambitus: Communitates 73 provinciarum Tarvisinae, Venetae, Pataviensis, Vicentinae.
Incolae: 306 850, Sacerdotes: 425, Paroeciae: 210.

9. *Dioecesis Veronensis:*

Verona, amphitheatri reliquiis nota, Athesi flumine munitur; episcopatus a saec. 3.
Ambitus: Communitates 124 provinciarum Veronensis, Brixiensis, Mantuanae.
Incolae: 400 446, Sacerdotes: 980, Paroeciae: 264.

10. *Dioecesis Vicentina:*

Vicentia (Vicenza), inter Renonem et Bachilionem amnes, episcopatus a saec. 2.
Ambitus: Communitates 100 provinciae Vicentinae.
Incolae: 349 550, Sacerdotes: 790, Paroeciae: 213.

## b. In Italia media.

In Italia media seu in provinciis civilibus Aemiliae, Umbriae, Marchiarum, Tusciae et Latii sunt praeter dioeceses exemtas et praelaturas nullius dioeceseos jam enumeratas 9 provinciae ecclesiasticae, videlicet: Bononiensis, Firmana, Ravennatensis, Urbinatensis et Romana, de qua jam initio egimus; porro Florentina, Mutinensis, Pisana et Senensis.

*Aemilia, Umbria, Marchiae:*

### VI. Provincia ecclesiastica Bononiensis.

Provincia eccles. Bononiensis amplectitur praeter archidioecesim ejusdem nominis duas dioeceses suffraganeas: Faventinam et Imolensem,

1. *Archidioecesis Bononiensis:*

Bononia (Bologna), primarias Italiae nobilitate adaequans, ob lascivam agri fertilitatem pinguis nuncupata, episcopatus a saec. 3., suffraganeus Mediolani usque ad a. 490, Ravennae usque ad a. 1196, archiepiscopatus a d. 10. Dec. 1582 cum dioecesibus suffraganeis: Imolensi usque 1604, Cerviensi 1604, Mutinensi 1855, Regiensi 1855, Parmensi 1855, Placentina 1855, Cremensi 1604, Fidentiae (Burgi S. Domini).
Ambitus: Communitates 58 provinciarum Bononiensis et Ferrariensis.
Incolae: 453 989, Sacerdotes: 989, Paroeciae: 398.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Faventina:*

Faventia (Faenza), a Lamone fl. in duas secatur partes, episcopatus a saec. 3.
Ambitus: Communitates 9 provinciarum Ravennatensis et Faventinae.
Incolae: 93 977, Sacerdotes: 384, Paroeciae: 114.

3. *Dioecesis Imolensis:*

Forum Cornelii (Imola), episcopatus a saec. 4.
Ambitus: Communitates 14 provinciarum Bononiensis et Ravennatensis.
Incolae: 96 701, Sacerdotes: 332, Paroeciae: 122.

### VII. Provincia ecclesiastica Firmana.

Ad constituendam provinciam eccl. Firmanam junguntur archidioecesi ejusdem nominis dioeceses suffraganeae: Maceratensis et Tolentina, Montis alti, Ripana, Sancti Severini.

1. *Archidioecesis Firmana:*

Firmum (Fermo), ad litus jacet, episcopatus a saec. 3., archiepiscopatus a d. 12. Maji 1589.
Ambitus: Communitates 52 provinciae Asculanae.
Incolae: 160 632, Sacerdotes: 582, Paroeciae: 147.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Maceratensis et Tolentina:*

Tolentinum (Tolentino), episcopatus ante saec. 5.; Macerata, episcopatus a d. 18. Nov. 1320, incorporatum habet episcopatum Recinetensem; sedes Recinetensis restituitur d. 8. Jan. 1356 (1357), sed manet unita Maceratensi; d. 1. Nov. 1507 a dioecesi Recinetensi sejungitur dioecesis Lauretana, et d. 7. Jan. 1516 dioecesis Maceratensis. Iterum dioeceses Maceratensis et Recinetensis a. 1571 uniuntur; d. 10. Dec. 1586 restituitur sedes Tolentina et unitur cum Maceratensi, sedes vero Recinetensis unitur Lauretanae.
Ambitus: Communitates 5 provinciae Maceratensis.
Incolae: 40 516, Sacerdotes: 143, Paroeciae: 25.

3. *Dioecesis Montis alti:*

Mons altus (Montalto), episcopatus a d. 24. Nov. 1486.
Ambitus: Communitates 9 provinciarum Asculanae et Interamnae.
Incolae: 21 897, Sacerdotes: 107, Paroeciae: 35.

4. *Dioecesis Ripana:*

Supra montana (Ripa trans Asonem, Ripatransone), episcopatus a d. 1. Aug. 1571, factus suffraganeus ecclesiae Firmanae sub episcopo Joann. Georg. Mainardi (1680—1693).
Ambitus: Communitates 8 provinciarum Asculanae et Interamnae.
Incolae: 31 159, Sacerdotes: 112, Paroeciae: 13.

5. *Dioecesis Sancti Severini:*

Septempeda (Sancti Severini, San Severino), episcopatus a d. 26. Nov. 1586.
Ambitus: Communitates 2 provinciae Maceratensis.
Incolae: 15 313, Sacerdotes: 141, Paroeciae: 27.

### VIII. Provincia ecclesiastica Ravennatensis.

Provincia ecclesiastica Ravennatensis comprehendit praeter archidioecesim ejusdem nominis septem dioeceses suffraganeas: Ariminensem, Brictinoriensem, Caesinatensem, Cerviensem, Comaclensem, Foroliviensem, Sarsinatensem. Fuit autem Ravennae ecclesia una ex sedibus metropolitanis Italiae a tempore Leonis Magni, sub quo beatus Petrus Chrysologus Ravennatensis metropolita floruit.

1. *Archidioecesis Ravennatensis:*

Ravenna, urbs Romanorum olim imperatorum sedes, ob aedificiorum vetustatem antiqua nuncupata, episcopatus a saec. 1., archiepiscopatus ab a. 433, cum suffraganeis, quae vulgo Sarsina, Cesena, Forlimpopoli, Forli, Faenza, Imola, Bologna, Modena, Parma, Piacenza, Bresello Vigovanza (i. e. Ferrara), Adria dicuntur. — A. 1106 eximuntur a jurisdictione archiepiscopi Ravennatensis dioeceses: Piacenza, Parma, Reggio, Modena, Bologna.

Ambitus: Communitates 9 provinciarum Ravennatensis, Ferrariensis, Foroliviensis.

Incolae: 93 050, Sacerdotes: 155, Paroeciae: 65.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Ariminensis:*

Ariminum (Rimini), urbs maritima, concilio nobilis, episcopatus a saec. 3.

Ambitus: Communitates 23 provinciarum Foroliviensis et Pisaurensis.

Incolae: 104 905, Sacerdotes: 254, Paroeciae: 123.

3. *Dioecesis Brictinoriensis:*

Brictinorium (Bertinoro); sedes translata ex Foro Popilii (Forlimpopoli) a. 1360; ecclesia unitur vi bullae Leonis XII. „Dominici gregis procuratio" d. d. 1. Sept. a. 1824 Sarsinatensi.

Ambitus: Communitates 5 provinciae Foroliviensis.

Incolae: 27 781, Sacerdotes: 115, Paroeciae: 63.

4. *Dioecesis Caesinatensis:*

Caesena (Cesena), urbs inter Sapin et celebrem Rubiconem posita, episcopatus a saec. 1.

Ambitus: Communitates 7 provinciae Foroliviensis.

Incolae: 58 631, Sacerdotes: 144, Paroeciae: 58.

5. *Dioecesis Cerviensis:*

Ficuclae (Ficoclum, Cervia), episcopatus a saec. 6.

Ambitus: Communitates 3 provinciarum: Ravennatensis et Ferrariensis.

Incolae: 15 385, Sacerdotes: 34, Paroeciae: 12.

6. *Dioecesis Comaclensis:*

Comaclum (Cymaclum, Cymaculum, Comacchio), episcopatus a saec. 6.

Ambitus: Communitates 5 provinciae Ferrariensis.

Incolae: 27 732, Sacerdotes: 36, Paroeciae: 14.

7. *Dioecesis Foroliviensis:*

Forum Livii (Forli), episcopatus a saec. 2.

Ambitus: Communitates 3 provinciarum Foroliviensis et Ravennatensis.

Incolae: 50 650, Sacerdotes: 134, Paroeciae: 59.

8. *Dioecesis Sarsinatensis:*

Sarsina, episcopatus a saec. 4.; per bullam „Dominici gregis" de die 28. Aug. 1824 unitur ecclesiae Brictinoriensi.

Ambitus: Communitates 2 provinciarum Foroliviensis et Pisaurensis.

Incolae: 13 958 Sacerdotes: 64, Paroeciae: 35.

### IX. Provincia ecclesiastica Urbinatensis.

Ad constituendam provinciam ecclesiasticam Urbinatensem concurrunt praeter archidioecesim Urbinatensem sex dioeceses suffraganeae: Calliensis et Pergulana, Feretrana, Forosemproniensis, Pisaurensis, Sancti Angeli in Vado et Urbaniensis, Senogalliensis.

1. *Archidioecesis Urbinatensis:*

Urbinum (Urbino), episcopatus a saec. 6., archiepiscopatus a d. 7. Julii 1563.

Ambitus: Communitates 9 provinciarum Pisaurensis et Anconitanae.

Incolae: 31 768, Sacerdotes: 139, Paroeciae: 98.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Calliensis et Pergulana:*

Callium (Cagli), episcopatus a saec. 4.; Pergola, episcopatus e dioecesi Eugubina (Gubbio) segregatus d. 18. Jan. 1818 et Calliensi unitus.

Ambitus: Communitates 6 provinciae Pisaurensis.

Incolae: 26 142, Sacerdotes: 99, Paroeciae: 54.

3. *Dioecesis Feretrana:*

Feretrum (Mons Feretranus, Montefeltro), episcopatus a saec. 9., suffraganeus ecclesiae Urbinatensis ab a. 1563.

Ambitus: Communitates 20 provinciae Pisaurensis, porro respublica Sancti Marini (ex parte).

Incolae: 39 918, Sacerdotes: 215, Paroeciae: 112.

4. *Dioecesis Forosemproniensis:*

Forum Sempronii (Fossombrone), ex ruinis Fori Sempronii antiqui excitatum, episcopatus a saec. 5.

Ambitus: Communitates 4 provinciarum Pisaurensis et Anconitanae.

Incolae: 17 550, Sacerdotes: 93, Paroeciae: 34.

5. *Dioecesis Pisaurensis:*

Pisaurum (Pesaro), ad mare est, episcopatus a saec. 3.

Ambitus: Communitates 13 provinciae Pisaurensis.

Incolae: 41 760, Sacerdotes: 191, Paroeciae: 39.

6. *Dioecesis Sancti Angeli in Vado et Urbaniensis:*

Sancti Angeli in Vado (Sant' Angelo in Vado) et Urbania, episcopatus a d. 18. Febr. 1635.

Ambitus: Communitates 5 provinciae Pisaurensis.

Incolae: 13 390, Sacerdotes: 105, Paroeciae: 56.

7. *Dioecesis Senogalliensis:*

Senogallia (Sinigaglia), episcopatus a saec. 6.

Ambitus: Communitates 22 provinciarum Anconitanae et Pisaurensis.

Incolae: 83 039, Sacerdotes: 264, Paroeciae: 54.

***Tuscia et Aemilia:***

## X. Provincia ecclesiastica Florentina.

Provincia ecclesiastica Florentina amplectitur praeter archidioecesim ejusdem nominis dioeceses suffraganeas: Burgi S. Sepulchri, Collensem, Faesulanam, Mutilanam, Pistoriensem et Pratensem, Sancti Miniati.

1. *Archidioecesis Florentina:*

Florentia (Firenze, Florenz), urbs templorum splendore maxime conspicua, episcopatus a saec. 1., archiepiscopatus ab a. 1420.

Ambitus: Communitates 28 provinciae Florentinae.

Incolae: 426 381, Sacerdotes: 815, Paroeciae: 479.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Burgi Sancti Sepulchri:*

Biturgia (Burgum Sancti Sepulchri, Borgo San Sepolchro), episcopatus a d. 22. Sept. 1515.

Ambitus: Communitates 10 provinciarum Aretinae, Florentinae, Senensis.

Incolae: 42 296, Sacerdotes: 226, Paroeciae: 135.

3. *Dioecesis Collensis:*

Collis Hetruscus (Colle di Val d'Elsa), episcopatus a d. 4. Junii 1592.

Ambitus: Communitates 4 provinciae Senensis.

Incolae: 32 327, Sacerdotes: 138, Paroeciae: 71.

4. *Dioecesis Faesulana:*

Faesulae (Fiesole), episcopatus ante saec. 6.

Ambitus: Communitates 19 provinciarum Florentinae, Aretinae, Senensis.

Incolae: 114 713, Sacerdotes: 435, Paroeciae: 254.

5. *Dioecesis Mutilana:*

Mutilanum (Modigliana), episcopatus per bullam „Ea quo licet immerito" d. d. 17. Julii 1850.

Ambitus: Communitates 10 provinciae Florentinae.

Incolae: 39 292, Sacerdotes: 170, Paroeciae: 102.

6. *Dioecesis Pistoriensis et Pratensis:*

Pistoria (Pistoja) haud procul a Stella fl. sita et Pratum (Prato), episcopatus a saec. 5.

Ambitus: Communitates 17 provinciae Florentinae.

Incolae: 168 482, Sacerdotes: 474, Paroeciae: 203.

7. *Dioecesis Sancti Miniati:*

Sancti Miniati (San Miniato), episcopatus a d. 5. Dec. 1622.

Ambitus: Communitates provinciarum Florentinae et Pisanae.

Incolae: 98 122, Sacerdotes: 253, Paroeciae: 99.

## XI. Provincia ecclesiastica Mutinensis.

Provincia ecclesiastica Mutinensis constat praeter archidioecesim Mutinensem ex dioecesibus suffraganeis: Carpensi, Guastallensi, Massensi, Reginensi.

1. *Archidioecesis Mutinensis:*

Mutina (Modena), episcopatus a saec. 3., archiepiscopatus a d. 22. Aug. 1855.

Ambitus: Communitates 31 provinciarum Mutinensis, Reginensis (Reggio nell' Emilia), Cremonensis.

Incolae: 181 738, Sacerdotes: 409, Paroeciae: 181.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Carpensis:*

Carpum (Carpi), episcopatus a d. 1. Dec. 1779.

Ambitus: Communitates 6 provinciarum Mutinensis et Reginensis.

Incolae: 55 790, Sacerdotes: 97, Paroeciae: 31.

3. *Dioecesis Guastallensis:*

Guastalla, episcopatus a d. 13. Sept. 1828 vi bullae Leonis XII. „De commisso Nobis divinitus Dominici gregis".

Ambitus: Communitates 9 provinciae Reginensis.

Incolae: 53 598, Sacerdotes: 102, Paroeciae: 27.

4. *Dioecesis Massensis:*

Massa Lunensis (Massa di Carrara), episcopatus a d. 18. Febr. 1822.

Ambitus: Communitates 26 provinciae Massensis.

Incolae: 113 148, Sacerdotes: 319, Paroeciae: 156.

5. *Dioecesis Reginensis:*

Regium Lepidi (Reggio), episcopatus a primis christiani nominis temporibus.

Ambitus: Communitates 37 provinciarum Reginensis et Mutinensis.

Incolae: 197 804, Sacerdotes: 649, Paroeciae: 245.

## XII. Provincia ecclesiastica Pisana.

Secundum Provinciale omnium ecclesiarum cathedralium universi orbis (Lugduni 1546) archiepiscopus Pisanus hos habuit suffraganeos: Messanensem (Massa), Ajacensem (Ajaccio), Alariensem (Aleria), Sagonensem (Sagona), Civitatensem.

Territorii hodiernae provinciae ecclesiasticae Pisanae maxima pars dividitur in archidioecesim Pisanam et suffraganeas dioeceses: Liburnensem, Piscien-

sem, Volterranam; ab hac parte sejuncta est altera, quae constituit dioecesim Apuanam.

1. *Archidioecesis Pisana:*

Pisa, vetustissima Etruriae urbs, ad Arnum sita, episcopatus a saec. 4., archiepiscopatus a d. 21. April. 1092.

Ambitus: Communitates 20 provinciarum Pisanae et Lucensis.

Incolae: 195 665, Sacerdotes: 351, Paroeciae: 146.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Apuana:*

Apia (Pontremoli), episcopatus a d. 4. Julii 1797.

Ambitus: Communitates 9 provinciarum Massensis et Parmensis.

Incolae: 58 720, Sacerdotes: 322, Paroeciae: 143.

3. *Dioecesis Liburnensis:*

Liburnea (Ligurnus, Livorno), emporium cum portu nobile est, episcopatus a d. 25. Sept. 1806.

Ambitus: Communitates 2 provinciarum Pisanae et Liburnensis.

Incolae: 106 341, Sacerdotes: 132, Paroeciae: 25.

4. *Dioecesis Pisciensis:*

Piscia (Pescia), episcopatus a d. 17. Mart. 1726.

Ambitus: Communitates 9 provinciae Lucensis.

Incolae: 56 913, Sacerdotes: 174, Paroeciae: 37.

5. *Dioecesis Volterrana:*

Volaterra (Volterra), episcopatus a saec. 5.

Ambitus: Communitates 19 provinciarum Pisanae, Florentinae, Grossetanae, Senensis.

Incolae: 91 563, Sacerdotes: 293, Paroeciae: 113.

## XIII. Provincia ecclesiastica Senensis.

Ad constituendam provinciam ecclesiasticam Senensem junguntur metropoli Senensi ecclesiae suffraganeae: Clusina et Pientina, Grossetana, Massana et Populoniensis, Suanensis et Pitilianensis.

1. *Archidioecesis Senensis:*

Senae (Saena, Siena), Etruriae urbs antiquissima in colle jacens, Catharinae Senensis patria, episcopatus a saec. 4., archiepiscopatus a d. 23. Apr. 1459.

Ambitus: Communitates 7 provinciarum Senensis et Grossetanae.

Incolae: 56 681, Sacerdotes: 221, Paroeciae: 102.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Clusina et Pientina:*

Clusium (Chiusi), episcopatus a saec. 5., Pientia (Pienza), episcopatus a d. 31. Aug. 1462; dioecesis Clusina unita cum Pientina a d. 17. Jun. 1772.

Ambitus: Communitates 12 provinciae Senensis.

Incolae: 46 624, Sacerdotes: 117, Paroeciae: 54.

3. *Dioecesis Grossetana:*

Rosetum (Grosseto), sedes translata de Ruxella (Rosello) d. 9. Apr. 1138.

Ambitus: Communitates 5 provinciae Grossetanae.

Incolae: 31 473, Sacerdotes; 48, Paroeciae: 29.

4. *Dioecesis Massana et Populoniensis:*

Massa Veternensis (Massa Marittima), episcopatus a saec. 5., unitum habet titulum ecclesiae Populoniensis.

Ambitus: Communitates 10 provinciarum Grossetanae, Pisanae, Liburnensis.

Incolae: 54 751, Sacerdotes: 77, Paroeciae: 24.

5. *Dioecesis Suanensis et Pitilianensis:*

Suanum (Sovana), episcopatus a saec. 7., unitum habet titulum ecclesiae Pitilianensis (Pitigliano).

Ambitus: Communitates 7 provinciarum Grossetanae et Senensis.

Incolae: 38 231, Sacerdotes: 96, Paroeciae: 46.

### c. In Italia inferiore.

1. Italia inferior constat ex 5 provinciis civilibus, scilicet: Aprutiorum, Campaniae, Apuliae, Basilicatae et Calabriae; quae quondam illam partem regni utriusque Siciliae constituebant, cui nomen Siciliae cis Pharum fuit. Respectu ecclesiastico dividitur, si excipiuntur dioeceses immediate Sanctae Sedi subjectae, in has provincias: Acheruntinam et Materanensem, Barensem, Beneventanam, Brundusinam, Capuanam, Teatinam, Compsanam, Lancianensem, Sipontinam, Neapolitanam, Hydruntinam, Rhegiensem, Salernitanam, Sanctae Severinae, Surrentinam, Tarentinam et Tranensem.

2. In regiones, quae regnum utriusque Siciliae quondam formabant, Apostolorum tempore res Christiana invecta est. Narrat enim S. Lucas in Actibus Apostolorum (c. 28), S. Paulum Romam proficiscentem Syracusas in Sicilia appulisse tresque ibi dies moratum esse indeque Rhegium et post duos dies Puteolos (i. e. Puzzuoli ab occidente urbis Neapolis) pervenisse: „Ubi inventis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem“ (Act. 28, 14).

Nova provinciarum partitione saeculo quarto a Constantino imperatore facta hierarchiam iisdem in terris rite ordinatam reperimus, quarum dioeceses omnes metropolitae Romano erant obnoxiae.

3. Divisio ecclesiastica secundum notitiam tempore Honorii III. a. 1225 conscriptam a viro religioso et Milone ejus Abbate:

***Calabria:***

Archidioecesis Rhegiensis cum 9 suffraganeis: Cassanensi, Neocastrensi, Catacensi, Cotroniensi, Tropiensi, Oppidensi, Bovensi, Hieracensis, Squillacensi.

Archidioecesis Cusentina cum suffraganea Marturanensi.

Archidioecesis Rossianensis sine suffraganea.

Archidioecesis Sanctae Severinae cum 3 suffraganeis: Umbriaticensi, Troniensi, Genicocastrensi.

*Apulia:*

Archidioecesis Compsana cum suffraganeis: Murana, Satriensi, Montis viridis, Laquedoniensi.

Archidioecesis Acheruntina cum 5 suffraganeis: Potentina, Tricaricensi, Venusina, Gravinensi, Anglonensi.

Archidioecesis Tarentina cum 2 suffraganeis: Mutilensi, Castellaneteusi.

Archidioecesis Brundusina cum suffraganea Ostunensi.

Archidioecesis Hydruntina cum suffraganeis: Castrensi, Gallipolitana, Lyciensi, Ugentina sive Uxentina, Leucensi.

Archidioecesis Barensis cum 12 suffraganeis: Bituntina, Melphetana, Juvenacensi, Bitectina, Salpensi, Cannensi, Rubensi, Conversana sive Cupersan., Minerbinensi, Polymnianensi, Cateriensi (Caterinensi), Labellina.

Archidioecesis Sipontina cum suffraganeis: Vestana, Trojana, Melphiensi, Monopolitana, Rapollensi.

Archidioecesis Tranensis cum 2 suffraganeis: Vigiliensi et Andriensi.

*Samnium:*

Archidioecesis Beneventana cum 22 suffraganeis: Thelesinensi, Sanctae Agathae Gothorum, Aliphiensi, Montis Marani, Montis Corbini, Abellinensi, Vicana (seu Trivicana, Trevico, Vico della Baronia), Arianensi, Bovianensi seu Bojanensi, Asculana, Lucerina, Turtibulensi, Draconarum (usque ad 1554), Vulturariensi, Alarinensi seu Larinensi, Civitatensi (usque ad 1580), Termulensi, Frequentina (usque ad 1465), Triventina, Bovinensi, Guardiensi, Musanensi (1110 usque ad 1132).

*Campania:*

Archidioecesis Salernitana cum 7 suffraganeis: Caputaquensi, Policastrensi, Nusquetana vel Nuscana, Sarnensi, Acerrarum, Marsicensi, Ravellensi.

Archidioecesis Amalphitana cum 4 suffraganeis: Capritana, Scalensi, Minorensi, Litterana sive Littana.

Archidioecesis Surrentina cum 3 suffraganeis: Lubrensi, Aequensi, Castelli maris seu Castri maris.

Archidioecesis Neapolitana cum 5 suffraganeis: Aversana, Nolana, Puteolana, Cumana, Isclana vel Insulana.

Archidioecesis Capuana cum 8 suffraganeis: Theanensi, Calvensi, Calenulensi (postea Carinulensi), Casertana, Suessuana, Venafrensi, Aquitanensi, Sorana.

4. Provinciale omnium ecclesiarum cathedralium universi Orbis (Lugduni 1546) hanc habet divisionem ecclesiasticam:

*Calabria:*

Archiepiscopus Rhegiensis hos habet suffraganeos: Lucrensem (Locris, nunc Palepoli), Cotroniensem (Cotrone), Cassanensem (Cassano), Cathacensem (Catanzaro), Neocastrensem (Nicastro), Geracensem (Gerace), Toropetensem alias Tropiensem (Tropea), Bovensem (Bova), Squilacensem (Squillace).

Archiepiscopus Cosentinus habet suffraganeum Marturanensem (Martorano).

Archiepiscopus Rossanensis non habet suffraganeum. Bisignanensis (Bisignano) est exemtus.

Archiepiscopus Sanctae Severinae hos habet suffraganeos: Ebriacensem vel Umbraticensem (Umbriatico), Strongylensem vel Stromensem vel Insulensem (Strongoli), Geneocastrensem vel Genicocastrensem (Belcastro), Gerentinensem (Cerenza), Sancti Leonis (S. Leone).

*Apulia:*

Archiepiscopus Tarentinus hos habet suffraganeos: Mutulensem (Motola), Castellanensem vel Castellanatensem (Castellaneta).

Archiepiscopus Brundusinus habet suffraganeum Astrinensem vel Ostrinensem (Ostuni).

Archiepiscopus Hydruntinus hos habet suffraganeos: Castrensem (Castro), Gallipolitanum (Gallipoli), Liciensem vel Licenensem (Lecce), Ugentinensem vel Ugentinum (Ugento), Lucensem vel Lucadensem (Leuca).

Neritonensis est exemtus.

Archiepiscopus Barensis hos habet suffraganeos: Betontinensem (Bitonto), Caelphetan. vel Melphiten. (Molfetta), Juvenacensem (Giovenazzo), Rubentinensem vel Rubensem (Ruvo), Salpensem (Salpi), Cauriensem (Canne), Biterrensem (Bitetto), Conversanum (Conversano), Minerviensem (Minervino), Polignianensem (Polignano), Catherinensem (Cattaro), Lavellinensem (Lavello).

Archiepiscopus Tranensis hos habet suffraganeos: Vigiliensem (Bisceglia), Andrensem (Andria) et Penensem (Penne?) conjunctos.

Archiepiscopus Sipontinus vel Montis Gargani hos habet suffraganeos: Vescanensem (Viesti) et Trojanensem (Troja) exemtos, Melphiensem (Melfi), Monopolitanensem (Monopoli) et Rapollensem (Rapolla) exemtos.

Archiepiscopus Consanus hos habet suffraganeos: Moranensem (Muro), Satrianensem (Satriano), Montis viridis (Monteverde), Laquedonensem (Lacedonia), Sancti Angeli de Lombardis (S. Angelo dei Lombardi, Bisaciensem (Bisaccia).

Archiepiscopus Acherontinus habet suffraganeos: Potentinum (Potenza), Tricariensem (Tricarico), Venusinum (Venosa), Gravinensem (Gravina), Anglonensem (Anglona vel Tursi).

*Terra Laboris:*

Archiepiscopus Beneventanus (cujus civitas est Romanae Ecclesiae), hos habet suffraganeos: Thelesinensem (Telese), Sanctae Agathae (S. Agata dei Goti), Aliphiensem (Alife), Montis Marani (Monte Marano), Avellinensem (Avellino), Vicanum (Vico), Arianensem (Ariano), Bojanensem (Bojano), Asculanensem (Ascoli), Nucerinum (Lucera), Tertibulensem (Tortiboli), Draconensem (Dragonara), Vulturanensem (Volturara), Alarinensem (Larina), Ferentinensem vel Florentinensem (Fiorenzuola), Civitatensem (Civitate), Termolensem (Termoli), Lesinensem (Lesina), Frequentinensem (Fricento), Triventinensem (Trivento), Biminensem (Bovino), Vardiensem vel Gadiensem (Guardia Alferia), Musanensem (Miseno), Sanctae Mariae (S. Maria).

Archiepiscopus Salernitanus hos habet suffraganeos: Caputaquensem (Capaccio), Policastrensem (Policastro), Nusquetanum vel Nuscanum (Nusco), Sarnensem (Sarno), Acernensem (Acerno), Marsicensem (Marsico).

Ravellensis (Ravello) est exemtus.

Archiepiscopus Amalphitanus hos habet suffraganeos: Capricanensem (Capri), Scalensem vel Camensem (Scala), Minorensem (Minori), Literanensem (Lettere).

Archiepiscopus Surrentinus hos habet suffraganeos: Lobrensem (Massa Lubrense), Salpensem (Salpi), Equen. vel Aquensem, alias Vicen. vel Vican. (Vico Equense), Castelli Maris vel Scabiensem (Castellamare).

Archiepiscopus Neapolitanus hos habet suffraganeos: Nolanum (Nola), Puteolanensem (Pozzuoli), Cumanensem (Cumae), Acerranum (Acerra), Iscalanum (Ischia).

Aversanus (Aversa) est exemtus.

Archiepiscopus Capuanus hos habet suffraganeos: Theanensem (Teano), Calvensem (Calvi), Calviensem (Carinola), Suessanum (Sessa), Venafranum (Venafro), Aquitanensem vel Aquinatensem (Aquino), Iserniensem (Isernia), Casertanensem (Caserta), Cajaciensem (Cajazzo).

Casinensis est exemtus (Cassino).

5. De rebus ecclesiasticis in regno utriusque Siciliae aptius et ad temporum conditionem accommodatius ordinandis inita est inter Summum Pontificem Pium VII. et Ferdinandum I. regem conventio d. 16. Febr. 1818 Anxure (Terracinae) ab utriusque mandatario, Hercule cardinali Consalvi et Ludovico Medici consiliario regio, signata Romaeque a Papa ipso d. 7. Martii ejusdem anni confirmata. Ex illius conventionis tenore in Sicilia citra Pharum (i. e. citra fretum Siculum) ob quarundam dioecesium angustissimos fines ac tenuissimos reditus numerus episcopalium ecclesiarum erat minuendus, in ditione vero trans Pharum (i. e. in Sicilia insula) augendus.

Quae nova dioecesium circumscriptio quantum ad ditionem regni citra Pharum sitam attinebat, facta est constitutione „De utiliori Dominicae vineae“ d. d. 27. Junii 1818 in hunc modum: Neapolitana metropolis suffraganeas habebat ecclesias Acerrarum, Isclanam, Nolanam et Puteolanam; Acerrarum autem ecclesiae aeque principaliter unita est dioecesis Sanctae Agathae Gothorum (provinciae Beneventanae); archidioecesi Surrentinae, cui territoria dioecesium Massalubrensis, Vicanae, Capritanae suppressarum adjuncta et unita sunt, suffraganea erat ecclesia Castri Maris; dioecesis vero Litterensis, ubi primum vacaret, supprimenda et eidem Castri Maris dioecesi incorporanda esse decernitur. Ecclesia archiepiscopalis Capuana suffraganeas retinet Iserniensem, Calvensem, Suessanam, Casertanam.

Ecclesia Teanensis Calvensi aeque principaliter unitur; supprimuntur Venafrensis, quae Iserniensi, Carinolensis, quae Suessanae, Cajacensis seu Calatina, quae Casertanae aggregatur. Metropolis Salernitana suffraganeas habet ecclesias Caputaquensem, Policastrensem, Marsicensem, Nuscanam; cum archidioecesi autem perpetuo unitur administratio ecclesiae Acernensis. Marsicensis dioecesis aeque principaliter unitur Potentinae, quae Acheruntinae metropoleos suffraganea est; ecclesia Montis Marsani extincta Nuscanae integre aggregatur. Amalphitanae archidioecesi, quae nullam in posterum habet suffraganeam, praevia suppressione et extinctione Scalensis, Ravellensis et Minorensis ecclesiarum territoria respectiva et civitates adjunguntur et incorporantur. Ecclesia Acheruntina suffraganeas habet sedes Anglonensem et Tursiensem invicem unitas, Potentinam, Tricaricensem ac Venusinam. Materanensis dioeceseos suppressae territorium archidioecesi Acheruntinae, Labellensis item suppressae territorium ecclesiae Venusinae applicatur.

Archidioecesis Compsana suffraganeas ecclesias Sancti Angeli Lombardorum, Laquedoniensem, Muranam habet. Campaniensis dioecesis administratio metropolitae Compsano in perpetuum tribuitur. Supprimuntur Satrianensis, Montis Viridis atque Trivicana dioeceses, quarum prima archidioecesi Compsanae, altera dioecesi Sancti Angeli Lombardorum, ultima Laquedonensi incorporatur.

Ecclesia archiepiscopalis Beneventana in dominio Sedis Apostolicae temporali sita suffraganeas ecclesias in ditione regis Siciliae citra Pharum existentes habere pergit Abellinam, Arianensem, Bovinensem, Lucerinam, Sancti Severi, Cerretanam et Thelesinam unitas, Bojanensem, Thermularum, Larinensem, Sanctae Agathae Gothorum. Dioeceseos Frequentinae, quae supprimitur, territorium Abellinae, item Vulturariensis et Montis Corbini Lucerinae, Aliphanae autem Cerrentinae et Thelesinae dioecesi, denique Guardiensis dioecesis suppressa Thermularum ecclesiae incorporatur; ecclesia Sanctae Agathae Gothorum, ut supra dictum est, dioecesim Acerrarum unitam habet. Ecclesia archiepiscopalis Sipontina nullam quidem habet suffraganeam, sed ecclesiae Vestanae perpetua administratione donatur.

Metropolis Barensis in regno Siciliae citra Pharum habet suffraganeas Bituntinam, Rubensem, Conversanam; dioecesis Bitectensis supprimitur et Barensi aggregatur; Rubensis autem Bituntinae aeque principaliter perpetuo unitur. Tranensis archidioecesis ecclesiam Andriensem suffraganeam habet, et archiepiscopus Tranensis administrator perpetuus est dioeceseos Vigiliensis. Archiepiscopatus autem Nazarensis et Caunensis supprimitur ejusque territorium metropolitanae ecclesiae Tranensi adjicitur; Minerviensis dioecesis quoque suppressa Andriensi incorporatur. Ecclesia Tarentina suffraganeas habet Castellanetensem et Oritanam; Castellanetensique suppressa dioecesis Motulensis aggregatur. Archiepiscopali ecclesiae Brundusinae, quae nullam habet suffraganeam, dioecesis Ostunensis suppressa incorporatur.

Ecclesia archiepiscopalis Hydruntina suffraganeas habet Lyciensem, Ugentinam, Gallipolitanam. Castrensis et Alexanensis ecclesiae episcopales supprimuntur, illa Hydruntinae archidioecesi, haec dioecesi Ugentinae unienda. Cusentina, Rossanensis, Theatina archidioeceses absque suffraganeis remanent.

Archiepiscopalis ecclesia Sanctae Severinae habet unam suffraganeam sedem Cariatensem. Supprimuntur dioeceses Bellicastrensis, Geruntina (antea Cariatensi aeque principaliter unita), Strongulensis, Umbriaticensis, quarum prima archidioecesi S. Severinae, ceterae Cariatensi ecclesiae integre adnectuntur. Metropolis Rheginensis suffraganeas habet Hieracensem, Bovensem, Oppidensem, Cathacensem, Cotronensem, Tropiensem et Nicoterensem unitas, Squillacensem, Neocastrensem, Cassanensem. Insulana dioecesis supprimitur Cotronensique adjicitur; similiter Marturanensis Neocastrensi aggregatur. Suppressa porro dioecesis Ortonensis incorporatur archiepiscopatui Lancianensi, cui nullus suffragatur episcopus.

De ecclesiis autem episcopalibus, quae Sedi Apostolicae immediate sint subjectae, haec statuuntur:

Fundana dioecesis supprimitur et Cajetanae adjicitur; Aquinatensis et quae eidem unita est Pontis Curvi in Statu ecclesiastico ecclesiae Soranae aeque principaliter uniuntur; Gravinensis eodem modo unitur ecclesiae Montis Pelusii, Sarnensis vero Cavensi, cui etiam ecclesia suppressa Nucerina Paganorum incorporatur; item supprimuntur Polignanensis, quae Monopolitanae, Juvenacensis et Terlitiensis invicem antea unitae, quae Melphitensi dioecesi incorporantur. Ecclesia S. Marci tamquam concathedralis Bisignanensi unitur; dioeceses Civitatis Ducalis et Camplensis supprimuntur, illa Aquilanae, haec vero Aprutinae incorporanda; aliae in eodem statu conservantur. Abbatiae ordinis S. Benedicti Montis Cassinensis, Sanctissimae Trinitatis Cavensis, Montis Virginis cum respectivis separatis territoriis et cum ordinariae jurisdictionis exercitio tamquam abbatiae nullius dioeceseos etiam in posterum confirmantur; simili modo praepositura seu archipresbyteratus ecclesiae Sanctae Mariae la Mina nuncupatae oppidi Alti Muri ac prioratus S. Nicolai Barensis in exemptione canonice acquisita confirmantur.

## XIV. Provincia ecclesiastica Acheruntina et Materanensis.

Provincia ecclesiastica Acheruntina et Materanensis numerat praeter archidioecesim ejusdem nominis dioeceses suffraganeas: Anglonensem et Tursiensem, Potentinam, Tricaricensem, Venusinam.

1. *Archidioecesis Acheruntina et Materanensis:*

Acherontia (Acerenza), episcopatus a saec. 4., antea suffraganeus metropolitae Hydruntino, postea Salernitano, archiepiscopatus a saec. 11., Acherontia et Mateola (Matera) ab a. 1203; Mateola simplex ecclesia collegiata ab a. 1818, sed denuo restituta episcopalis a. 1822.

Ambitus: Communitates 27 provinciarum Potentinae et Aletinae (Lecce).

Incolae: 144 141, Sacerdotes: 452, Paroeciae: 33.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Anglonensis et Tursiensis:*

Pandosia (Anglona) et Tursium (Tursi), episcopatus a d. 8. Aug. 1546; residentia: Tursii.

Ambitus: Communitates 36 provinciarum Potentinae et Consentinae.

Incolae: 83 647, Sacerdotes: 239, Paroeciae: 40.

3. *Dioecesis Potentina:*

Potentia (Potenza) in Lucania ad Apennini montis radices haud longe abest a Casuenti fluvii fontibus, episcopatus a saec. 5., unitam habet ab a. 1818 dioecesim Marsicensem, suffraganeam metropoleos Salernitanae; antistes sex menses residet Potentiae et sex menses Marsici Novi.

Ambitus: Communitates 7 provinciae Potentinae.

Incolae: 56 276, Sacerdotes: 175, Paroeciae: 9.

4. *Dioecesis Tricaricensis:*

Tricaricum (Tricarico), episcopatus a saec. 11.

Ambitus: Communitates 20 provinciae Potentinae.

Incolae: 64 349, Sacerdotes: 247, Paroeciae: 24.

5. *Dioecesis Venusina:*

Venusium (Venosa), exiguum oppidum, episcopatus a saec. 5.

Ambitus: Communitates 5 provinciae Potentinae.

Incolae: 36 000, Sacerdotes: 89, Paroeciae: 8.

## XV. Provincia ecclesiastica Barensis.

Provincia ecclesiastica Barensis formatur ex archidioecesi ejusdem nominis et ex suffraganeis: Conversana, Rubensi et Bituntina.

1. *Archidioecesis Barensis et Canusina:*

Barium (Bari), ad mare situm; ibidem Sancti Nicolai Myrensis episcopi reliquiae asservantur; episcopatus a saec. 4., archiepiscopatus ante saec. 7.; unitum habet titulum ecclesiae Canusinae. Canusium (Canosa) in colle situm, haud procul a veteris loco, quod fuerat in planitie positum.

Ambitus: Communitates 25 provinciae Barensis.

Incolae: 211 601, Sacerdotes: 711, Paroeciae: 33.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Conversana seu Cupersanensis:*

Cupersanum (Conversano), episcopatus a saec. 5.

Ambitus: Communitates 7 provinciae Barensis.

Incolae: 62 904, Sacerdotes: 290, Paroeciae: 7.

3. *Dioecesis Rubensis et Bituntina:*

Ruo (Ruvo), episcopatus ante saec. 6.; Bituntum (Bitonto), episcopatus ante saec. 9.; sedes unitae 1818.

Ambitus: Communitates 2 provinciae Barensis.

Incolae: 36 000, Sacerdotes: 192, Paroeciae: 8.

### XVI. Provincia ecclesiastica Beneventana.

Ad hanc provinciam ecclesiasticam constituendam concurrunt praeter archidioecesim Beneventanam ecclesiae suffraganeae: Abellinensis, Allifana, Arianensis, Ausculana, Bojanensis, Bovinensis, Larinensis, Lucerina, Sanctae Agathae Gothorum, Sancti Severi, Thelesina seu Cerretana, Thermularum. Beneventum ad Pontificis Romani jus antea pertinebat.

1. *Archidioecesis Beneventana:*

Beneventum (Benevento, Benevent), ad Calorem et Sabatum fl. olim Maleventum dictum, episcopatus a primis temporibus nominis christiani, archiepiscopatus a d. 26. Maji 969.

Ambitus: Communitates 90 provinciarum Beneventanae, Abellinae, Campobasso, Fodianae.

Incolae: 277 194, Sacerdotes: 777, Paroeciae: 151.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Abellinensis:*

Abellinum (Avellino), oppidum ad Sabatum fl. est, episcopatus a saec. 2.

Ambitus: Communitates 32 provinciae Abellinae.

Incolae: 101 112, Sacerdotes: 401, Paroeciae: 48.

3. *Dioecesis Allifana:*

Allifae (Alife, Piedimonte d'Alife), oppidum infra Aeserniam, prope Vulturni ripam est, episcopatus ante saec. 6.

Ambitus: Communitates 10 provinciae Casertensis.

Incolae: 23 480, Sacerdotes: 118, Paroeciae: 16.

4. *Dioecesis Arianensis:*

Arianum (Ariano di Puglia), episcopatus a saec. 11.

Ambitus: Communitates provinciarum Abellinae et Beneventanae.

Incolae: 44 728, Sacerdotes: 144, Paroeciae: 23.

5. *Dioecesis Ausculana et Ceriniolensis:*

Asculum Apuliae (Ascoli Satriano), ad Carapellae fluvii fontes, episcopatus a saec. 11. Dicitur Asculum Apuliae vel Apulum, ne cum alia urbe Asculo, quae Picenorum est, confundatur.

Ambitus: Communitates 5 provinciae Fodianae.

Incolae: 49 413, Sacerdotes: 94, Paroeciae: 10.

6. *Dioecesis Bojanensis:*

Bovianum (Bojano), ad Apennini montis radices et Tiferni fontes est, episcopatus a saec. 11.

Ambitus: Communitates 28 provinciarum Campobasso et Beneventanae.

Incolae: 87 160, Sacerdotes: 227, Paroeciae: 40.

7. *Dioecesis Bovinensis:*

Bovinum (Bovino), episcopatus jam saec. 5.

Ambitus: Communitates 7 provinciarum Fodianae et Abellinae.

Incolae: 30 585, Sacerdotes: 104, Paroeciae: 10.

8. *Dioecesis Larinensis:*

Larinum (Alarinum, Larino), episcopatus a saec. 10.

Ambitus: Communitates 18 provinciarum Campobasso, Molisinae, Fodianae.

Incolae: 63 519, Sacerdotes: 160, Paroeciae: 21.

9. *Dioecesis Lucerina:*

Luceria (Lucera), episcopatus jam saec. 4.

Ambitus: Communitates 14 provinciarum Fodianae et Beneventanae.

Incolae: 68 232, Sacerdotes: 193, Paroeciae: 17.

10. *Dioecesis Sanctae Agathae Gothorum:*

Sancta Agatha Gothorum (Sant' Agata de' Goti), urbs in regione vulgo Terra di Lavoro sita, episcopatus a saec. 10., ab a. 969 suffraganeus metropolitae Beneventani, ab a. 1818 unitus episcopatui Acerrensi et suffraganeus metropolitae Neapolitani.

Ambitus: Communitates 8 provinciarum Beneventanae et Casertensis.

Incolae: 24 508, Sacerdotes: 146, Paroeciae: 22.

11. *Dioecesis Sancti Severi:*

Sancti Severi (San Severo), episcopatus a saec. 11.

Ambitus: Communitates 3 provinciae Fodianae.

Incolae: 31 466, Sacerdotes: 89, Paroeciae: 7.

12. *Dioecesis Thelesina seu Cerretana:*

Telesia (Telese), haud procul confluentibus Vulturni Sabatique fluminum jacet; episcopatus jam saec. 5., suppressus 1818, restitutus d. 6. Julii 1852.

Ambitus: Communitates 15 provinciarum Beneventanae et Casertensis.

Incolae: 45 362, Sacerdotes: 165, Paroeciae: 26.

13. *Dioecesis Thermularum:*

Termulae (Thermulae, Termoli), episcop. a saec. 10.
Ambitus: Communitates 16 provinciae Campobasso.
Incolae: 46 630, Sacerdotes: 69, Paroeciae: 19.

### XVII. Provincia ecclesiastica Brundusina.

1. *Archidioecesis Brundusina:*

Brundusium (Brindisi), portus capacissimus ad litus maris Adriatici, episcopatus jam ante saec. 4., archiepiscopatus a saec 10.
Ambitus: Communitates 9 provinciae Aletinae.
Incolae: 46 544,
Sacerdotes: 253 (cum illis dioeceseos suffraganeae)
Paroeciae: 11.

Sedes suffraganea.

2. *Dioecesis Ostunensis:*

Hostunum (Ostuni), episcopatus a saec. 6., cujus perpetuus administrator est ipse archiepiscopus.
Ambitus: Communitates 3 provinciae Aletinae.
Incolae: 33 966, Sacerdotes: cf. archidioecesim, Paroeciae: 7.

### XVIII. Provincia ecclesiastica Capuana.

Provincia ecclesiastica Capuana complectitur praeter archidioecesim Capuanam dioeceses suffraganeas: Cajacensem, Calvensem et Theanensem, Casertanam, Iserniensem et Venafrensem, Suessanam.

1. *Archidioecesis Capuana:*

Capua Nova ad Vulturnum amnem, episcopatus antiquissimus, archiepiscopatus a d. 14. Aug. 966.
Ambitus: Communitates 17 provinciae Casertensis.
Incolae: 77 376, Sacerdotes: 369, Paroeciae: 58.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Cajacensis:*

Calatia (Cajazzo), a Calibus versus ortum oppidum perantiquum, episcopatus ante saec. 9.
Ambitus: Communitates 12 provinciae Casertensis.
Incolae: 28 080, Sacerdotes: 95, Paroeciae: 38.

3. *Dioecesis Calvensis et Theanensis:*

Calvum (Cales, Calvi), episcopatus ante saec. 5.; Theanum Sidicinum (Teano) a populis Sidicinis, qui quondam tenuerunt, dictum, episcopatus ante saec. 5.; sedes unitae 1818.
Ambitus: Communitates 21 provinciae Casertensis.
Incolae: 63 344, Sacerdotes: 323, Paroeciae: 89.

4. *Dioecesis Casertana:*

Caserta, episcopatus a saec. 12.
Ambitus: Communitates 7 provinciae Casertensis.
Incolae: 66 752, Sacerdotes: 285, Paroeciae: 43.

5. *Dioecesis Iserniensis et Venafrensis:*

Aeseruia (Isernia) citra Apenninum est, apud laevam Vulturni amnis ripam, episcopatus a saec. 5.; Venafrum (Venafro), episcopatus a saec. 11., suppressus d. 28 Junii 1818, restitutus d. 19. Junii 1852 cum dioecesi Iserniensi
Ambitus: Communitates 22 provinciarum Campobasso et Casertensis.
Incolae: 46 798, Sacerdotes: 117, Paroeciae: 38.

6. *Dioecesis Suessana:*

Suessa (Sessa), cognomine Aurunca, ad discrimen Suessae Pometiae dicta, haud procul a finibus Auruncorum est; episcopatus jam saec. 5.
Ambitus: Communitates 3 provinciae Casertensis.
Incolae: 32 168, Sacerdotes: 130, Paroeciae: 41.

### XIX. Provincia ecclesiastica Teatina.

1. *Archidioecesis Teatina seu Teatinensis:*

Teate (Chieti), episcopatus a saec. 6., archiepiscopatus a d. 1. Julii 1526.
Ambitus: Communitates 58 provinciae Teatinae.
Incolae: 160 319, Sacerdotes: 267, Paroeciae: 74.

Sedes suffraganea:

2. *Dioecesis Vastensis:*

Perpetuus administrator hujus dioeceseos est archiepiscopus Teatinensis.
Ambitus: Communitates 34 provinciae Teatinae.
Incolae: 102 528, Sacerdotes: 141, Paroeciae: 41.

### XX. Provincia ecclesiastica Compsana.

Metropoli Compsanae subjectae sunt ecclesiae suffraganeae: Campana, Laquedoniensis, Murana, Sancti Angeli Lombardorum et Bisacciensis.

1. *Archidioecesis Compsana:*

Compsa (Compsana), oppidum haud procul fontibus Aufidi fl. jacet, episcopatus a saec. 8., archiepiscopatus a saec. 11.
Ambitus: Communitates 27 provinciae Abellinae.
Incolae: 80 622, Sacerdotes: 259, Paroeciae: 32.

Dioeceses suffraganeae:

2. *Dioecesis Campaniensis:*

Campania (Campagna), episcopatus a d. 19. Junii 1525, ab a. 1818 est sub perpetua administratione archiepiscopi Compsani.
Ambitus: Communitas 1 provinciae Abellinae.
Incolae: 9028, Sacerdotes: 60, Paroeciae: 4.

3. *Dioecesis Laquedoniensis:*

Laquedonia (Lacedonia), episcopatus a saec. 11.
Ambitus: Communitates 9 provinciae Abellinae.
Incolae: 25 184, Sacerdotes: 97, Paroeciae: 11.

4. *Dioecesis Murana:*

Civitas Muri (Muro), episcopatus a saec. 11.
Ambitus: Communitates 9 provinciarum Potentiuae et Salernitanae.
Incolae: 38 175, Sacerdotes: 143, Paroeciae: 11.

5. *Dioecesis Sancti Angeli Lombardorum et Bisacciensis:*

Angelopolis (Sant' Angelo de' Lombardi), episcopatus a saec. 12.; Romulae (Bisaccia), episcopatus a saec. 12.; uniti 1513.

Ambitus: Communitates 9 provinciae Abellinae.

Incolae: 36 772, Sacerdotes: 138, Paroeciae: 9.

### XXI. Provincia ecclesiastica Lancianensis.

Unica dioecesis suffraganea Ortonensis metropoleos Lancianensis ab ipso metropolita etiam ut administratore apostolico regitur.

1. *Archidioecesis Lancianensis:*

Ansanum (Lanciano), haud ita procul Sagri laeva ripa jacet; episcopatus a d. 27. Junii 1515, archiepiscopatus a d. 9. Febr. 1562.

Ambitus: Communitates 11 provinciae Teatinae.

Incolae: 37 209, Sacerdotes: 93, Paroeciae: 16.

Dioecesis suffraganea:

2. *Dioecesis Ortonensis:*

Ortona, episcopatus ab a. 1570, suppressus 1818, resuscitatus d. 17. Maji 1834.

Ambitus: Communitates 2 provinciae Teatinae.

Incolae: 14 720, Sacerdotes: 46, Paroeciae: 3.

### XXII. Provincia ecclesiastica Sipontina.

Archiepiscopo Sipontino subditur ut metropolitae et administratori apostolico dioecesis suffraganea Vestana.

1. *Archidioecesis Sipontina:*

Sipontum (Manfredonia), a Manfredo Frederici II. Imperatoris filio conditum, in rupe sinus marini ad Garganum montem, episcopatus antiquissimus, archiepiscopatus ab a. 1074.

Ambitus: Communitates 10 provinciae Fodianae.

Incolae: 69 993,

Sacerdotes: 281 (cum iis dioeceseos Vestanae),

Paroeciae: 11.

Dioecesis suffraganea:

2. *Dioecesis Vestana:*

Vesta (Viesti), episcopatus a saec. 11., ab a. 1818 est sub perpetua administratione archiepiscopi.

Ambitus: Communitas 1 provinciae Fodianae.

Incolae: 7124,

Sacerdotes: cf. archidioecesim Sipontinam,

Paroeciae: 2.

### XXIII. Provincia ecclesiastica Neapolitana.

Provincia ecclesiastica Neapolitana constat ex archidioecesi ejusdem nominis et dioecesibus suffraganeis: Acerrarum, Isclana, Nolana, Puteolana.

1. *Archidioecesis Neapolitana:*

Neapolis (Napoli), episcopatus a saec. 4., archiepiscopatus ab a. 992.

Ambitus: Communitates 25 provinciae Neapolitanae.

Incolae: 699 530, Sacerdotes: 2803, Paroeciae: 85.

Sedes suffraganeae.

2. *Dioecesis Acerrarum:*

Acerrae (Acerra), oppidum ad Clanim sive Clanium fluvium, qui et Liternus dicitur, situm est; episcopatus jam ante saec. 6., „aeque principaliter“ unitus cum dioecesi Sanctae Agathae Gothorum d. 27. Junii a. 1818, iterum sejunctus a d. 30. Nov. 1854.

Ambitus: Communitates 6 provinciarum Casertensis et Neapolitanae.

Incolae: 36 263, Sacerdotes: 156, Paroeciae: 13.

3. *Dioecesis Isclana:*

Iscla (Ischia), episcopatus a saec. 12.

Ambitus: Communitates 6 provinciae Neapolitanae.

Incolae: 25 020, Sacerdotes: 192, Paroeciae: 13.

4. *Dioecesis Nolana:*

Nola, urbs olim ampla, hodie angusta, episcopatus jam saec. 2.

Ambitus: Communitates 41 provinciarum Casertensis, Abellinae, Neapolitanae, Salernitanae.

Incolae: 178 159, Sacerdotes: 809, Paroeciae: 85.

5. *Dioecesis Puteolana:*

Puteolis (Pozzuoli), urbs multis terrae motibus deformata, portus ejus olim commodissimus, episcopatus a saec. 1.

Ambitus: Communitates 3 provinciae Neapolitanae.

Incolae: 26 943, Sacerdotes: 87, Paroeciae: 6.

### XXIV. Provincia ecclesiastica Hydruntina.

Archidioecesis Hydruntina jure metropolitano potitur in dioeceses: Gallipolitanam, Lyciensem, Ugentinam.

1. *Archidioecesis Hydruntina:*

Hydruntum (Otranto) ad mare Adriaticum saxosae rupi impositum; episcopatus jam ante saec. 7., archiepiscopatus jam saec. 11.

Ambitus: Communitates 36 provinciae Aletinae.

Incolae: 86 147, Sacerdotes: 389, Paroeciae: 59.

Sedes suffraganeae.

2. *Dioecesis Gallipolitana:*

Gallipolis (Gallipoli), scopulo insidet, qui mari undique cingitur, sed ponte ingentibus saxis fulto jungitur continenti; episcopatus a saec. 6.

Ambitus: Communitates 2 provinciae Aletinae.

Incolae: 14 219, Sacerdotes: 49, Paroeciae: 4.

3. *Dioecesis Lyciensis:*

Lycia (Aletium, Lecce), episcopatus a saec. 11.
Ambitus: Communitates 19 provinciae Aletinae.
Incolae: 80 357, Sacerdotes: 430, Paroeciae: 31.

4. *Dioecesis Ugentina:*

Ugentum (Ugento), ampla olim urbs, nunc exigua in agro jacet opimo; episcopatus a saec. 13.
Ambitus: Communitates 18 provinciae Aletinae.
Incolae: 40 507, Sacerdotes: 167, Paroeciae: 30.

## XXV. Provincia ecclesiastica Rhegiensis.

Territorium provinciae ecclesiasticae Rhegiensis constat ex 4 partibus inter se divisis, quarum maxima amplectitur ipsam archidioecesim Rhegiensem et dioeceses suffraganeas: Bovensem, Catacensem, Hieracensem, Neocastrensem, Oppidensem, Squillacensem. Partes reliquae singulae distinctas dioeceses formant: Cassanensem, Cotronensem, Nicoterensem cum Tropejensi.

1. *Archidioecesis Rhegiensis:*

Rhegium Julium (Reggio di Calabria), urbs ad oram maris Siculi contra Messanam, episcopatus a saec. 1. Gloriari solet civitas, D. Paulum, dum Romam peteret, Rhegium venisse ibique episcopum creasse.
Ambitus: Communitates 29 provinciae Rhegiensis (Reggio di Calabria).
Incolae: 126 637, Sacerdotes: 393, Paroeciae: 86.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Bovensis:*

Bova, episcopatus a saec. 7.
Ambitus: Communitates 6 provinciae Rhegiensis.
Incolae: 10 534, Sacerdotes: 42, Paroeciae: 12.

3. *Dioecesis Cassanensis:*

Cassanum (Cassano al Jonio), episcopatus jam saec. 5.
Ambitus: Communitates 34 provinciarum Cosentinae et Potentinae.
Incolae: 116 081, Sacerdotes: 370, Paroeciae: 49.

4. *Dioecesis Catacensis:*

Catacium (Catanzaro), in Brutiis est ad sinum Scylacium, episcopatus ab a. 1121.
Ambitus: Communitates 19 provinciae Cataciensis.
Incolae: 67 097, Sacerdotes: 174, Paroeciae: 49.

5. *Dioecesis Cotronensis:*

Cotrona (Cotrone), episcopatus a saec. 6.
Ambitus: Communitates 2 provinciae Cataciensis.
Incolae: 12 622, Sacerdotes: 48, Paroeciae: 9.

6. *Dioecesis Hieracensis:*

Hieracium (Gerace), episcopatus a saec. 5.
Ambitus: Communitates 31 provinciarum Rhegiensis et Cataciensis.
Incolae: 106 335, Sacerdotes: 393, Paroeciae: 71.

7. *Dioecesis Neocastrensis:*

Neocastrum (Nicastro), episcopatus a saec. 11.
Ambitus: Communitates 27 provinciarum Cataciensis et Cosentinae.
Incolae: 90 268, Sacerdotes: 260, Paroeciae: 51.

8. *Dioecesis Nicoterensis et Tropejensis:*

Nicotera, episcopatus jam saec. 9.; Tropaea (Tropea), episcopatus jam saec. 7.; „aeque principaliter" perpetuo uniti ab anno 1818.
Ambitus: Communitates 21 provinciarum Cataciensis et Cosentinae.
Incolae: 61 120, Sacerdotes: 194, Paroeciae: 61.

9. *Dioecesis Oppidensis:*

Oppidum (Oppido Mamertina), episcopat. a saec. 13.
Ambitus: Communitates 8 provinciae Rhegiensis.
Incolae: 20 476, Sacerdotes: 92, Paroeciae: 20.

10. *Dioecesis Squillacensis:*

Scyllatium (Scylacium, Squillace), episcopatus a saec. 5.
Ambitus: Communitates 42 provinciarum Cataciensis et Rhegiensis.
Incolae: 92 444, Sacerdotes: 320, Paroeciae: 58.

## XXVI. Provincia ecclesiastica Salernitana.

Provincia ecclesiastica amplectitur archidioecesim Salernitanam et dioeceses suffraganeas: Acernensem, Caputaquensem et Vallensem, Dianensem, Marsicensem, Nucerinam, Nuscanam, Policastrensem; format duas partes, inter quas sese inserit dioecesis exemta Cavensis.

1. *Archidioecesis Salernitana:*

Salernum (Salerno), urbs conspicua, ad sinum, qui inde dicitur Golfo di Salerno; corpus S. Matthaei ibidem ostenditur; episcopatus jam ante saec. 6., archiepiscopatus a saec. 10. Secundum Cantelium archiepiscopus Salernitanus titulum et jura Primatis habuit.
Ambitus: Communitates 25 provinciarum Salernitanae et Abellinae.
Incolae 145 241,
Sacerdotes: 538 (cum illis dioeceseos Acernensis),
Paroeciae: 146.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Acernensis:*

Acernum (Acerno), episcopatus a saec. 12., ab anno 1818 et sub perpetua administratione archiepiscopi Salernitani.
Ambitus: Communitas 1 provinciae Salernitanae.
Incolae: 2634, Sacerdotes: vide archidioecesim,
Paroecia: 1.

3. *Dioecesis Caputaquensis et Vallensis:*

Caput aqueum (Capaccio), episcopatus a saec. 12.; episcopus residet Valli (Vallo della Lucania).

Ambitus: Communitates 51 provinciae Salernitanae.
Incolae: 98 245, Sacerdotes: 213, Paroeciae: 100.

4. *Dioecesis Dianensis:*

Dianum (Diano Teggiano), episcopatus a d. 21. Septembris 1850.
Ambitus: Communitates 27 provinciae Salernitanae.
Incolae: 82 487, Sacerdotes: 311, Paroeciae: 43.

5. *Dioecesis Marsicensis:*

Marsicum novum (Marsico nuovo), antea Grumentum, episcopatus jam saec. 6., ab anno 1818 „aeque principaliter“ unitus cum dioecesi Potentina, suffraganea metropoleos Acherontinae.
Ambitus: Communitates 9 provinciae Potentinae.
Incolae: 36 191, Sacerdotes: 44, Paroeciae: 12.

6. *Dioecesis Nucerina Paganorum:*

Nuceria, Paganorum (Nocera de' Pagani) dicta, quia a Saracenis fuit habitata, episcopatus jam ante saec. 7.; ab anno 1818 unitus cum dioecesi Cavensi, iterum restitutus a d. 23. Jun. 1834.
Ambitus: Communitates 6 provinciae Salernitanae.
Incolae: 52 384, Sacerdotes: 214, Paroeciae: 18.

7. *Dioecesis Nuscana:*

Nuscum (Nusco), episcopatus a saec. 12.
Ambitus: Communitates 8 provinciae Abellinae.
Incolae: 29 511, Sacerdotes: 182, Paroeciae: 19.

8. *Dioecesis Polycastrensis:*

Polycastrum (Policastro), episcopatus ab initio Busseuti (Bussento); sedes translata est saec. 11.
Ambitus: Communitates 23 provinciarum Salernitanae et Potentinae.
Incolae: 55 837, Sacerdotes: 356, Paroeciae: 37.

## XXVII. Provincia ecclesiastica Sanctae Severinae.

Solummodo unam dioecesim suffraganeam habet metropolis Sanctae Severinae, nempe dioecesim Cariatensem.

1. *Archidioecesis Sanctae Severinae:*

Sancta Severina (Santa Severina), non recens, sed perantiqua civitas, episcopatus a saec. 11., qui Graeco Patriarchae, ut alii hujus regionis episcopatus diu paruit.
Ambitus: Communitates 14 provinciae Cataciensis.
Incolae: 30 524, Sacerdotes: 87, Paroeciae: 22.

Sedes suffraganea:

2. *Dioecesis Cariatensis:*

Paternum (Cariati), episcopatus a saec. 11.
Ambitus: Communitates 16 provinciarum Cosentinae et Cataciensis.
Incolae: 38 354, Sacerdotes: 133, Paroeciae: 23.

## XXVIII. Provincia ecclesiastica Surrentina.

Provincia ecclesiastica Surrentina, quae adjacet ad sinum Neapolitanum, minima est omnium Italiae provinciarum; metropoli Surrentinae subdita est dioecesis suffraganea Castri Maris.

1. *Archidioecesis Surrentina:*

Surrentum (Sorrento), in extremo Campaniae litore urbs antiqua, in monte sita, episcopatus a saec. 5., archiepiscopatus ab a. 968 (?).
Ambitus: Communitates 8 provinciae Neapolitanae.
Incolae: 51 145, Sacerdotes: 403, Paroeciae: 36.

Sedes suffraganea:

2. *Dioecesis Castri Maris:*

Stabiae (Castellammare, Castellamare di Stabia), episcopatus jam ante saec. 6.
Ambitus: Communitates 5 provinciae Neapolitanae.
Incolae: 57 254, Sacerdotes: 305, Paroeciae: 25.

## XXIX. Provincia ecclesiastica Tarentina.

Provincia ecclesiastica Tarentina, sita in provincia civili Aletina, constat ex archidioecesi Tarentina et dioecesibus suffraganeis Castellanetensi et Uritana.

1. *Archidioecesis Tarentina:*

Tarentum (Taranto), civitas exigua, episcopatus a saec. 6., archiepiscopatus a saec. 10.
Ambitus: Communitates 15 provinciae Aletinae.
Incolae: 87 139, Sacerdotes: 289, Paroeciae: 21.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Castellanetensis:*

Castellanetum (Castellaneto), episcopatus a saec. 11.
Ambitus: Communitates 4 provinciae Aletinae.
Incolae: 31 654, Sacerdotes: 79, Paroeciae: 5.

3. *Dioecesis Uritana:*

Uria (Oria), episcopatus a d. 8. Maji 1591.
Ambitus: Communitates 10 provinciae Aletinae.
Incolae: 74 068, Sacerdotes: 262, Paroeciae: 15.

## XXX. Provincia ecclesiastica Tranensis.

Ecclesiae metropolitanae Tranensi subditae sunt Andriensis et Vigiliensis ecclesiae suffraganeae.

1. *Archidioecesis Tranensis et Barolensis:*

Tranum (Tranium, Trani), urbs maritima ad ostia Aufidi, episcopatus a saec. 6., archiepiscopatus a saec. 11., habet titulum unitum Nazarenae ecclesiae (Nazaret) et administrationem perpetuam dioecesis suffraganeae Vigiliensis. Bariolum (Barletta), civitas praeclaris distincta nominibus, ad Adriatici maris litus portum habens frequentatum, turritis moeniis circumscripta; dioecesis dismembrata et „aeque principaliter“ unita ecclesiae cathedrali Tranensi litteris apostolicis sub plumbis Pii IX. „Imperscrutabili Dei Optimi Maximi“ d. XI. Kal. Maji 1860.

Ambitus: Communitates 6 provinciarum Barensis (Bari delle Puglie) et Fodianae.

Incolae: 106 411, Sacerdotes: 269 (cum iis dioeceseos Vigiliensis), Paroeciae: 8.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Andriensis:*

Andria, episcopatus jam saec. 5.

Ambitus: Communitates 4 provinciarum Barensis et Potentinae.

Incolae: 74 096, Sacerdotes: 185, Paroeciae: 12.

3. *Dioecesis Vigiliensis:*

Vigilia (Biscelgie), episcopatus jam saec. 8., ab anno 1818 sub perpetua administratione archiepiscopi.

Ambitus: Communitas 1 provinciae Barensis.

Incolae: 23 877, Sacerdotes: vide archidioecesim, Paroeciae: 4.

### d. In Sicilia.

1. Omnes Mediterranei maris insulas magnitudine juxta ac claritate antestat Sicilia; coeli clementia ac soli ubertate adeo felix, uti horreum Romanorum appellaretur. Mari Tyrrheno ad Boream, ad ortum Siculo, et Libyco ad meridiem alluitur; angusto ab Italia freto disjuncta. Constantino imperatore sacris Christianis initiato religio Christiana in Sicilia etiam multum promota est; quartoque saeculo in Sicilia tredecim jam existebant dioeceses.

Romano imperio a. 395 diviso Sicilia Honorio obtigit, qui in occidente ecclesiae protectorem agebat. Longobardis vero postmodum Byzantinos in Italia oppugnantibus imperatores Byzantii ecclesias Siculas patriarchae Constantinopolitano subegerunt; atque ab anno 732 omnes Siciliae episcopi a patriarchis ordinabantur, nihilominus Romanis pontificibus manebant conjuncti.

Eodem etiam relationis vinculo Romae ac Constantinopoli tenebantur obstricti, postquam Saraceni in Siciliam irruerunt, qui a. 820 Panormum, a. 878 Syracusas, a. 886 Tauromenium totamque insulam Graecis eripuerunt.

Interim episcopus Syracusanus archiepiscopus evaserat.

2. Secundum notitiam Leonis Sapientis in insula Siciliae ecclesia metropolitana Syracusana habuit suffraganeas 21, quarum nomina: 1) Catana (Catania), cui Aetna imminet, 2) Tauromenium (nunc Taormina), in celso colle positum est oppidum inter Pelorum et Pachynum promontorium, 3) Messana (antea Zancle, nunc Messina), 4) Cephaloedis (Cephaloedium, Cephaludium, nunc Cefalù), nomen habet, quod ad verticem praeruptae rupis, promontorii speciem habentis, olim conditum fuit; postea tamen a Rogerio rege ad angulum rupis translatum est, 5) Thermae Himerenses (nunc Termini), 6) Panormus (Palermo), 7) Lilybaeum, nunc Marsala, oppidum in promontorio ejusdem nominis, 8) Trocalis sive Triocala (sedes a Saracenis destructa) a loco ubi condita est nomen accepit, monti in ora australi imposita, 9) Agragas (Agrigentum, nunc Girgenti), 10) Tyndarium (Tyndaris), olim nobilissima civitas, cujus pars vi maris abrupta est, inter Milen et Pactas sita, 11) Camarina, nunc Torre di Camerina, in litore inter duos amnes posita fuit, quorum alter nunc Frascolari seu Frascolani, alter Camerina vulgo vocatur, 12) Leontium (Lentini), ad oram insulae orientalem Catinam inter et Syracusas media, 13) Aletae sive Alaesa (seu Carania), quod in ora boreali oppidulum est, 14) Gaudos (Gaudisium, Gozo, Gozzo), 15) Melita (nunc Malta), 16) Lipara (Lipari), 17) Vulcani insula, 18) Didyme, 19) Ustica, 20) Onarea, 21) Basiludium.

3. Easdem suffraganeas metropoleos Syracusanae enumerat „notitia patriarchatuum Nili Doxapatrii ex Graeco" hoc modo: Syracusa Siciliae habens episc. XXI. 1) Cataniae, 2) Taurominae, 3) Messenae, 4) Cephalundii, 5) Thermorum, 6) Panormi, 7) Lilybaei, 8) Trocalorum, 9) Agragantis, 10) Tyndarii, 11) Carines, 12) Leontines, 13) Alesae, 14) Gaudi insula, 15) Melita insula, quae dicitur Malta, 16) Liparis insula, 17) Vulcani, 18) Didymi, 19) Ustinae, 20) Tenari, 21) Basilundii.

Catania, quae cum Syracusani esset episcopatus, propter Sanctum Leonem in archiepiscopatus dignitatem provecta est.

4. „Notitia ecclesiarum tempore Coelestini III. a. 1225 conscripta" habet tres metropoles cum 9 ecclesiis suffraganeis in insula Siciliae, videlicet:

Archidioecesis Panormitana cum 3 suffraganeis: Agrigentina, Mazarensi, Miletana.

Archidioecesis Montis regalis cum suffraganea Syracusana; Provinciale Codicis 1253 Bibl. Reginae Suec. addit Cathaneensem.

Archidioecesis Messana cum suffraganeis: Cephalonensi, Patensi, Sancti Marci, Miletensi, Cataniensi.

5. „Provinciale omnium ecclesiarum cathedralium universi orbis" (Lugduni 1546) hanc divisionem ecclesiasticam habet:

Archiepiscopus Panormitanus hos habuit suffraganeos: Agrigentinum (Girgenti), Mazarensem (Mazzara), Melevitanum vel Maltensem.

Archiepiscopus Montis regalis hos habuit suffraganeos: Syracusanum, Cathaniensem (Catania).

Archiepiscopus Messanensis hos habuit suffraganeos: Cephaludensem (Cefalù), Pacensem et Lipariensem (Patti et Lipari), qui sunt uniti, Sancti Marci et Miletensem, qui sunt exemti et uniti.

6. Hodie Sicilia habet 4 provincias ecclesiasticas, videlicet: Messanensem, Montis regalis, Panormitanam et Syracusanam.

### XXXI. Provincia ecclesiastica Messanensis.

Vinculo jurisdictionis metropolitanae uniuntur ad constituendam provinciam ecclesiasticam Messanensem cum archidioecesi ejusdem nominis dioeceses suffraganeae: Liparensis, Nicosiensis Herbitensis, Pactensis.

1. *Archidioecesis Messanensis:*

Messana (Messina), episcopatus jam saec. 6., archiepiscopatus a saec. 12.
Ambitus: Communitates 44 provinciae Messanensis.
Incolae: 263 528, Sacerdotes: 1084, Paroeciae: 129.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Liparensis:*

Liparis (Lipari), episcopatus jam ante saec. 5.
Ambitus: Communitates 2 provinciae Messanensis.
Incolae: 17 312, Sacerdotes: 81, Paroeciae: 9,

3. *Dioecesis Nicosiensis Herbitensis:*

Nicosia, episcopatus a d. 17. Mart. 1816.
Ambitus: Communitates 12 provinciae Catinensis.
Incolae: 94 783, Sacerdotes: 248, Paroeciae: 28.

4. *Dioecesis Pactensis:*

Pactae (Patti), episcopatus jam ante saec. 15.
Ambitus: Communitates 38 provinciae Messanensis.
Incolae: 143 473, Sacerdotes: 587, Paroeciae: 63.

### XXXII. Provincia ecclesiastica Montis regalis.

Partes, quae constituunt provinciam ecclesiasticam Montis regalis, sunt praeter archidioecesim dioeceses suffraganeae Calathanisiadensis et Agrigentina.

1. *Archidioecesis Montis regalis:*

Mons regalis (Monreale), archiepiscopatus ab a. 1182.
Ambitus: Communitates 26 provinciae Panormitanae.
Incolae: 166 427, Sacerdotes: 550, Paroeciae: 38.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Calathanisiadensis:*

Calathanisium (Caltanisetta), episcopatus ab a. 1844.
Ambitus: Communitates 15 provinciae Calathanisiadensis.
Incolae: 111 510, Sacerdotes: 260, Paroeciae: 17.

3. *Dioecesis Agrigentina:*

Agrigentum (Girgenti), in ora australi, ad ostia fluvii Agragantis, episcopatus antiquissimus.
Ambitus: Communitates 41 provinciae Agrigentinae.
Incolae: 312 487, Sacerdotes: 954, Paroeciae: 56.

### XXXIII. Provincia ecclesiastica Panormitana.

Territorium provinciae ecclesiasticae Panormitanae constat ex duabus magnitudine fere aequalibus partibus, inter quas Montis regalis provincia sita est; illa, quae est orientalis, amplectitur archidioecesim Panormitanam et dioecesim Cephaludensem; haec, quae est occidentalis, habet dioeceses suffraganeas: Trepanensem et Mazarensem.

1. *Archidioecesis Panormitana:*

Panormus (Palermo), in ora insulae occidua ad mare sita, episcopatus jam saec. 5.
Ambitus: Communitates 30 provinciae Panormitanae.
Incolae: 421 093, Sacerdotes: 689, Paroeciae: 47.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Cephaludensis:*

Cephaludium (Cefalù), episcopatus jam saec. 9., restitutus a. 1131.
Ambitus: Communitates 22 provinciae Panormitanae.
Incolae: 123 333, Sacerdotes: 501, Paroeciae: 25.

3. *Dioecesis Mazarensis:*

Mazara (Mazzara del Vallo), episcopatus ab a. 1093.
Ambitus: Communitates 14 provinciae Trepanensis.
Incolae: 200 482, Sacerdotes: 634, Paroeciae: 22.

4. *Dioecesis Trepanensis:*

Trepanium (Trapani), in paeninsula situm ad radicem montis Juliani, episcopatus a d. 31. Maji 1844.
Ambitus: Communitates 5 provinciae Trepanensis.
Incolae: 78 660, Sacerdotes: 165, Paroeciae: 10.

### XXXIV. Provincia ecclesiastica Syracusana.

Provincia ecclesiastica Syracusana, quae sita est in parte meridio-orientali insulae Siciliae, constituitur ex archidioecesi Syracusana et ex dioecesibus suffraganeis: Calatayeronensi, Netensi, Platiensi.

1. *Archidioecesis Syracusana:*

Syracusae (Siracusa), episcopatus a saec. 4., archiepiscopatus a d. 20. Maji 1844.
Ambitus: Communitates 18 provinciae Syracusanae.
Incolae: 201 092, Sacerdotes: 528, Paroeciae: 29.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Calatayeronensis:*

Calatayeronium (Caltagirone), episcopatus a die 12. Sept. 1818.
Ambitus: Communitates 13 provinciae Catinensis.
Incolae: 115 963, Sacerdotes: 309, Paroeciae: 23.

3. *Dioecesis Netensis:*

Netum (Noto), episcopatus a d. 8. Jun. 1844.
Ambitus: Communitates 14 provinciae Syracusanae.
Incolae: 140 434, Sacerdotes: 375, Paroeciae: 30.

4. *Dioecesis Platiensis:*

Platia (Piazza), episcopatus a d. 3. Jul. 1817.

Ambitus: Communitates 12 provinciae Calathanisiadensis.

Incolae: 148 002, Sacerdotes: 388, Paroeciae: 29.

### e. In Sardinia.

1. Sardinia fertilis insula, magnitudine secunda maris Interni; ab ortu respicit mare Tyrrhenum et Siciliam, a meridie Africo mari alluitur et a Corsica angusto freto disjungitur. In illud Sardorum historicorum incubuit studium, ut probent sanctum Petrum Apostolorum Principem venisse in Sardiniam fidei praedicandae causa.

2. Divisio ecclesiastica insulae Sardiniae secundum Provinciale omnium ecclesiarum cathedralium universi orbis (Lugduni 1546):

Archiepiscopus Calaritanensis hos habuit suffraganeos: Sulcitanum vel Sulciensem (Sulcis), Doliensem (Doglia), Suellensem (Suello) unit. Calaritan.

Archiepiscopus Turritanus hos habuit suffraganeos: Sorrensem (Sorra), Plonatensem (Ploaghe), Ampuriensem (Ampurias), Gisacensem vel Girardensem (Bisarchio), Castrensem (Castro), Othanensem (Ottana), Bosanensem (Bosa).

Archiepiscopus Arborensis (Oristano) hos habuit suffraganeos: Usellensem (Uselli vel Ales), Sanctae Justae (S. Giusta), Terrae Albae (Terralba), Civitatensem (Civita) et Galtellinensem (Galtelli) exemtos.

3. Hodie dividitur Sardinia in provincias ecclesiasticas Calaritanam, Arborensem et Turritanam.

## XXXV. Provincia ecclesiastica Calaritana.

Metropoli Calaritanae, in insula Sardiniae sitae, subditae sunt ecclesiae suffraganeae: Galtellinensis et Norensis, Ecclesiensis, Oleastrensis.

1. *Archidioecesis Calaritana:*

Calaris (Cagliari), urbs Sardiniae primaria, in colle sita, episcopatus jam saec. 4.

Ambitus: Communitates 73 provinciae Calaritanae.

Incolae: 147 115, Sacerdotes: 147, Paroeciae: 78.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Galtellinensis et Norensis:*

Galtellinum (Galtelli) et Norium (Nuoro), suffraganea dioecesis metropoleos Pisanae 1138, exemta saec. 13., incorporata in dioecesi Calaritana 1496, d. 21. Jul. 1779 restituta cum sede episcopali Norii.

Ambitus: Communitates 22 provinciae Turritanae (Sassari).

Incolae: 43 319, Sacerdotes: 57, Paroeciae: 25.

3. *Dioecesis Ecclesiensis:*

Ecclesia (Iglesias), episcopatus translatione factus, suppressus a d. 8. Jul. 1503, restitutus a. 1763.

Ambitus: Communitates 17 provinciae Calaritanae.

Incolae: 52 158, Sacerdotes: 50, Paroeciae: 26.

4. *Dioecesis Oleastrensis:*

Oleastra (Ogliastra), episcopatus a d. 11. Nov. 1824, vi bullae Leonis XII. „Apostolatus officium Nobis ex alto."

Ambitus: Communitates 26 provinciae Calaritanae.

Incolae: 35 092, Sacerdotes: 32, Paroeciae: 26.

## XXXVI. Provincia ecclesiastica Arborensis.

Provincia ecclesiastica Arborensis, in media insula Sardiniae ad sinum Oristani sita consistit ex archidioecesi Arborensi et dioecesi suffraganea Uxellensi et Terrae albae.

1. *Archidioecesis Arborensis:*

Oristanum (Oristano), in ora Sardiniae occidua, episcopatus translatione sedis episcopalis ab Arborea a. 1070 factus est.

Ambitus: Communitates 73 provinciarum Calaritanae et Turritanae.

Incolae: 90 464, Sacerdotes: 161, Paroeciae: 74.

Sedes suffraganea:

2. *Dioecesis Uxellensis et Terrae albae:*

Alesium (Ales), episcopatus a saec. 7., unitus cum dioecesi Terrae albae a d. 8. Dec. 1503.

Ambitus: Communitates 42 provinciae Calaritanae.

Incolae: 55 640, Sacerdotes: 83, Paroeciae: 42.

## XXXVII. Provincia ecclesiastica Turritana.

Provincia ecclesiastica Turritana, quae partem occupat septentrionalem Sardiniae, amplectitur archidioecesim Turritanam et dioeceses suffraganeas: Algarensem, Ampuriensem et Templensem, Bisarchiensem, Bosanensem.

1. *Archidioecesis Turritana:*

Sassaris (Sassari, antea Turris), ex ruderibus seu reliquiis Turritanae exstructa, episcopatus jam saec. 5., archiepiscopatus ab a. 1073.

Ambitus: Communitates 26 provinciae Turritanae.

Incolae: 90 991, Sacerdotes: 214, Paroeciae: 32.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Algariensis:*

Algarium (Alghero), episcopatus a saec. 16.

Ambitus: Communitates 26 provinciarum Turritanae et Calaritanae.

Incolae: 55 046, Sacerdotes: 95, Paroeciae: 27.

3. *Dioecesis Ampuriensis et Templensis:*

Emporiae (Ampurias), episcopatus a saec. 12. ineunte, unitus episcopatui Civitatensi ab a. 1506, cujus sedes saec. 19. translata fuit Templum (Tempio); Civitatensis episcopatus suffraganeus fuit metropoleos Pisanae a. 1161 et 1198, exemtus 1490, suffraganeus metropoleos Turritanae a d. 5. Jun. 1506.

Ambitus: Communitates 17 provinciae Turritanae.

Incolae: 41 075, Sacerdotes: 108, Paroeciae: 24.

4. *Dioecesis Bisarchiensis:*

Gisava (Bisarchio), episcopatus a saec. 13., suppressus a. 1503, restitutus d. 9. Mart. 1803 cum sede episcopali in urbe vulgo Ozieri nuncupata.

Ambitus: Communitates 21 provinciae Turritanae.

Incolae: 39 238, Sacerdotes: 113, Paroeciae: 22.

5. *Dioecesis Bosanensis:*

Bosa, episcopatus jam saec. 5.

Ambitus: Communitates 21 provinciae Calaritanae.

Incolae: 31 864, Sacerdotes: 88, Paroeciae: 21.

Graeci catholici, qui Italiam incolunt, plerique eorum Graecorum posteri sunt, qui saeculo decimo sexto ex Epiro et Peloponneso emigraverunt, ut Turcarum ab anno 1566 ad 1575 in illas regiones dominationem suam armis inferentium effugerent crudelitatem. Eo tempore plures quam centum milia fugitivorum istorum regni utriusque Siciliae provinciis hospitio excepti esse censentur; is autem numerus Graeci ritus catholicorum deinceps non parum diminutus est familiis compluribus aut exstinctis aut ad latinum ritum transgressis.

Auctore Hieronymo Petri, L'Orbe Cattolico, I. parte p. 329, anno 1858 fuerunt:

| | |
|---|---|
| Villabadessa, dioecesis Atriensis et Pennensis . . . . | 460 |
| Barioli (Barletta), dioecesis Tranensis . . . . . . . | 190 |
| Aletii (Lecce) . . . . . . . . . . . . . . . . | 60 |
| in civitate et dioecesi Cassanensi . . . . . . . . . | 11 906 |
| in civitate et dioecesi Rossanensi . . . . . . . . | 6 900 |
| in civitate et dioecesi Bisinianensi . . . . . . . . | 3 620 |
| in civitate et dioecesi Tursiensi . . . . . . . . . | 3 580 |
| Panormi (Palermo) . . . . . . . . . . . . . . | 4 300 |
| Monte regali (Monreale) . . . . . . . . . . . | 4 390 |
| Agrigenti . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 4 090 |
| Contessae in dioecesi Agrigentina . . . . . . . . . | 2 060 |
| Summa | 41 556 |

Italograeci patriarchatui Romano subsunt et episcopis latinis, nisi forte in eadem urbe praeter latinum graecus etiam residet, qui tum jurisdictionem in sui ritus cultores gerit. Sacros tamen ordines Graeci a sui ritus episcopis tantum suscipere debent, quare unus Romae commoratur, alius in seminario Corsiniano ad S. Benedictum de Ullerno in Calabria, tertius denique Panormi.

## Conspectus summarius dioecesium in Italia insulisque adjacentibus existentium.

(Fons: Statistica ecclesiastica d'Italia compilata dal Sac. Bertolotti Giuseppe. 1885.)

| | „Compartimenti". | Dioeceses. | Paroeciae. | Incolae. | Ecclesiae publicae. | Sacerdotes. | Clerici aspirantes ad sacerdotium. | Sacerdotes ordinati ultimo lustro. | Sacerdotes defuncti ultimo lustro. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Italia septentrional. | Piemonte (Piedemontium) . . . . . | 18 | 2 415 | 3 000 109 | 7 149 | 6 838 | 1 388 | 692 | 1 513 |
| | Liguria . . . . . . . . . . . . . . | 6 | 749 | 882 373 | 1 712 | 2 245 | 379 | 193 | 361 |
| | Lombardia (Longobardia) . . . . . . | 11 | 2 515 | 3 603 981 | 5 291 | 6 315 | 1 711 | 666 | 1438 |
| | Veneto (Venetia) . . . . . . . . . . | 12 | 1 786 | 2 804 271 | 3 609 | 5 407 | 750 | 284 | 824 |
| | Summa totalis | 47 | 7 465 | 10 290 734 | 17 761 | 20 805 | 4 228 | 1 835 | 4 136 |
| Italia centralis. | Emilia . . . . . . . . . . . . . . | 21 | 2 384 | 2 163 391 | 3 469 | 5 278 | 1 080 | 500 | 947 |
| | Umbria . . . . . . . . . . . . . . | 17 | 1 352 | 561 007 | 2 831 | 2 251 | 435 | 151 | 342 |
| | Marche (Marchiae) . . . . . . . . . | 27 | 1 251 | 939 261 | 3 558 | 3 589 | 649 | 217 | 556 |
| | Toscana (Tuscia) . . . . . . . . . | 25 | 2 932 | 2 207 861 | 6 416 | 6 232 | 834 | 444 | 921 |
| | Roma (Latium) . . . . . . . . . . | 30 | 510 | 899 804 | 1 950 | 3 370 | 228 | 134 | 237 |
| | Summa totalis | 120 | 8 429 | 6 771 324 | 18 224 | 20 720 | 3 226 | 1 446 | 3 003 |
| Italia meridionalis. | Abruzzi (Aprutii) . . . . . . . . . | 19 | 811 | 1 317 215 | 2 793 | 2 906 | 308 | 165 | 366 |
| | Campania . . . . . . . . . . . . . | 39 | 1 527 | 2 896 577 | 5 340 | 11 733 | 1 704 | 816 | 1 275 |
| | Puglie (Apulia) . . . . . . . . . . | 31 | 362 | 1 583 079 | 1 916 | 4 950 | 446 | 172 | 537 |
| | Basilicata . . . . . . . . . . . . | 10 | 149 | 522 570 | 726 | 1 508 | 114 | 76 | 163 |
| | Calabrie (Calabria) . . . . . . . . | 19 | 889 | 1 257 883 | 2 185 | 4 233 | 517 | 201 | 550 |
| | Summa totalis | 118 | 3 738 | 7 577 324 | 12 960 | 25 330 | 3 089 | 1 430 | 2 891 |
| Italia insul. | Sicilia . . . . . . . . . . . . . . | 19 | 670 | 2 927 804 | 4 700 | 8 378 | 929 | 290 | 772 |
| | Sardegna (Sardinia) . . . . . . . . | 12 | 404 | 682 002 | 1 407 | 1 148 | 97 | 44 | 245 |
| | Summa totalis | 31 | 1 074 | 3 609 806 | 6 107 | 9 526 | 1 026 | 334 | 1 017 |
| | Summa Summarum | 316 | 20 707 | 28 249 188 | 55 052 | 76 381 | 11 569 | 5 045 | 11 047 |

Excessus sacerdotum mortuorum supra numerum ordinatorum intra quinquennium: 6002.

Alia computatio mox citanda, quae ex „Annuario statistico italiano“ a. 1886 deprompta est, numerum incolarum habet 28 459 628, qui 275 dioecesibus attribuuntur. Numerus autem dioecesium diversus inde ortus est, quod in priore computo dioeceses unitae pro pluribus, in altero pro singulis sumuntur.

### Conspectus summarius

**dioecesium in Italia insulisque adjacentibus existentium.**

(Fons: Annuario statistico italiano. Anno 1886. Roma 1887.)

| Dioeceses. | Numerus dioecesium. | Incolae universi. | Numerus d. 31. Dec. 1881. communitatuum. | paroeciarum. |
|---|---|---|---|---|
| Dioecesis Pontificia . . . . | 1 | 298 553 | 1 | 77 |
| Dioeceses suburbicariae . . | 6 | 154 522 | 54 | 96 |
| Archidioec. et dioeceses exemt. | 73 | 5 173 232 | 1 265 | 5 296 |
| Dioeceses metropolitanae . . | 37 | 8 246 748 | 1 842 | 4 381 |
| „ suffraganeae . . . | 146 | 14 342 310 | 5 008 | 10 442 |
| „ nullius . . . . . | 11 | 244 088 | 89 | 172 |
| Dioeceses italicae | 274 | 28 459 453 | 8 259 | 20 464 |
| Dioecesis Sancti Joannis, cuius sedes in Gallia . . . . . | 1 | 175 | — | 1 |
| Summa totalis | 275 | 28 459 628 | 8 259 | 20 465 |

### Conspectus summarius dioecesium in Italia insulisque adjacentibus existentium.

(Fons: Annuario statistico italiano. Anno 1886. Roma 1887.)

| „Compartimenti“. | Sedes episcopales. | Incolae universi d. 31. Dec. 1881. | Numerus d. 31. Dec. 1881. communitatuum. | paroeciarum. | eccles. et sacell. public. | sacerdot. regul. et saecul. in paroeciis. | Numerus sacerdotum ordinatorum lustro 1881–85. | defunct. lustro 1881–85. | Numerus cleric. adspir. ad sacerdot. 1881. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Pedemontana . . . . . | 18 | 3 274 130 | 1 611 | 2 347 | 7 149 | 6 838 | 692 | 1 522 | 1 388 |
| Ligurina . . . . . . | 5 | 845 637 | 270 | 707 | 1 712 | 2 245 | 179 | 310 | 358 |
| Lombardica . . . . . | 11 | 3 499 298 | 1 789 | 2 506 | 5 291 | 6 315 | 583 | 1 131 | 1 482 |
| Veneta . . . . . . . | 11 | 2 840 903 | 809 | 1 691 | 3 609 | 5 107 | 284 | 824 | 750 |
| Aemiliensis . . . . . | 20 | 2 177 754 | 322 | 2 393 | 3 475 | 5 280 | 500 | 947 | 1 074 |
| Umbrica . . . . . . | 17 | 660 564 | 178 | 1 381 | 2 831 | 2 251 | 161 | 342 | 435 |
| Marchiae . . . . . . | 20 | 936 154 | 248 | 1 243 | 3 558 | 3 579 | 218 | 556 | 649 |
| Etrusca . . . . . . . | 23 | 2 190 555 | 270 | 2 879 | 6 416 | 6 232 | 444 | 921 | 834 |
| Romana . . . . . . | 24 | 898 914 | 223 | 523 | 1 950 | 3 327 | 140 | 247 | 228 |
| Aprutina et Molisina . . | 12 | 1 185 871 | 404 | 804 | 2 729 | 2 770 | 123 | 271 | 327 |
| Campania . . . . . . | 34 | 2 990 788 | 652 | 1 545 | 5 518 | 12 197 | 845 | 1 354 | 1 684 |
| Apulia . . . . . . . | 25 | 1 572 208 | 233 | 381 | 2 034 | 5 341 | 191 | 591 | 429 |
| Basilicata . . . . . . | 8 | 516 753 | 124 | 163 | 785 | 1 575 | 83 | 175 | 181 |
| Calabria . . . . . . | 16 | 1 260 021 | 405 | 846 | 2 099 | 3 977 | 180 | 495 | 432 |
| Sicilia . . . . . . . | 19 | 2 927 901 | 357 | 658 | 4 700 | 8 378 | 290 | 772 | 929 |
| Sardinia . . . . . . | 11 | 682 002 | 361 | 397 | 1 407 | 1 148 | 44 | 243 | 97 |
| Dioecesis Sancti Joannis cum sede in Gallia . | 1 | 175 | — | 1 | — | — | — | — | — |
| Summa totalis | 275 | 28 459 628 | 8 259 | 20 465 | 55 263 | 76 560 | 4 957 | 10 701 | 11 277 |

### Fontes:

„Carta delle circoscrizioni ecclesiastiche in relazione alla circoscrizioni amministrative“. Direzione Generale della Statistica. 1880.

Carta della circoscrizione ecclesiastica dell' Italia, dedicata a Sua Eminenza Reverendissima il Cardinale Raffaele Monaco la Valletta, vicario generale di Sua Santità Papa Leone XIII., dal Tipografo Pontificio in Torino Cav. Pietro Marietti. 1880. Alla Scala di 1 a 1 100 000.

Roenneke, Karte über den Stand des Evangelisationswerkes in Italien. 1876.

Meille, Uebersichtskarte der evangelischen Gemeinden in Italien. 1884.

Ferd. Ughelli, Italia sacra sive de episcopis Italiae etc. Roma 1644 sq.

Cantelius, Metropolitanarum urbium historia civilis et ecclesiastica. Parisiis 1685.

P. Augustini Lubini O. Erem. S. Augustini Abbatiarum Italiae brevis notitia. Romae 1691.

„Statistica ecclesiastica d'Italia“ compilata dal Sac. Bertolotti Giuseppe, Cav. dei SS. Maurizio e Lazzaro, direttore dell' Avvisatore ecclesiastico, — parroco, vicario foraneo di Altare (Savona). — Savona 1885.

Annuario statistico di Roma. Anno I. 1885. Roma 1886.

Annuario statistico italiano. Anno 1886. Roma 1887.

Indicatore delle diocesi d' Italia. Compilato coll' approvazione dell' autorità ecclesiastica. Roma 1882.

## Insulae Melita et Gaudisium.

Melitae insulae (Malta) a S. Paulo apostolo ipso, qui ad eam naufragium fecit, fides catholica allata est. Primo quidem Melita Carthagini metropoli suberat, postea Romae ac dein Syracusis. Postquam deinceps usque ad saeculum undecimum iterum Romae obnoxia fuit, Adriano IV. Papa, provinciae Panormitanae adjecta est, in qua permansit, donec a Gregorio XVI. denuo est exempta.

Cum Rhodus insula equitibus S. Joannis a Solimano Turcarum imperatore erepta esset, illis Melita insula a Carolo V. concessa est, quam usque ad annum 1798 fortiter tenuerunt, quo anno a Napoleone occupata est. Post duos vero annos in Anglorum manus transiit, quibus etiam pace Parisina (1814) addicta est. Rhodus insula, quae archiepiscopatus esse desierat et titularibus episcopis attribui consueverat, a Pio VI. die 3. Martii 1797 cum Melitensi dioecesi juncta est, unde cum episcopatu Melitensi titulus archiepiscopi Rhodii unitus est.

Ex aliquo etiam tempore Gaudisium insula dioecesis propria est creata.

1. *Dioecesis Melitensis:*

Melita (Malta), dioecesis perantiqua; d. 3. Martii 1797 archiepiscopatus Rhodi titulus unitus est episcopatui Melitensi.

Ambitus: Insula Melita.

Incolae: Catholici latini 142 000, Graeci uniti 18,

Paroeciae: 34 (ex quibus una pro Graecis unitis).

2. *Dioecesis Gaudisiensis:*

Gaudisium (Gozo), dioecesis erecta a. 1863.
Ambitus: Insula Gaudisium (Gaulos, Gaudos).
Incolae: catholici 18 700,
Paroeciae: 10,
Filiales: 6.
Beneficiales: 3.

Conspectus summarius.

| Dioeceses. | Catholici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Melitensis | 142 000 | 518 |
| Gaudisiensis | 18 700 | |
| Summa totalis | 160 700 | 518 |

Fons: Nuovo Calendario ecclesiastico ad uso del Clero secolare e regolare delle diocesi di Malta e Gozo per l'anno bisestile 1888. Malta 1888.

## Caput quartum.

# Paeninsula Iberica.

### Hispania. Lusitania sive Portugallia. Gibraltaria.

1. Montes Pyrenaei paeninsulam Ibericam separant a Gallia; caetera ambit mare; ab ortu ac meridie mare Internum, fretus Gaditanus et oceanus Atlanticus; ab occasu idem oceanus, a septentrionibus mare Cantabricum.

Ad fauces freti Gaditani est Calpe mons, quem Saraceni vocant „Djebel al Tarik“ sive „Gibl al Tarik“, ex quo „Gibraltaria“: respondetque ei in Africa Abyle mons, quem nunc vocant Ceutam (Sebta). Montes istos antiqui columnas esse Herculis dixerunt.

Quidquid terrarum Pyrenaeis montibus, mari Mediterraneo atque oceano ipso est conclusum, Romani Hispaniam vocarunt.

2. Tota paeninsula tempore Augusti Caesaris divisa erat in tres provincias: Lusitanam, Baeticam et Tarraconensem; Constantinus vero Magnus eam in quinque partes distribuit, videlicet: 1) in provinciam Baeticam cum metropoli Hispali; 2) in provinciam Carthaginiensem cum metropoli cognomine; 3) in provinciam Tarraconensem cum metropoli Tarracone; 4) in provinciam Gallaeciam cum metropoli Asturiga; 5) in provinciam Lusitanam cum metropoli Emerita; ex qua divisione civili paulatim ecclesiastica, quae habebatur ante Hispaniae per Saracenos occupationem, sese evolvit

3. Sub saeculi decimi tertii initiis dimidia fere Hispaniae pars Mauris parebat, qui australes provincias a Tagi fluminis ostiis usque ad ostia Iberi tenebant. Attamen ab eo porro tempore continuo magis magisque ad meridiem versus et ad oras maris Mediterranei coarctabantur ac reprimebantur. Circa finem anni 1300 solum eis regnum Granatense relictum est, atque adeo rex eorum a Ferdinando IV. Castellae rege vi subigitur. Nihilominus Maurorum natio suis sub legibus perduravit ad finem usque saeculi quinti decimi, quo tempore Ferdinandus IV. Castellae et Aragoniae rex resumto bello Granatam quoque urbem expugnavit omnemque infidelium dominationem sustulit.

4. Divisio ecclesiastica secundum notitiam ecclesiarum tempore Honorii III. a. 1225 conscriptam.

Archiepiscopus Tarraconensis hos habet suffraganeos: Barchinonensem (Barcino), Gerundensem (Gerunda), Ausonensem sive Vicensem (Ausona, Vicus Ausonensis), Illerdensem (Illerda), Oscensem (Osca), Tirasonensem (Turiaso), Calaguritanum (Calagurris), Urgellensem (Urgellum), Caesaraugustanum (Caesaraugusta), Dertusensem (Dertusa), Pampilonensem (Pampilo).

Archiepiscopatus Toletanus hos habet suffraganeos: Seguntinum (Seguntia), Oxomensem (Uxama), Burgensem (Burgum de Oca), Palentinum (Palentia), Segobiensem (Segobia), Segobricensem (Segobrica), Conchensem (Concha).

Archiepiscopatus Emeritensis (Augusta Emerita ad Anam fluvium) hos habet suffraganeos: Abulensem (Abula), Placentinum (Deobriga, Placentia), Salmantinum (Salmantica), Eborensem (Ebora), Cauriensem (Cauria), Ulixbonensem (Ulysippo), Legionensem (Legio), Ovetensem (Ovetum), Zamorensem (Zamora).

Archiepiscopatus Bracarensis hos habet suffraganeos: Portugalensem (Portucalia), Columbriensem (Conimbria), Visensem (Viseum), Lamecensem (Lambeca), Auriensem (Auria), Tudensem (Tudae ad fines), Lucensem (Lucus Augusti), Asturicensem (Asturiga Augusta), Mindoniensem (Mindonium).

5. Notitia ecclesiarum Urbis et Orbis ab episcopo Catharensi c. a. 1250 scripta hanc divisionem exhibet:

Archiepiscopus Terraconensis habet hos suffraganeos: Barchinonensem exemtum, Gerundensem, Vicensem, Illerdensem, Urgellensem, Majoricensem, Dertusensem, Valentinum.

Archiepiscopus Caesaraugustanus, olim provinciae Terraconensis per D. Joannem Papam factus pontificatus sui anno 2., hos habet suffraganeos: Oscensem, Tirasonensem, Pampilonensem, Calaguritanum et Calceatensem unitos, Segobricensem, olim provinciae Toletanae.

Archiepiscopus Toletanus habet hos suffraganeos: Seguntinum, Oxomensem, Burgensem exemtum, Palentinum, Conchensem, Carthaginiensem, Cordubensem.

Archiepiscopus Compostellanus habet hos suffraganeos: Abulensem, Placentinum, Salamanticensem, Eborensem, Cauriensem, Ulixbonensem, Legionensem exemtum, Ovetensem, Zamorensem, Civitatensem, Egitaniensem, Pacensem.

Archiepiscopus Bracarensis habet hos suffraganeos: Portugallensem, Colimbricensem, Lamacensem, Vicensem, Auriensem, Tudensem, Lucensem, Astoricensem, Mindoniensem.

Archiepiscopus Hispalensis habet hos suffraganeos: Gadicensem, Silvensem vel Gadarensem, Tiennensem.

6. Secundum „Provinciale omnium ecclesiarum cathedralium" (Lugduni 1546) tota paeninsula Iberica divisa fuit respectu ecclesiastico hoc modo:

*Regnum Aragonum:*

Archiepiscopus Tarraconensis hos habuit suffraganeos: Barchinonensem (Barcelona), Gerundensem (Gerona), Vicensem (Vich), Illerdensem (Lerida), Urgellensem (Urgel), Dertusensem (Tortosa), Valentinensem (Valencia), Majoricensem (Mallorca).

Archiepiscopus Caesaraugustanus hos habuit suffraganeos: Oscensem (Huesca), Tirasonensem (Tarazona), Pampilonensem (Pamplona), Calaguritanum (Calahorra), Segobricensem (Segorbe).

*Regnum Castellae et Legionis:*

Archiepiscopus Toletanus hos habuit suffraganeos: Seguntinensem (Sigüenza), Oxomensem (Osma), Burgensem (Burgos), Palentinum (Palencia), Segobiensem (Segovia), Conchensem (Cuenca), Cordubensem (Cordova), Carthaginiensem (Cartagena).

Archiepiscopus Compostellanus hos habuit suffraganeos: Abulensem (Avila), Placentinensem (Placencia), Salamantinum (Salamanca), Eborensem (Evora), Cauriensem (Coria), Ulixbonensem (Lisboa), Legionensem (Leon) et Ovetensem (Oviedo) exemptos, Zamorensem (Zamora), Civitatensem (Ciudad Rodrigo), Egitaniensem (Guarda), Lamecensem (Lamego), Pacensem (Badajoz).

*Regnum Portugalliae:*

Archiepiscopus Bracarensis hos habuit suffraganeos: Portugalensem (Porto; caput regni), Columbriensem (Coimbra), Visensem (Viseu), Auriensem (Orense), Tudensem (Tuy), Lucensem (Lugo), Astoricensem (Astorga), Mindoniensem (Mondoñedo).

Archiepiscopus Hispalensis hos habuit suffraganeos: Giennensem (Jaën), Gadicensem (Cadiz), Silvensem (Silves), Marochitanum in Africa, Rubicensem.

8. Hodie tota paeninsula politice dividitur in regnum Hispaniae cum parva republica Andorrae, regnum Lusitaniae et Gibraltariam sub ditione Anglorum constitutam.

## A. Hispania.

### 1. Superficies et incolae:

| | kmq.: | Incolae (1885): |
|---|---|---|
| Continens (cum Septa, vulgo Ceuta) et insulae orae adjacentes . . . . . . . . | 492 230,16 | 16 654 895 |
| Insulae Baleares et Fortunatae (Canarias) . . . . | 12 286,71 | 611 173 |
| Hispania | 504 516,88 | 17 266 068 |
| Possessiones in Africa septentrionali (sine Septa) . . | 35 | 2 522 |
| Summa | 504 551,88 | 17 268 590 |

2. Divisio ecclesiastica: Ante Conventionem inter Sedem Apostolicam et gubernium Hispaniae anno 1851 factam regnum Hispanicum partitum erat in octo provincias ecclesiasticas:

I. Provincia ecclesiastica *Toletana*, complectens archidioecesim ejusdem nominis, cujus archiepiscopus Primas totius Hispaniae est, et sedes suffraganeas: Carthaginensem, Cordubensem, Conchensem, Gienensem, Oxomensem, Segoviensem, Seguntinam, Vallisoletanam.

II. Provincia ecclesiastica *Hispalensis,* complectens archidioecesim ejusdem nominis et sedes suffraganeas: Gaditanam, Septensem, Malacitanam, Nivariensem seu Sancti Christophori de Laguna.

III. Provincia ecclesiastica *Compostellana* seu Sancti Jacobi de Compostella, complectens archidioecesim ejusdem nominis et sedes suffraganeas: Asturicensem, Abulensem, Pacensem seu Pacis Augustae, Civitatensem, Cauriensem, Lucensem, Mindoniensem, Auriensem, Placentinam, Salmanticensem, Tudensem, Zamorensem.

IV. Provincia ecclesiastica *Granatensis,* complectens archidioecesim ejusdem nominis et sedes suffraganeas: Almeriensem, Guadicensem.

V. Provincia ecclesiastica *Burgensis,* complectens archidioecesim ejusdem nominis et sedes suffraganeas: Calaguritanam, Palentinam, Pampilonensem, Santanderiensem, Tudelensem.

VI. Provincia ecclesiastica *Tarraconensis,* complectens archidioecesim ejusdem nominis et sedes suffraganeas: Barcinonensem, Gerundensem, Ibusensem, Illerdensem, Celsonensem, Derthonensem, Urgellensem, Vicensem.

VII. Provincia ecclesiastica *Caesaraugustana,* complectens archidioecesim ejusdem nominis et sedes suffraganeas: Albarraciensem, Barbastrensem, Oscensem, Jacensem, Tirasonensem, Terulensem.

VIII. Provincia ecclesiastica *Valentina*, complectens archidioecesim ejusdem nominis et sedes suffraganeas: Majoricensem, Minoricensem, Oriolensem, Segobricensem.

Insuper aderant duo dioeceses Sedi Apostolicae immediate subjectae, Legionensis et Ovetensis, et duo prioratus jurisdictione episcopali utentes.

3. Secundum Conventionem d. 16. Martii 1851 conclusam ad octo provincias ecclesiasticas hucusque existentes addenda est provincia ecclesiastica Vallisoletana; 43 dioeceses conservandae sunt, tres insuper novae erigendae, nempe Matritensis, Cluniensis (Ciudad Real) et Victoriensis; novem autem antiquiores uniendae, tres dislocandae sunt; attamen non omnia, quae determinata erant, adhuc executioni mandata sunt, praesertim quae respiciunt dioeceses uniendas.

Ex statu nunc vigente Hispania tota partitur in novem provincias ecclesiasticas:

I. Provincia ecclesiastica *Burgensis* congruit regno Castellae Veteris (6 provinciis) et provinciis Cantabricis

II. Provincia ecclesiastica *Caesaraugustana* congruit regnis Navarrae et Aragoniae.

III. Provincia ecclesiastica *Compostellana* congruit regno Galaeciae et principatui Asturiae.

IV. Provincia ecclesiastica *Granatensis* congruit regnis Gienensi (Jaen), Granatensi, Murciensi.

V. Provincia ecclesiastica *Hispalensis* congruit regnis Hispalensi et Cordubensi et territorio Extremae Durii (Estremadura) omissa provincia Caceres.

VI. Provincia ecclesiastica *Tarraconensis* congruit principatui Catalauniae.

VII. Provincia ecclesiastica *Toletana* congruit regno Novae Castellae et parti territorii Extremae Durii (provinc. Caceres).

VIII. Provincia ecclesiastica *Valentina* congruit regno Valentiae.

IX. Provincia ecclesiastica *Vallisoletana* congruit parti regni Castellae Veteris et Legionis.

Singularum nomina dioeceseon tabellis mox subjiciendis recensentur [1].

4. Dioeceses subdividuntur in archipresbyteratus (arcipestazgo) et paroecias, quae rursus dirimuntur in paroecias „de termio, de ascenso, de primer ascenso, de segundo ascenso, de entrada“, in paroecias rurales primae, secundae classis, in paroecias urbanas „de ascenso“ et „de entrada“.

[1] Exactam descriptionem, obsoletam tamen, continet opus: „Guia del Estado Eclesiastico de España para el año del 1868.“ Madrid. Imprenta del Ministerio de Gracia y Justicia. 1868.

Liber, cui titulus: Guia Eclesiastica de España para 1888 por D. Severino Alderete, D. Emilio Piñuela y D. José Villar, Auxiliares del Ministerio de Gracia y Justicia. Madrid. Imprenta de Lucas Polo, Calle de Relatores 4 y 6. 1888, nullas praebet notationes, quas vocant statisticas.

## Conspectus summarius

**dioecesium in Hispania a. 1867 existentium,**

exhibens numerum sacerdotum, alumnorum seminariorum, religiosarum clausuram habentium.

| Dioeceses. | Numerus sacerdotum 31. Dec. 1867. | Numerus alumnorum in seminariis 1867—1868. | Numerus religiosarum claustratarum. |
|---|---|---|---|
| Albarracin | 66 | — | 45 |
| Alcalá la Real | — | — | 60 |
| Almería | 250 | 200 | 12 |
| Astorga | 1 091 | 718 | 103 |
| Avila | 437 | 254 | 224 |
| Badajoz | 204 | 405 | 173 |
| Barbastro | 214 | 164 | 38 |
| Barcelona | 1 040 | 648 | 586 |
| Búrgos | 1 512 | 504 | 374 |
| Cádiz | 246 | 238 | 162 |
| Calahorra y la Calzada | 731 | 600 | 199 |
| Canarias | 111 | 184 | 12 |
| Cartagena | 975 | 583 | 416 |
| Céuta | 26 | 16 | — |
| Ciudad-Rodrigo | 156 | 240 | 27 |
| Córdoba | 690 | 358 | 512 |
| Coria | 298 | 323 | 46 |
| Cuenca | 638 | 434 | 273 |
| Gerona | 1 010 | 171 | 173 |
| Granada | 855 | 470 | 383 |
| Guadix | 158 | 188 | 40 |
| Huesca | 231 | 166 | 148 |
| Ibiza | 63 | 85 | 15 |
| Jaca | 246 | 160 | 15 |
| Jaen | 493 | 321 | 122 |
| Leon | 1 112 | 702 | 166 |
| Lérida | 442 | 252 | 128 |
| Lugo | 797 | 539 | 47 |
| Málaga | 1 150 | 559 | 463 |
| Mallorca | 600 | 351 | 282 |
| Menorca | 128 | 95 | 39 |
| Mondoñedo | 539 | 505 | 46 |
| Orense | 1 076 | 498 | 16 |
| Orihuela | 373 | 223 | 190 |
| Osma | 456 | 280 | 70 |
| Oviedo | 1 452 | 108 | 160 |
| Palencia | 687 | 406 | 226 |
| Pamplona | 1 391 | 729 | 381 |
| Plasencia | 320 | 715 | 135 |
| Salamanca | 431 | 565 | 229 |
| Santander | 573 | 238 | 132 |
| Santiago | 3 196 | 742 | 200 |
| Segorbe | 131 | 251 | 42 |
| Segovia | 508 | 381 | 136 |
| Sevilla | 1 268 | 569 | 1 150 |
| Sigüenza | 533 | 455 | 189 |
| Solsona | 533 | 303 | 25 |
| Tarazona | 341 | 244 | 262 |
| Tarragona | 391 | 379 | 203 |
| Tenerife | 147 | — | 48 |
| Teruel | 245 | 331 | 64 |
| Toledo | 1 853 | 660 | 1 881 |
| Tortosa | 660 | 418 | 237 |
| Tudela | 67 | 78 | 112 |
| Tuy | 971 | 502 | 47 |
| Urgel | 732 | 574 | 73 |
| Valencia | 1 850 | 1 260 | 785 |
| Valladolid | 313 | 252 | 350 |
| Vich | 646 | 1 125 | 162 |
| Vitoria | 1 929 | — | 1 142 |
| Zamora | 396 | 484 | 139 |
| Zaragoza | 914 | 435 | 507 |
| Orden de San Juan – Lengua de Castilla | 329 | — | 203 |
| Orden de San Juan – Lengua de Aragon | 141 | — | |
| Orden de Calatrava | 295 | — | |
| Orden de Santiago | 929 | — | |
| Orden de Alcántara | 224 | — | |
| Orden de Montesa | 158 | — | |
| Summa | 42 948 | 45 676 | 14 725 |

## Provinciae ecclesiasticae Hispaniae.

### I. Provincia ecclesiastica Burgensis.

Provincia ecclesiastica *Burgensis* sex provincias civiles complectitur ex octo illis, quibus divisum est regnum Veteris Castellae provinciis, porro tres provincias Cantabricas, vulgo Guipuzcoa, Alava, Vizcaya; dividitur autem praeter archidioecesim ejusdem nominis in sex dioeceses suffraganeas: Calagurritanam et Calceatensem, Legionensem, Uxamensem, Palentinam, Santanderiensem, Victoriensem.

1. *Archidioecesis Burgensis:*

Burgum de Oca (Burgos), dioecesis antiquissima; fundata fuit ecclesia Ocae, quae erat civitas romana, octo leucis ab urbe Burgensi distans; anno 1074 translata fuit sedes ad oppidum, cui nomen Gamonal; anno sequenti ad Burgum, oppidum antiquitate et magnitudine celebre; metropolis a d. 22. Oct. 1574.

Ambitus: Provincia Burgensis.
Incolae: catholici 326 800,
Sacerdotes: 1176, Clerici: 62,
Paroeciae: 1183, Ecclesiae: 1702.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Calagurritana et Calceatensis:*

Calagurris (Calahorra), dioecesis antiquissima; sedes translata est sub finem saeculi 12. ad civitatem Calceatensem, sed episcopi ibi nunquam nisi transitorie residentiam habuerunt. Sedes episcopalis Juliobriga (Logroño) secundum conventionem initam anno 1851.

Ambitus: Provincia Lucroniensis (Logroño, ex parte).
Incolae: catholici ca. 65 000, Sacerdotes: ca. 600,
Paroeciae: 363, filiales: 27,
Ecclesiae: 393, Sacella: 268.

3. *Dioecesis Legionensis:*

Legio (Leon), urbs inter montes sita, media fere inter Vallisoletum et Ovetum, dioecesis erecta saec. 4.

Ambitus: Provincia Legionensis (ex parte).
Incolae: catholici 228 531, Sacerdotes: 890,
Paroeciae et filiales: 907, Ecclesiae: 908.

4. *Dioecesis Burgi Uxamensis:*

Uxama (Burgo de Osma), ad Durium flumen, dioecesis antiquissima; sedem Sanctus Petrus episcopus, ineunte saeculo 12., Mauris ab Hispanis superatis, restauravit, cathedralem exstruxit, quae postea instaurata et amplificata fuit, et in qua ejusdem sancti episcopi corpus asservatur.

Ambitus: Provincia Numantiae Novae (Soria, ex parte); $9935{,}_5$ kmq (tota provincia).
Incolae: catholici 146 000, alii numero pauci,
Sacerdotes: 330, Paroeciae: 344,
Ecclesiae: 427, Sacella: 382.



5. *Dioecesis Palentina:*

Palentia (Palencia), ad Pisoracam fluvium sita, dioecesis jam instituta erat saec. 3.

Ambitus: Provincia Palentina.
Incolae: catholici 191 599, acatholici pauci,
Sacerdotes: 509,
Paroeciae matrices: 369, filiales seu annexae: 7,
Ecclesiae: 399 (378 paroeciales, 21 conventuales),
Oratoria et sacella publica: 311.

6. *Dioecesis Sancti Andreae seu Santanderiensis:*

Fanum Sancti Andreae (Santander), dioecesis erecta a. 1754.

Ambitus: Provincia Sancti Andreae.
Incolae: 246 000, Sacerdotes: ca. 400, Paroeciae: ?

7. *Dioecesis Victoriensis:*

Victoria (Vittoria), dioecesis erecta bulla Pii IX. „In celsissima militantis Ecclesiae" d. d. 8. Sept. 1861 et decreto d. d. 28. April. 1862.

Ambitus: Provinciae civiles Alaviae ($3121{,}_7$ kmq), Guipusiae vel Jupuscoae, vulgo Guipuzcoa ($1884{,}_6$ kmq), Biscaiae, vulgo Vizcaya ($2197{,}_9$ kmq).
Incolae: catholici 450 699, acatholici 600 (fere omnes extranei et ex aliis nationibus),
Sacerdotes: 1297, Clerici: ca. 200,
Paroeciae: 708, filiales: 52,
Ecclesiae: 760, Sacella: 1200 (publica).

### II. Provincia ecclesiastica Compostellana.

Provincia ecclesiastica *Compostellana* patet per 5 provincias, in quas regnum Galaetiae hodie dividitur et per principatum Asturiae; jurisdictioni metropoleos Sancti Jacobi subsunt sedes suffraganeae: Auriensis, Lucensis, Mindoniensis, Ovetensis, Tudensis.

1. *Archidioecesis Compostellana:*

Compostella (San Jago de Compostella), sedes episcopalis ab anno 1100, archiepiscopatus ab anno 1120.

Ambitus: Provinciae Caronii (Coruña) et Pontis veteris (Pontevedra).
Incolae: catholici ca. 800 000, Sacerdotes: ca. 2000,
Paroeciae: 763, filiales: 251, Ecclesiae: 1014.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Lucensis:*

Lucus Augusti (Lugo), dioecesis antiquissima, metropolis ab anno 559, qua tamen praerogativa sub pontificatu privata fuit Calixti II., qui metropoleos dignitatem ad Compostellam transtulit.

Ambitus: Provincia Lucensis (ex parte).
Incolae: catholici 366 057, Sacerdotes: 1061,
Paroeciae: 1102,
Ecclesiae: 1108, Sacella: 694, Oratoria: 21.

3. *Dioecesis Mindoniensis:*

Mindonium (Mondoñedo). Primum sedes episcopalis Britoniae fuit erecta; postea vero Rivadeum (Ribadeo) Dumiumque, tandem apostolica facultate ab anno Domini 1114 ad 1117 in hunc desertum locum, tum Mindonium nuncupatum, fuit translata.

Ambitus: Provinciae Lucensis (ex parte) et Caronii (ex parte).

Incolae (1888): catholici 275 248,

Sacerdotes: 467, Clerici: 20, Paroeciae: 282,

Ecclesiae: 409, Sacella: 360 (publica).

4. *Dioecesis Auriensis:*

Auria (Orense), ad Minii ripas nobilis urbs. Dioecesim saeculo 5. ineunte jam exstitisse in comperto est, longe autem antiquiorem esse, immo a Sancti Jacobi majoris Apostoli discipulis fundatam opinantur nonnulli. Suffraganea fuit olim ante Maurorum irruptionem metropolitanae Bracarensis, deinceps vero Compostellanae.

Ambitus: Provinciae Auriensis et Lucensis (ex parte).

Incolae: catholici 388 000, protestantes pauci.

Sacerdotes: ca. 1000, Clerici: 150,

Paroeciae: 542, filiales: 130, Ecclesiae: 673.

5. *Dioecesis Ovetensis:*

Ovetum (Oviedo), dioecesis a rege Alphonso II. erecta et fundata loco sedis Britoniensis a Mauris occupatae; metropolis suffecta a. 811, post centum annos abrogatis metropoleos privilegiis et praerogativis ecclesia Ovetensis exemta declarata fuit, quam exemtionem usque ad annum 1851 conservavit. Episcopus Ovetensis ab anno 1383 utitur titulo Comitis de Noveña.

Incolae: catholici 699 878, Sacerdotes: ?

Paroeciae: 948, filiales: 147,

Ecclesiae: 1095, Sacella: 1750.

6. *Dioecesis Tudensis:*

Tudae ad fines (Tuy). Certum est, hanc dioecesim saeculo 6. jam exstitisse. Denique post Saracenam irruptionem eandem agnovimus restauratam initio saeculi 9., regnante Ordonnio I.

Ambitus: Provincia Pontis veteris (ex parte). — 4504,3 kmq (tota provincia).

Incolae (1888): ca. 200 000,

Sacerdotes et clerici: 700, Paroeciae: 280.

### III. Provincia ecclesiastica Granatensis.

Archidioecesis *Granatensis* jure metropolitano potitur in dioeceses Guadicensem, Almeriensem, Giennensem, Malacitanam, quarum ditiones olim regna Maurorum Gienni et Granatae constituebant, et in dioecesim Carthaginiensem, quae intra limites regni Murciae sita est. Haec igitur provincia ecclesiastica includit 6 provincias civiles regni Hispaniae.

1. *Archidioecesis Granatensis:*

Granata (Granada), dioecesis antiquissima, archidioecesis ab a. 1483 (Bulla erectionis Alexandri VI. Papae data est a. 1492. IV. id. Decembris).

Ambitus: Provincia Granatensis (ex parte).

Incolae: catholici 452 323,

Sacerdotes: 520, Clerici: 235,

Paroeciae: 163, filiales: 84,

Ecclesiae: 163 parochiales (praeter metropolitanum templum), 84 filiales,

Sacella publica: 83, alia: 126.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Guadicensis:*

Sedes Accitana erecta fuit primo aerae christianae saeculo.

Ambitus: Provincia Granatensis (ex parte).

Incolae: catholici 116 330,

Sacerdotes: 162, Clerici: 6,

Paroeciae: 62,

Ecclesiae: 62, filiales et Sacella: 87.

3. *Dioecesis Almeriensis:*

Almeria, a Malaga versus ortum ad mare est. Traditio fert, Indaletium, apostoli Jacobi majoris discipulum in hac regione praedicasse Evangelium et Urci, quam alii Vergi vocant, sedem suam erexisse episcopalem. Restituta fuit sedes in civitate Urcitana, a Mauris Almeria dicta, exeunte saec. 15.

Ambitus: Prov. Almeriae (ex parte), — 8552,9 kmq (tota provincia).

Incolae catholici (1888): 223 705,

Sacerdotes: 129, Clerici: 100, Paroeciae: 66,

Ecclesiae: 122, Sacella: 59.

4. *Dioecesis Carthaginiensis:*

Carthago (Cartagena), dioecesis a primo aerae christianae saeculo; sedes translata est 1291 Murciam, retento titulo Carthaginiensi. Olim sedes Carthaginiensis juribus metropolitanis gaudebat; eandem Innocentius IV. exemtam declaravit. Archiepiscopo Toletano postea subjecta fuit usque ad conventionem anno 1851 initam.

Sedes episcopalis: Murcia.

Ambitus: Provinciae Murcitana et Albacete.

Incolae: 691 382, Sacerdotes: 590, Clerici: 70,

Paroeciae: 122, filiales: 78, Ecclesiae: 201.

5. *Dioecesis Giennensis:*

Giennium (Jaen); dioecesis a Sancto Euphrasio constituta esse fertur Illiturgi, quae postea ad civitatem Castulonensem et demum saec. 7. ad Biatiensem creditur translata. Ex tempore Innocentii IV. factum est, ut duae in hac dioecesi ecclesiae cathedrales, Giennensis scilicet et Biatiensis, sint.

Ambitus: Provincia Giennensis, excepto vicariatu de Cazorla, qui ad archiepiscopatum pertinet Toletanum.
Incolae: catholici 394 738, acatholici: 190,
Sacerdotes: 435, Clerici: 37,
Paroeciae: 108, filiales: 8,
Ecclesiae: 180, Sacella: 189.

6. *Dioecesis Malacitana:*

Malaca (Malaga). Origo dioeceseos tenebris antiquitatis remotissimae occulta remanet; anno 1487 instaurata fuit dioecesis.
Ambitus: Provincia Malacitana et partes provinciarum Granatensis et Gaditanae, porro praesidia Africana.
Incolae: catholici 520 000, acatholici pauci,
Sacerdotes: 481, Clerici: 13,
Paroeciae: 123, e quibus 111 in ipsa civili provincia Malacitana, una in Granatensi provincia, octo in Gaditana, tres in praesidiis Africanis;
Ecclesiae et sacella: 200.

## IV. Provincia ecclesiastica Caesaraugustana.

Provincia ecclesiastica Caesaraugustana extenditur per regna Navarrae et Aragoniae et continet praeter archidioecesim ejusdem nominis sedes suffraganeas: Albarracinensem, Barbastrensem, Jaccensem, Oscensem, Pampilonensem, Terulensem, Turiasonensem, Tutelensem. Vi conventionis anni 1851 sedes Barbastrensis unienda est Oscensi, Tutelensis Pampilonensi, Albarracinensis Terulensi.

1. *Archidioecesis Caesaraugustana:*

Caesaraugusta, Aragoniae regni olim caput, urbs perillustris insuperabili incolarum virtute, quapropter „invictae" nomen sortita est, ad dexteram ripam Iberi fluminis exstat; dioecesis antiquissima; metropolis ab anno 1318. Raynaldus ad ann. 1318. n. 38. T. XV. p. 179: „Ut facilius pristinus religionis splendor in finitimo Aragoniae regno refloresceret, novam in eo archiepiscopalem sedem, Caesaraugustanam scilicet, excitavit, de qua haec Bernardus: Anno Domini 1318 in mense Augusti memoratus dominus Joannes Papa (XXII.) archiepiscopatum Terraconensem, unicum antea in regno Aragoniae, divisit et constituit esse duos, episcopalem sedem Caesaraugustanam in archiepiscopalem erigens pro secundo, quinque sibi suffraganeis episcopis designatis ex illis undecim, quos prius Terraconensis metropolitanus obtinebat, sex sibi tantum suffraganeis reservatis.
Ambitus: Provincia Caesaraugustana (ex parte).
Incolae: catholici 446 689, acatholici ca. 1000,
Sacerdotes: 844, Clerici: 38,
Paroeciae: 369, filiales: 9,
Ecclesiae: 429, Sacella etc.: 182.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Turiasonensis:*

Turiaso (Tarazona), episcopatus a saec. 5.
Ambitus: Provincia Caesaraugustana (ex parte), porro partes minores provinciarum: Lucroniensis, Numantiae Novae, Navarrae.
Incolae: catholici 132 637, Sacerdotes et clerici: 319,
Paroeciae: 140, Ecclesiae: 88, Oratoria: 183.

3. *Dioecesis Jaccensis seu Jaccetana:*

Jaca ad Aragonem fluvium sub Pyrenaeis montibus sita. Institutio ecclesiae Jaccensis in cathedralem facta est anno 1063 per Ramirum, primum Aragoniae regem.
Ambitus: Prov. Oscensis (ex parte) — 15 224,$_{11}$ kmq (tota provincia).
Incolae (1888): ca. 90 000, omnes catholici,
Sacerdotes: 202, Clerici ca. 35, Paroeciae: 250,
Ecclesiae parochiales: 170, filiales: 80.

4. *Dioecesis Oscensis seu Ostensis:*

Osca (Huesca). Notitia priorum episcoporum tantum ab anno 533 incipit, postea Saracenica invasione avulsa. Petrus I., Aragoniae rex, sedem restauravit anno 1096.
Ambitus: Provincia Oscensis (ex parte); habet dioecesis territorium vallis de Broto vulgo dictum in dioecesi Jaccensi inclusum cum septem paroeciis, et insuper tres paroecias in archidioecesi Caesaraugustana, quarum una in ipsa urbe.
Incolae (1888): 74 230, omnes catholici,
Sacerdotes: 240, Clerici: 7,
Paroeciae: 171, Ecclesiae et sacella: 50.

5. *Dioecesis Barbastrensis:*

Barbastrum, Barbastro, ad Verum amnem agro et oleo dives; non certe constat hujusmodi sedem fuisse erectam nisi anno 1100, postquam haec urbs a Petro I., Aragoniae rege, fuit iterum e potestate Saracenorum expugnata, prout ex bulla Pontificis Paschasii II. eruitur. Haec dioecesis fuit Oscensi adjuncta usque ad annum 1571, quo fuit restaurata vi bullae Sancti Pii V., pergens ex tunc usque ad praesens tanquam dioecesis nulli aliae obnoxia, non obstante conventione anni 1851, in qua decreta fuit dioecesi Oscensi aggregatio.
Ambitus: Provincia Oscensis (ex parte).
Incolae: ?
Sacerdotes: 220, Clerici: 7,
Paroeciae: 154, Ecclesiae: 231, Sacella: 177.

6. *Dioecesis Pampilonensis:*

Pampilo vel Pompejopolis (Pampelona) ad Argam flumen, haud longe a Pyrenaeis montibus sita. Dioecesis perantiqua; saec. 9. Maurorum irruptionis causa sedes ad celebre fuit translata Legerense monasterium; restaurata anno 1023.
Ambitus: Provincia Navarrae (ex parte).

Incolae: catholici 274 431, protestantes pauci,
Sacerdotes: 843, Clerici: 48, Paroeciae: 559,
Ecclesiae: 478.

7. *Dioecesis Tutelensis:*

Tutela (Tudela); de origine ecclesiae Sanctae Mariae Tutelensis nihil certi affirmari potest. Anno 1114 recuperata a potestate Maurorum urbe Tutelae opera et armis regis Alphonsi Bellatoris apparet jam ecclesia prioralis Canonicorum regularium. Collegiata effecta est a. 1239; Pius VI. a. 1783 eam in sedem episcopalem erexit. In conventione a. 1851 disponitur ejus aggregatio dioecesi Pampelonensi; nihilominus ab a. 1858 ab episcopo Turiasonensi regitur uti administratore apostolico.

Ambitus: Provincia Navarrae (ex parte).
Incolae: catholici ca. 15 000,
Sacerdotes: 40, Clerici: 16, Paroeciae: 11, filiales: 2.
Ecclesiae: 22, Sacella: 4.

8. *Dioecesis Terulensis:*

Terulium (Teruel); haec dioecesis a. 1577 per Gregorii XIII. bullam, quam confirmarunt aliae per Sixtum V. et Clementem VIII. expeditae, erecta fuit.

Ambitus: Provincia Terulensis.
Incolae: catholici 70 124, Sacerdotes: 188,
Paroeciae: 84, Ecclesiae: 84, Sacella: 227.

### V. Provincia ecclesiastica Hispalensis.

In continente haec provincia ecclesiastica efformatur ex regnis Hispalis et Cordubae atque ex territorio Extremae Durii, excepta provincia civili vulgo Caceres, in ditione maritima ex insulis Fortunatis, quae nunc vocantur Canarias. Respectu civili dividitur in 6 provincias: Huelva, Sevilla, Badajoz, Cadiz-Ceuta, Cordoba, Canarias; ecclesiastica ratione in archidioecesim Hispalensem, in 4 dioeceses suffraganeas continentales: Pacensem, Gaditanam, Septensem, Cordubensem, ex quibus Gaditana et Septensis vi conventionis supra nominatae uniendae sunt, et in 2 dioeceses insulanas: Canariensem et Tenerifensem.

1. *Archidioecesis Hispalensis:*

Hispalis (Sevilla) ad Baetim sita; erectio hujus sedis episcopalis perantiqua videtur; sub Constantino Magno in metropolim cum novem sedibus suffraganeis evecta est.

Ambitus: Provinciae Onobae (Huelva) et Hispalensis.
Incolae: catholici 716 240,
Sacerdotes: 1200, Clerici 150,
Paroeciae: 280, Ecclesiae et sacella: 853.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Pacensis:*

Pax Augusta (Badajoz), caput Bethuriae totius et sedes episcoporum Pacensium ab Apostolorum aetate, attamen usque ad annum 1255 origo hujus ecclesiae formali modo haud invenitur.

Ambitus: Provincia Pacensis (22 499,$_8$ kmq).
Incolae (1888): catholici 361 074, haeretici 50,
Sacerdotes: 328, Clerici: 18, Paroeciae: 153,
Ecclesiae: 153, Sacella: 274.

3. *Dioecesis Gaditana seu Gadicensis:*

Gades (Cadiz); dioecesis erecta a. 1263.

Ambitus: Provincia Gaditana (ex parte).
Incolae: ? Sacerdotes: 110, Paroeciae: 29,
Ecclesiae: ? Sacella: ?

4. *Dioecesis Septensis seu Septana:*

Septa (Ceuta); capta Septa Mauris a rege Joanne I. Lusitaniae, erecta fuit haec Africana civitas in dioecesim anno 1421, quam rexerunt primum nonnulli Lusitani, postea vero usque ad annum 1846 Hispani episcopi. Juxta conventionem anno 1851 celebratam ad collegiatam reduci debet haec dioecesis.

Ambitus: Ceuta.
Incolae: catholici ca. 11 700, judaei et Mauri ca. 300,
Sacerdotes: 26, Clerici: 3, Paroeciae: 2, Ecclesiae: 8.

5. *Dioecesis Cordubensis:*

Corduba (Cordoba) ad Baetim sita; non constat, quisnam hujus ecclesiae primus fuerit episcopus; ab anno 269, in quo hujusmet ecclesiae gubernacula Severus episcopus habebat, episcoporum successio fere cognoscitur.

Ambitus: Provincia Cordubensis.
Incolae: catholici ca. 500 000,
Sacerdotes: 505, Clerici: 9 (diaconi et subdiaconi),
Paroeciae: 113, Ecclesiae: 269.

6. *Dioecesis Canariensis et Rubicensis.*

Castrum de Rubico in insula Lanceloti (Lanzarote), episcopatus vi bullae Benedicti XIII. „Romanus Pontifex" d. d. 7. Julii 1404. — Eugenius IV. vi bullae „Romani Pontificis" d. d. 25. Aug. 1435 ecclesiam Rubicensem in insulam Canariensem transferendam et Canariensem et Rubicensem simul perpetuis temporibus cognominandam decrevit, sed ex brevi Innocentii VIII. d. d. 25. Jan. 1486 colligitur, hanc translationem effectam fuisse anno 1485.

Ambitus: Insulae Canariae Magnae (Gran Canaria), Caprariae (Fuerteventura), Lanceloti (Lanzarote).

Incolae: catholici 83 378, protestantes 50, judaei 7, alii 12, ignotae confessionis 11,
Sacerdotes: 103, Clerici: 8, Paroeciae: 42,
Ecclesiae: 42, Sacella: 113.

7. *Dioecesis Sancti Christophori de Laguna seu Nivariensis sive Tenerifensis:*

Episcopatus Tenerifensis constitutus est d. 1. Febr. 1819 insulis Nivariae seu Inferni (Tenerife), Gomerae, Palmae et Ferri. Conventione d. d. 17. Oct. 1851

inita dioecesis supprimenda erat et Canariensi unienda, attamen permansit primo sub regimine vicarii capitularis, deinde episcopi Canariensis ut administratoris apostolici vi brevis Pii IX. Anno 1877 fuit denuo dioecesis Tenerifensis instaurata.

Ambitus: Insulae Nivariae (Tenerife), Junoniae Palmae (La Palma), Gomerae (La Gomera), Ferri (El Hiero).

Sedes episcopalis: Santa Cruz in insula Tenerife,
Incolae: catholici 171 045, Sacerdotes: 86,
Paroeciae: 60, Ecclesiae: 60, Sacella: 167.

## VI. Provincia ecclesiastica Tarraconensis.

Provincia ecclesiastica Tarraconensis includit principatum Catalauniae et civiliter dividitur in 4 provincias: Tarragona, Barcelona, Lerida, Gerona, quibus insuper addenda est respublica Andorrae; ecclesiastice vero in archidioecesim Tarraconensem et sex dioeceses suffraganeas: Dertusensem, Barcinonensem, Gerundensem, Illerdensem, Coelsonensem, Vicensem, Urgellensem. Vicensis dioecesis et Coelsonensis uniendae sunt.

1. *Archidioecesis Tarraconensis:*

Tarraco (Tarragona), media inter Barcinonem ad boream et Dertosam ad meridiem, dioecesis perantiqua, archiepiscopatus restauratus fuit a. 1094.

Ambitus: Provincia Tarraconensis.
Incolae: catholici ca. 200 000,
Sacerdotes: 395, Clerici: 20,
Paroeciae: 150, filiales: 17, Ecclesiae et sacella: 327.

Sedes suffraganeae.

2. *Dioecesis Dertusensis:*

Dertusa (Tortosa), ad Iberum sita, episcopatus antiquissimus. Pulsis Mauris a. 1148, primus apparet Dertusae episcopus Gaudofredus, monachus Avenionensis.

Ambitus: Provincia Tarraconensis (ex parte).
Incolae: catholici ca. 400 000, Sacerdotes: 443,
Paroeciae: 155, filiales: 24, Ecclesiae et sacella: 454.

3. *Dioecesis Barcinonensis:*

Barcino (Barcelona), dioecesis antiquissima; a Mauris civitate ac dioecesi capta saec. 8., ac recuperata a comitibus Barcinonensibus auxilio regum Galliarum adjutis, successive constituta fuit sub Maurorum ac Christianorum potestate, donec tandem ab hac regione expulsis Saracenis saec. 10. civitas haec pacifice permansit.

Ambitus: Provinciae Barcinonensis (ex parte) et Illerdensis (ex parte).
Incolae: catholici 990 000, acatholici 10 000,
Sacerdotes: 1105, Paroeciae: 274, filiales: 14,
Ecclesiae: 288, Sacella: 600.

4. *Dioecesis Vicensis:*

Ausona (Vicus Ausonensis, Vich); hujus dioecesis origo a saec. 5. exeunte expetenda est; ab a. 693 ad 886 viduata fuit ob Maurorum in regionem incursiones. Juxta concordatum a. 1851 dioecesis Coelsonensis huic aggreganda est.

Ambitus: Provinciae Illerdensis (ex parte) et Barcinonensis (ex parte).
Incolae: catholici 270 000, Sacerdotes: 720,
Paroeciae: 248, filiales: 30,
Ecclesiae: 278, Sacella: 577.

5. *Dioecesis Coelsonensis:*

Coelsona (Solsona), episcopatus vi bullae Clementis VIII. d. d. 1. Aug. 1593 erectus ex territoriis dioeceseon Urgellensis pariterque Vicensis. Dioecesi Vicensi vi concordati anni 1851 uniri debet, interim, dum id locum non habeat, ab a. 1837 per vicarium capitularem regitur.

Incolae: catholici ca. 120 000,
Sacerdotes et clerici: 330,
Paroeciae: 147, filiales: 112,
Ecclesiae: 259, Sacella: 16.

6. *Dioecesis Illerdensis:*

Illerda (Lerida), dioecesis perantiqua.

Ambitus: Provinciae Illerdensis (ex parte) et Barcinonensis (ex parte).
Incolae: catholici ca. 185 000,
Sacerdotes: 376, Clerici: 10,
Paroeciae: 253, filiales: 88, Ecclesiae: 341.

7. *Dioecesis Urgellensis:*

Urgellum (Orgelium, Urgel), quamvis praecise non constet Urgellensis ecclesiae fundatio, tamen pro certo omnino habetur, eam tempore Constantini exstitisse.

Ambitus: Provinciae Illerdensis (ex parte) et Barcinonensis (ex parte), respublica Andorra.
Incolae: ?
Sacerdotes: 598, Clerici: 12, Paroeciae: 395,
Ecclesiae: 395, Sacella: 573.

8. *Dioecesis Gerundensis:*

Gerunda (Gerona), colliculo imposita, fluminibus Unda et Ter alluitur; dioecesis origo ad tempora apostolica ascendit.

Ambitus: Provincia Gerundensis (ex parte).
Incolae: catholici 324 849, Sacerdotes et clerici: 780,
Paroeciae: 363, Ecclesiae: 363, Sacella: 185.

## VII. Provincia ecclesiastica Toletana.

Provincia ecclesiastica Toletana secundum antiquiorem Hispaniae partitionem civilem regnum Novae Castellae (excepta provincia Ciudad Real) et partem quandam territorii Extremae Durii, videlicet provinciam hodiernam Caceres, amplectitur, secundum recentiorem vero divisionem provincias: Toledo, Caceres, Cuenca, Madrid, Guadalaxara. Respectu ecclesiastico constat ex archidioecesi ejusdem nominis et ex dioecesibus suffraganeis: Cauriensi, Placentina, Conchensi,

Matritensi, Seguntina. Ecclesiae Matritensi titulus Complutensis vulgo Alcalà de Henares unitus est.

1. *Archidioecesis Toletana:*

Toletum (Toledo), dioecesis perantiqua; ex tempore erectionis dioeceseos nunquam defuit religio et cultus in hac civitate et ditione circumstante, et ab ipsamet christianismi origine Primatus honoribus sedes donata fuit sicut in praesentiarum.

Ambitus: Provinciae Toletana et Giennensis (ex ea parte, quae circumscribit vicariatum Cazorla).
Incolae: catholici 508 224, Sacerdotes: 600,
Paroeciae: 445, Ecclesiae: 445.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Cauriensis:*

Cauria (Coria); prima hujus ecclesiae notitia saeculo 6. patet; a Maurorum servitute redemta, sedes restaurata est a. 1142.

Ambitus: Provincia Caeciliana (Caceres, ex parte).
Incolae: catholici 171 041, acatholici pauci,
Sacerdotes: 250, Paroeciae: 124, filiales: 5,
Ecclesiae: 159, Sacella: 186.

3. *Dioecesis Placentina:*

Deobriga (Plasencia), dioecesis erecta est ante saeculum 13.

Ambitus: Provincia Caeciliana (ex parte).
Incolae: catholici 195 348,
Sacerdotes: 253, Clerici 24, Paroeciae: 162,
Ecclesiae: 175, Sacella: 82.

4. *Dioecesis Matritensis:*

Matritum (Madrid), regia sede nobilis urbs, sita est in clivo ad septentrionem, cujus radices alluit Xarama amnis. Origo hujus dioecesis a concordato a. 1851 inito procedit, cujus vi a. 1884 data fuit bulla erectionis, quae incipit „Romani Pontifices" et executioni demum mandata est Kal. Junii 1885.

Ambitus: Provincia Matritensis (7762,1 kmq).
Incolae: catholici 750 000,
Sacerdotes: 1100, Clerici: 20,
Paroeciae: 240, Ecclesiae: 400, Sacella: 300.

5. *Dioecesis Conchensis:*

Concha (Cuenca), dioecesis erecta est a. 1179 (et per bullam d. d. 5. Julii 1183).

Ambitus: Provincia Conchensis (ex majori parte), portionesque minores provinciarum Albacete, Arriacae (Guadalaxara), Toletanae, Valentinae.
Incolae: catholici 321 000, Sacerdotes: 664,
Paroeciae: 414, Ecclesiae: 776.

6. *Dioecesis Seguntina:*

Seguntia vel Saguntum (Sigüenza); series episcoporum hujus dioeceseos jam a. 589 incepta conspicitur; Maurorum jugo hac Castellae regione excusso, instaurata fuit sedes c. a. 1121.

Ambitus: Provincia Guadalaxara (ex majori parte).
Incolae: catholici 143 728, Sacerdotes: 450,
Paroeciae: 392, filiales: 71, Ecclesiae: 71.

Fons: España ecclesiástica, Provincia de Toledo por el Comandante capitan de Infanteria D. Francisco Atienza y Cobos. Dedicado á nuestro Santo y sapientisimo Padre Leon XIII. 1889.

## VIII. Provincia ecclesiastica Valentina.

Provinciae ecclesiasticae Valentinae major pars regno Valentiae continetur, minor insulis Balearibus formatur. Illa, quae in continente sita est, civiliter provinciis vulgo Valencia, Alicante, Castellon et hierarchice archidioecesi Valentina ac dioecesibus Orcelitana, Segobricensi describitur; haec, quae pars insularis est, tribus dioecesibus: Majoricensi, Minoricensi, Ebusitana. Conventione supra laudata unio Majoricensis et Ebusitanae dioecesium decreta est. Baleares contra Tarraconensia littora sitae, haud longe inter se distant, et a spatio suo cognominibus acceptis, Major Minorque appellantur, nunc vulgo Mallorca et Menorca.

1. *Archidioecesis Valentina:*

Valentia (Valencia), Formosa cognominata, quia coeli solique temperie nec felici Campaniae cedit; ecclesiam Valentinam in cathedralem de novo erectam fuisse a. 1238, verissimum reputatur; metropolis ab a. 1492.

Ambitus: Provincia Valentina.
Incolae: catholici 650 130,
Sacerdotes: 1123, Clerici: 95, Paroeciae: ?
Ecclesiae: 526.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Oriolensis seu Orcelitana:*

Orcellis (Orihuela), dioeceseos origo inde ab a. 1564 est repetenda.

Ambitus: Provincia Alona (Alicante).
Incolae: catholici 213 830,
Sacerdotes: 259, Clerici 7,
Paroeciae: 65, Ecclesiae: 94, Sacella: 123.

3. *Dioecesis Segobricensis:*

Segobrica (Segorbe), dioecesis a saec. 6., resuscitata a. 1250, paullo post unita episcopatui Albaricensi usque ad saec. 16.

Ambitus: Provincia Castellon.
Incolae (1884): 301 052 (totius provinciae).

4. *Dioecesis Majoricensis:*

Majorca (Mallorca), dioecesis erecta esse videtur ante saec. 5.

Ambitus: Insulae Baleares (ex parte).
Incolae: catholici ca. 301 000,
Sacerdotes: 640, Paroeciae: 39, filiales: 38,
Ecclesiae: 133, Sacella: 84.

5. *Dioecesis Ebusitana:*

Ebusus (Ibiza), sedes antiqua, at Saracenorum invasione evulsa et eradicata fuit, denuo erecta per bullam d. d. 30. Apr. 1782, attamen eam supprimendam lex concordata a. 1851 statuit.
Ambitus: Insulae Baleares (ex parte).
Incolae: catholici 25 000,
Sacerdotes: 52, Clerici: 8, Paroeciae: 22,
Ecclesiae: 25, Sacellum 1.

6. *Dioecesis Minoricensis:*

Menorca (insula Minoricensis) saec. 5. cathedra episcopali insignita fuit; ab a. 1283 usque ad a. 1795 regimini antistitum Majoricensis insulae constanter subdita fuit, deinde vero iterum episcopali cathedra ditata est et a dioecesi Majoricensi in perpetuum segregata per litteras apostolicas „Ineffabilis Dei benignitas", d. d. 23. Julii 1775.
Ambitus: Insula Minoricensis, una ex Balearibus insulis.
Incolae: catholici 33 450, protestantes: 80,
Sacerdotes: 93, Clerici: 28, Paroeciae: 14,
Ecclesiae: 38, Oratoria: 44.

## IX. Provincia ecclesiastica Vallisoletana.

Provinciam ecclesiasticam Vallisoletanam pars major regni Legionis, scilicet provinciae vulgo Leon (ex parte), Salamanca, Zamora, ingreditur et portio quaedam regni Castellae Veteris, scilicet provinciae vulgo Avila, Segovia, Valladolid; ad eam constituendam concurrunt archidioecesis Vallisoletana et dioeceses suffraganeae: Asturicensis, Abulensis, Salmantina, Civitatensis, Segobiensis, Zamorensis.

1. *Archidioecesis Vallisoletana:*

Vallisoletum (Valladolid), pulcherrima urbs ad Pisurgam fluvium sita; ecclesia collegialis saec. 11. Vallisoleti fundata, in cathedralem evecta fuit d. 25. Sept. 1595 atque Toletanae provinciae adscripta. Per litteras apost. Pii IX. „Vicariam potestatem" d. d. 4. Jul. 1857 metropolitanae titulo et dignitate insignita fuit.
Ambitus: Provincia Vallisoletana (ex parte).
Incolae: catholici 131 836, protestantes 69, alii 99,
Sacerdotes: 231, Clerici: 30,
Paroeciae: 94, filiales: 11,
Ecclesiae: 149, Sacella: 107.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Asturicensis:*

Asturiga Augusta (Astorga), non procul a lacu Senabria, quem Tera fluvius facit, episcopatus a saec. 3., restitutus a. 747. Asturiga antea fuit suffraganea metropolitae Bracarensi, postea Sancti Jacobi, nunc Vallisoletano.
Ambitus: Provincia Legionensis (ex parte).
Incolae: catholici 300 115,
Sacerdotes et clerici: 1183, Paroeciae: 990,
Ecclesiae: 990, Sacella: 431.

3. *Dioecesis Abulensis:*

Abula (Avila), dioecesis antiquissima, exstincta saec. 9., restituta saec. 12. ab Elldefonso rege VI.; subjecta Emeritanae metropoli usque ad a. 1120, Compostellanae usque ad a. 1857.
Ambitus: Provincia Abulensis (7722,1 kmq).
Incolae (1884): catholici 189 926, Sacerdotes: 360,
Paroeciae: 339, Ecclesiae et sacella ca. 500.

4. *Dioecesis Salmantina seu Salmanticensis:*

Salmantica (Salamanca), ad Tormis fl. ripam sita; sedes perantiqua, repristinata initio saec. 12.
Ambitus: Provincia Salmantina (ex parte).
Incolae: catholici 190 000,
Sacerdotes: 388, Paroeciae: 287,
Ecclesiae: 287, Sacella etc. ca. 200.

5. *Dioecesis Civitatensis:*

Rodericopolis (Ciudad Rodrigo), dioecesis apparet absque dubio saec. 4. initio et duravit usque ad saeculum 8. saltem; restituta a. 1175. Abhinc usque ad 1835 episcopi Civitatenses semper fuerunt; postea regebatur a vicariis capitularibus et post concordatum ab episcopo Salmanticensi ut administratore apostolico; nunc a die 15. Febr. 1884 (24. Dec. 1884) dioecesis habet proprium administratorem apostolicum charactere episcopali insignitum.
Ambitus: Provincia Salmantina (ex parte).
Incolae: catholici 84 666, Sacerdotes: 130,
Paroeciae: 105, Ecclesiae et sacella: ?

6. *Dioecesis Segobiensis:*

Segobia (Segovia), laboriosa dicta; veritati proximius asserendum videtur, sedem et dioecesim initia habuisse incoepto jam secundo dimidio saeculi 6. christiani.
Ambitus: Provincia Segobiensis.
Incolae: 160 000, Sacerdotes: 374, Clerici: 26,
Paroeciae: 287, filiales: 74,
Ecclesiae: 361, Sacella: 246.

7. *Dioecesis Zamorensis:*

Zamora, dioecesis jam saec. 10., postea a Saracenis devastatione diruta, a Calixto vero Papa II. saec. 12. restaurata est.
Ambitus: Provincia Zamorensis (10 710 kmq).
Incolae (1888): catholici 188 000, acatholici 100,
Sacerdotes: 379, Clerici: 55, Paroeciae: 291,
Ecclesiae et sacella: 442.

### Exemta dioecesis prioralis quatuor militarium Ordinum (Nullius) Cluniensis.

Clunia (Civitas Regia, Ciudad Real). Cum jam a pluribus annis privilegia et jurisdictio a Sede Apostolica militaribus Ordinibus Hispaniae concessa, ex temporum injuria aliisque de causis non solum in fidelium profectum aut Hispanae ecclesiae decus non obvenirent, verum et rectae locorum spirituali administrationi magis nocere quam prodesse viderentur, vehementer a Romano Pontifice erectio exoptata est dioecesis, qua a proprio episcopo jurisdictio ageretur ex apostolica auctoritate; nomine tamen retento Ordinum militarium et quodam territorio assignato, quod priorale diceretur; et hoc quidem feliciter in conventione anni 1851 sancitum est.

Non tamen paucae nec mediocres exortae sunt difficultates, quibus postremo superatis anno 1875 prioralis dioecesis a Pio Papa IX. canonice fuit erecta litteris d. d. 18. Nov. ejusdem anni, quae incipiunt „Ad Apostolicam", in quibus omnis antiqua Ordinum militarium spiritualis jurisdictio exercenda decernitur a viro in prioralem dignitatem ex auctoritate Magni Magistri eligendo, addito ipsi in perpetuum episcopatus Dorensis titulo et territorio totius civilis provinciae Cluniensis ipsius jurisdictioni assignando (Nullius). Quae canonica erectio, ex speciali apostolica delegatione ab archiepiscopo Toletano die 4. Junii 1876 fuit peracta.

Ambitus: Provincia civilis Cluniensis.
Incolae: 260 000, omnes catholici,
Sacerdotes: 273, Clerici: 30,
Paroeciae: 99, filiales: 25, Ecclesiae et sacella: 187.

## Conspectus summarius dioecesium in regno Hispaniae existentium.

(Fontes: Relationes a praesulibus dioecesium ad S. Congregationem missae.)

| Dioeceses. | Catholici 1888. | Sacerdotes 1888. |
|---|---|---|
| Archidioecesis Burgensis | 326 800 | 1 176 |
| Dioecesis Calagurritana et Calceatensis | 65 000 | 600 |
| „ Legionensis | 228 531 | 890 |
| „ Burgi Uxamensis | 146 000 | 330 |
| „ Palentina | 191 599 | 509 |
| „ Sancti Andreae seu Santanderiensis | 246 000 | 400 |
| „ Victoriensis | 450 699 | 1 297 |
| Provincia ecclesiastica Burgensis | 1 654 629 | 5 202 |
| Archidioecesis Compostellana | 800 000 | 2 000 |
| Dioecesis Lucensis | 366 057 | 1 061 |
| „ Mindoniensis | 275 248 | 467 |
| „ Auriensis | 388 000 | 1 000 |
| „ Ovetensis | 699 878 | ? 1 000 |
| „ Tudensis | 200 000 | (?) 500 |
| Provincia eccles. Compostellana | 2 729 183 | 6 028 |
| Archidioecesis Granatensis | 452 323 | 520 |
| Dioecesis Guadicensis | 116 330 | 162 |
| „ Almeriensis | 223 705 | 129 |
| „ Carthaginiensis | 691 382 | 590 |
| „ Giennensis | 394 738 | 435 |
| „ Malacitana | 520 000 | 481 |
| Provincia eccles. Granatensis | 2 398 478 | 2 317 |
| Archidioecesis Caesaraugustana | 446 689 | 844 |
| Dioecesis Turiasonensis | 132 637 | 319 |
| „ Jaccensis seu Jaccetana | 90 000 | 202 |
| „ Oscensis | 74 230 | 240 |
| „ Barbastrensis | (?) 100 000 | 220 |
| „ Pampilonensis | 274 431 | 843 |
| „ Tutelensis | 15 000 | 40 |
| „ Terulensis | 70 124 | 188 |
| Provincia eccles. Caesaraugustana | 1 203 111 | 2 896 |
| Archidioecesis Hispalensis | 716 240 | 1 200 |
| Dioecesis Pacensis | 361 074 | 328 |
| „ Gaditana | (?) 350 000 | 110 |
| „ Septensis seu Septana | 11 700 | 26 |
| „ Cordubensis | 500 000 | 505 |
| „ Canariensis et Rubicensis | 83 378 | 103 |
| „ Sancti Christophori de Laguna | 171 045 | 86 |
| Provincia eccles. Hispalensis | 2 193 437 | 2 358 |

| Dioeceses. | Catholici 1888. | Sacerdotes 1888. |
|---|---|---|
| Archidioecesis Tarraconensis | 200 000 | 395 |
| Dioecesis Dertusensis | 400 000 | 443 |
| „ Barcinonensis | 990 000 | 1 105 |
| „ Vicensis | 270 000 | 720 |
| „ Coelsonensis | 120 000 | (?) 300 |
| „ Illerdensis | 185 000 | 376 |
| „ Urgellensis | (?) 250 000 | 598 |
| „ Gerundensis | 324 849 | (?) 700 |
| Provincia eccles. Tarraconensis | 2 739 849 | 4 637 |
| Archidioecesis Toletana | 508 224 | 600 |
| Dioecesis Cauriensis | 171 041 | 250 |
| „ Placentina | 195 348 | 253 |
| „ Matritensis | 750 000 | 1 100 |
| „ Conchensis | 321 000 | 664 |
| „ Seguntina | 143 728 | 450 |
| Provincia eccles. Toletana | 2 089 341 | 3 317 |
| Archidioecesis Valentina | 650 130 | 1 123 |
| Dioecesis Oriolensis | 213 830 | 259 |
| „ Segobricensis | (?) 300 000 | (?) 600 |
| „ Majoricensis | 301 000 | 640 |
| „ Ebusitana | 25 000 | 52 |
| „ Minoricensis | 33 450 | 93 |
| Provincia eccles. Valentina | 1 523 410 | 2 767 |
| Archidioecesis Vallisoletana | 131 836 | 231 |
| Dioecesis Asturicensis | 300 115 | ? 1 000 |
| „ Abulensis | 189 926 | 360 |
| „ Salmantina | 190 000 | 388 |
| „ Civitatensis | 84 666 | 130 |
| „ Segobiensis | 160 000 | 374 |
| „ Zamorensis | 188 000 | 379 |
| Provincia eccles. Vallisoletana | 1 244 543 | 2 862 |
| Dioecesis prioralis quatuor militarium Ordinum Cluniae | 260 000 | 273 |
| Summa totalis | 18 035 981 | 32 657 |

# Conspectus summarius

## dioecesium regni Lusitaniae sive Portugalliae.

(Fons: Mappa das dioceses do continente do reino. Nova circumscripção effectuada em conformidade da auctorisação concedida pela carta de lei de 20 de Abril de 1876. Lisboa, imprensa nacional, 1882.)

| Dioeceses. | Districtus. | Municipia. | Paroeciae. | Homines. | Habitationes. |
|---|---|---|---|---|---|
| Algarve | Faro | 15 | 66 | 205 901 | 47 247 |
| Beja | Beja | 14 | 100 | 151 672 | 37 214 |
| | Lisboa | 2 | 15 | 21 701 | 5 412 |
| | | 16 | 115 | 173 373 | 42 626 |
| Braga | Braga | 13 | 507 | 329 132 | 80 136 |
| | Porto | 3 | 26 | 33 551 | 8 348 |
| | Vianno do Castello | 10 | 287 | 212 580 | 53 979 |
| | Villa Real | 8 | 167 | 144 613 | 33 127 |
| | | 34 | 987 | 719 876 | 175 590 |
| Bragança | Bragança | 12 | 315 | 175 617 | 41 985 |
| | Villa Real | 2 | 19 | 12 058 | 2 712 |
| | | 14 | 334 | 187 675 | 44 697 |
| Coimbra | Aveiro | 7 | 56 | 93 145 | 23 019 |
| | Coimbra | 17 | 186 | 308 854 | 73 495 |
| | Leiria | 6 | 58 | 116 499 | 26 680 |
| | Santarem | 1 | 9 | 12 157 | 3 014 |
| | Vizeu | 1 | 10 | 9 181 | 2 065 |
| | | 32 | 319 | 539 836 | 128 273 |
| Evora | Evora | 13 | 110 | 114 777 | 26 807 |
| | Lisboa | 2 | 12 | 10 468 | 2 792 |
| | Portalegre | 7 | 44 | 48 524 | 11 042 |
| | Santarem | 2 | 10 | 13 379 | 3 482 |
| | | 24 | 176 | 187 148 | 44 123 |

| Dioeceses. | Districtus. | Municipia. | Paroeciae. | Homines. | Habitationes. |
|---|---|---|---|---|---|
| Guarda | Castello Branco | 5 | 77 | 86 397 | 21 115 |
| | Guarda | 11 | 280 | 201 374 | 49 572 |
| | | 16 | 357 | 287 771 | 70 687 |
| Lamego | Aveiro | 1 | 1 | 1 610 | 365 |
| | Guarda | 2 | 31 | 21 062 | 5 423 |
| | Villa Real | 7 | 71 | 78 173 | 19 003 |
| | Vizeu | 13 | 184 | 164 173 | 41 354 |
| | | 23 | 287 | 265 018 | 66 145 |
| Lisboa | Leiria | 6 | 58 | 83 288 | 19 322 |
| | Lisboa | 24 | 186 | 491 127 | 114 161 |
| | Santarem | 11 | 97 | 158 822 | 37 779 |
| | | 41 | 341 | 733 237 | 171 265 |
| Portalegre | Castello Branco | 7 | 71 | 93 809 | 22 507 |
| | Portalegre | 9 | 50 | 59 530 | 14 622 |
| | Santarem | 4 | 27 | 44 004 | 10 926 |
| | | 20 | 148 | 197 343 | 48 055 |
| Porto | Aveiro | 8 | 113 | 164 890 | 39 582 |
| | Porto | 17 | 351 | 440 131 | 105 715 |
| | | 25 | 464 | 605 021 | 145 297 |
| Vizeu | Aveiro | 2 | 10 | 11 295 | 2 559 |
| | Guarda | 2 | 26 | 15 625 | 3 840 |
| | Vizeu | 14 | 172 | 219 332 | 49 967 |
| | | 18 | 208 | 246 252 | 56 366 |

Fontes:

España Eclesiástica. Auctore Dom. Francisco Atienza y Cobos.

Guia del estado eclesiastico de España para el año de 1854. Madrid 1854. Imprenta del ministerio de Gracia y Justicia.

Idem, para el año de 1868.

Idem, para el año de 1888.

Fr. de Padilla, Hist. ecl. de España. Mal. 1605. 2 tom., fol.

Aegid. Gonz. d'Avila, Teatro de las iglesias de España. Madrid 1645.

Idem, Teatro ecl. de las ciudades y iglesias catedrales de España. Salam. 1618.

Henr. Florez, España sagrada etc. contin. p. M. Risco. Madrid 1754—1850.

Cajetan Lennius, De antiquitate eccl. hispanae. Romae 1741. 2 vol. 4⁰.

Masdeu, Hist. crit. de España. Madrid 1783—1805 (20 part. 8⁰).

Dr. Julius Freiherr von Minutoli, Spanien und seine fortschreitende Entwicklung. Berlin 1852.

## B. Lusitania sive Portugallia.

1. Lusitania ab urbe „Porto“ et vicino pago „Cale“ primum dicta Portucalia, postea vero mutata littera Portugallia appellata. Portugallici regni caput est Ulysippo, incolis Portugallis „Lisboa“, urbs magna, negotiationibus celeberrima, ad Tagum haud procul ab ora occidua distans. Sunt praeterea in eo regno oppida clara Bracara, hodie Braga, inter Minium et Durium, Ebora, Conimbria, ad Mundam sive Mondego fluvium sita. Ipsum regnum a. 1112 originem duxit.

2. **Superficies et incolae.** Regnum Lusitaniae amplectitur paeninsulae Celtibericae partem meridio-occidentalem (89 143,$_1$ kmq) et in oceano Atlantico insulas vulgo Açores (2388,$_3$ kmq) et Madeira dictas. Spectata originis historia Lusitania continentalis scinditur in duo regna Portugalliae et Algarbiae, quae posteriore tempore in 6 territoria sive provincias: Minho, Traz os Montes, Beira, Estremadura, Alemtejo, Algarve, divisa sunt. Numerus omnium totius regni incolarum pertingebat anno 1881 secundum censum, qui refertur in descriptione publica „Diario do Governo“, n. 188 anni 1883, ad 4 708 178 homines.

3. Praeter regnum Lusitaniae nonnullae exterae Lusitanorum possessiones nostrae considerationi subjiciendae sunt: 1) insulae Capitis viridis (Cabo verde), 2) insulae Sancti Thomae (San Thomé) et Principis (Principe), 3) Angola, quae quippe territoria provinciae Ulysipponensi accensentur.

| Possessiones exterae: | kmq.: | Incolae: |
|---|---|---|
| 1. Insulae Capitis viridis | 3851 | 110 926 (1885) |
| 2. Insulae Sancti Thomae et Principis: | | |
| Insula Sancti Thomae | 929,$_{19}$ | 18 372 (1879) |
| Insula Principis . . | 151,$_{37}$ | 2665 (1878) |
| 3. Angola (Loanda, Benguela, Mossamedes) | 809 400 | 2 000 000 ? |



Reliquae Lusitanorum possessiones exterae, quae in Africa, Asia, Oceania inveniuntur, hoc loco omittere praestat, quia una cum provincia ecclesiastica Goana tractantur.

### 4. Conspectus summarius

**dioecesium Lusitanarum anno 1860 existentium.**

(Fons: P. Karl vom hl. Aloys: Statistisches Jahrbuch der Kirche I. Jahrg. 1860.)

| Dioeceses. | Archipresbyteratus. | Paroeciae. | Catholici. |
|---|---|---|---|
| Archidioecesis Ulysipponensis . . . . | 17 | 381 | 489 266 |
| Dioecesis Lamecensis . . . . . . . | 14 | 246 | 167 136 |
| „ Leiriensis . . . . . . . | 4 | 49 | 69 404 |
| „ Portualacrensis . . . . . | 9 | 35 | 35 174 |
| „ Egitaniensis . . . . . . . | 6 | 177 | 120 233 |
| „ Castri Albi . . . . . . . | 2 | 73 | 92 267 |
| „ Funchalensis . . . . . . | — | 50 | 105 657 |
| „ Angrensis . . . . . . | — | 70 | 40 000 |
| Archidioecesis Bracarensis . . . . . | 22 | 1296 | 798 668 |
| Dioecesis Portucalensis . . . . . . | 15 | 253 | 403 000 |
| „ Conimbricensis . . . . . . | 17 | 281 | 367 625 |
| „ Brigantina et Mirandensis . . | 4 | 144 | 38 250 |
| „ Visensis . . . . . . . . | 15 | 213 | 186 968 |
| „ Aveirensis . . . . . . . | — | 73 | 94 790 |
| „ Pinhelensis . . . . . . . | 8 | 130 | 189 000 |
| Archidioecesis Eborensis . . . . . . | 21 | 137 | 91 228 |
| Dioecesis Pharensis . . . . . . . | 11 | 68 | 125 883 |
| „ Elvensis . . . . . . . | 6 | 35 | 35 500 |
| „ Bejensis . . . . . . . . | 16 | 115 | 135 124 |

5. **Divisio ecclesiastica hodierna.** Ex nova dioecesium circumscriptione, quae litteris apostolicis „Gravissimum“ de d. 30. Sept. 1881 creata est, in Lusitania continentali tres ecclesiae metropolitanae, Bracarensis, Eborensis, Ulysipponensis, habentur et novem suffraganeae, quae suo loco enumerantur; pars Lusitaniae maritima, scilicet insulae Açores et Madeira duabus dioecesibus, Angrensi et Funchalensi, attributa est. Metropoli Ulysipponensi praeterea subsunt regiones transmarinae supra nominatae, quarum dioeceses Angolensis, S. Jacobi Capitis viridis, S. Thomae in insula.

Secundum easdem litteras apostolicas de d. 30. Sept. 1881 incolae omnium partis continentalis dioeceseon numerantur 4 347 931, qui quidem numerus discrepat ab eo, quem supra indicavimus, paroeciae 4043, ita ut singulis paroeciis medius numerus 1075 correspondeat. Die 30. Junii 1885 in regno Lusitaniae exstabant sacerdotes 4393. Dioeceses subdividuntur in vicariatus (vigariarias) et paroecias (freguezias).

## Provinciae ecclesiasticae Lusitaniae.

### I. Provincia ecclesiastica Bracarensis.

Post novam jurisdictionum circumscriptionem provincia ecclesiastica Bracarensis coalescit ex archidioecesi ejusdem nominis et dioecesibus suffraganeis: Brigantina et Mirandensi, Conimbricensi, Lamacensi, Portucalensi, Visensi.

1. *Archidioecesis Bracarensis:*

Augusta Bracarum (Braga) *[1], inter Durium et Minium fluvios; sedes archiepiscopi, qui de primatu Hispaniae cum Toletano contendit.

Ambitus: Districtus Bracarensis, Vianna do Castello, Villae Regiae (Villa Real).

Incolae (1881): 719 286, Paroeciae: 989.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Brigantina:*

Brigantia (Bragança), dioecesis erecta d. 22. Maji 1545; unita cum dioecesi Mirandensi (Miranda) vi bullae „Romanus Pontifex" d. d. 27. Sept. 1780.

Ambitus: Districtus Brigantinus ($6669,_{33}$ kmq).

Incolae (1881): 187 675,

Clerus: sacerdotes 407, clerici 19, Paroeciae: 334,

Ecclesiae: 497, Sacella publ.: 645, priv.: 112.

3. *Dioecesis Conimbricensis:*

Conimbria (Coimbra)*, dioecesis suffraganea metropolitae Bracarensis usque ad a. 1394, deinde suffraganea metropolitae Ulysipponensis, nunc vero denuo Bracarensis.

Ambitus: Districtus Averii (Aveiro), Conimbricensis, Leiriensis.

Incolae (1881): 539 836, Paroeciae: 308.

4. *Dioecesis Lamacensis:*

Lambeca (Lamego), dioecesis antiquissima, ex veteribus Lusitaniae dioecesibus nunc existentibus soli Bracarensi antiquitate facile cedit. Dominantibus Mauris, dioecesis, qua talis, periit. Mauris vero saeculo 12. his locis expulsis, rursus e ruinis exsurgit. Vetus perennisque est traditio, Lamacensem ecclesiam jam inter annum 1140 et 1144 denuo fuisse instauratam.

Ambitus: Districtus Visensis (pars septentrionalis).

Incolae: catholici 266 000, protestantes pauci.

Sacerdotes: 465, Paroeciae: 287,

Ecclesiae: 310, Sacella publica et oratoria: 1144, Oratoria privata: 110.

5. *Dioecesis Portucalensis:*

Urbs Portucalia (Porto), sedes episc. antiquissima.

Ambitus: Districtus Porto ($2292,_{07}$ kmq).

Incolae: catholici 650 000, acatholici 500,

Clerus: sacerdotes 1120, clerici 183,

Paroeciae: 462, Ecclesiae: 480, Sacella: ?

6. *Dioecesis Visensis:*

Viseum (Vizeu), dioecesis ab a. 572 usque ad annum 876; restaurata fuit a. 1144.

Ambitus: Districtus Visensis (pars meridionalis).

Incolae: catholici 245 402,

Sacerdotes: 536, Clerici: 52, Paroeciae: 209,

Ecclesiae: 222, Sacella: 787.

[1] Dioecesium, quae asterisco notantur, relationes recentiores usque ad diem, quo hoc scripsimus, obtineri non potuerunt.

## II. Provincia ecclesiastica Eborensis.

Vi litterarum apostolicarum d. d. 30. Sept. 1881 metropoli Eborensi manserunt subditae ecclesiae Bejensis et Pharensis.

1. *Archidioecesis Eborensis:*

Ebora (Evora), dioecesis a saec. 4. ineunte, archidioecesis erecta a. 1540.

Ambitus: Districtus Eborensis.

Incolae: 186 908,

Clerus: sacerdotes 202, clerici 9, Paroeciae: 176,

Ecclesiae: 313, Sacella: 297, Oratoria: 33.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Bejensis:*

Pax Julia (Beja), dioecesis erecta per bullam Clementis XIV. „Cunctis ubique sit notum" d. d. 10. Jun. 1770.

Ambitus: Districtus Bejensis ($10\,871,_{28}$ kmq).

Incolae: catholici 156 466, anglicani 22,

Sacerdotes: 120, Paroeciae: 115,

Ecclesiae et sacella: 197.

3. *Dioecesis Pharensis:*

Pharum (Esuris, Faro); sedes translata est ab Ossonoba ad Silvam a. 1188, a Silva ad Pharum die 30. Martii 1577.

Ambitus: Districtus Pharensis.

Incolae: catholici 197 578, judaei: 50 (in urbe Albufeira),

Sacerdotes: 112, Paroeciae: 66.

Ecclesiae: 66, Sacella: 152.

## III. Provincia ecclesiastica Ulysipponensis.

Inde ab anno 1881 provincia ecclesiastica Ulysipponensis conflatur ex ecclesia patriarchali ejusdem nominis et suffraganeis: Egitaniensi et Portualacrensi in Lusitania, Angolensi in Africa, Angrensi, Funchalensi, Sancti Jacobi, Sancti Thomae in insulis Africae occidentalis sitis.

1. *Patriarchatus Ulysipponensis:*

Ulysippo, Lisboa, urbs ad Tagi amnis ostium; dioecesim Ulysipponensem jam saec. 4. exstitisse constat; suffraganea erat Augustae Emeritae (Merida). Restitutis post Saracenorum tyrannidem rebus christianis, anno 1148 Gilbertus episcopus Ulysipponensis ordinatus est, quo tempore dioecesis metropoli Bracarensi suffraganea erat. Tempore autem Innocentii III. Papae provinciae Compostellanae est adscripta. Tum sub Bonifacio IX. Papa et Joanne I. rege a. 1394 metropolis creatur, cui suffraganeae erant sedes: Egitaniensis (Idanha), Lamecensis (Lamego), Silvensis (Silves) et Eborensis (Evora); his postea accesserunt dioeceses: Leriensis (Leira), Portualacrensis (Portalegre), et ultra mare Funchalensis, Angrensis, Capitis viridis (Cabo Verde), S. Thomae, Congi, Bahiae, Maragnani, Parae.

Clemens XI. a. 1716, ut Joanni V. Lusitaniae regi gratiam pro auxiliis in Turcico bello praestitis haberet, petitioni regiae annuens civitatem dioecesimque Ulysipponensem in duas scidit partes: orientalem et occidentalem. Illa sub priore archiepiscopo manebat metropolis dioecesium: Egitaniensis, Portualacrensis, Capitis viridis, Sancti Thomae et Congi; altera pars occidentalis in patriarchatum elevata, cui iidem honores atque eadem jurisdictio ac patriarchatui Veneto essent, metropolis constituta est Lamecensis, Leriensis, Funchalensis Angrensisque dioecesium. Haec tamen dismembratio ob difficultates obvias inde enascentes non ultra 24 annos duravit et a Benedicto Papa XIV. utriusque partis jurisdictio in unum patriarcham Ulysipponensem collata est [1].

Ambitus: Districtus Lisboa et Santarem.

Incolae: catholici 728 739, acatholici (protestantes et judaei) ca. 5000,

Clerus: sacerdotes 662, clerici 30, Paroeciae: 341,

Ecclesiae et sacella publica: 1555.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Egitaniensis:*

Egitaniam sedem episcopalem fuisse jam anno 569, certo constat, quod etiam nonnulli non sine validis fundamentis ad annum 276 jam referunt. Prima sedes usque ad Sancium, primum Lusitaniae regem, 12. saeculo (1199) Egitaniae (qui locus hodie, huic dioecesi alienus, Egitania vetus, Idanha Velha, nuncupatur) et ex eo tempore usque ad praesens Lanciae oppidanae (Guarda) erecta. Primum Bracarensi metropoli, ut ex concilio Lucensi liquet, usque ad annum 666, deinde Emeritensi usque ad annum 1199, postea, Egitania ob Maurorum incursiones excisa translataque ad Lanciam oppidanam sede, Compostellanae usque ad annum 1393, ac demum Ulysipponensi, eodem anno ad metropolim elatae, suffraganea exstitit.

Ambitus: Districtus Lanciae oppidanae Guarda.

Incolae: 289 774, Sacerdotes: 531, Clerici 17,

Paroeciae: 357, Ecclesiae et sacella: 936,

3. *Dioecesis Portualacrensis:*

Portus alacris (Portalegre), dioecesis erecta per bullam Julii III. d. d. 2. Apr. 1550.

Ambitus: Districtus Portualacrensis et Albicastri (Castello Branco).

Incolae: catholici 211 656, protestantes 16,

Sacerdotes et clerici: 286, Paroeciae: 148,

Ecclesiae et sacella: 447.

4. *Dioecesis Angrensis:*

Angra do Heroismo, civitas insulae Tertiae (Terceirae), dioecesis erecta per bullam Pauli III. d. d. 5. Nov. 1534. Insulae Accipitrum, insulae Flandricae, Azores (Açores) vulgo dictae, postquam saeculo 15. Lusitani primi ad eas appulerunt, jurisdictioni Magni Prioris Ordinis Christi et ab a. 1514 metropoli Funchalensi (Madeira) obnoxiae fuerant.

Ambitus: Novem insulae, quarum nomina infra sequuntur, dioecesim constituunt.

Incolae: catholici sunt 262 073; videlicet in insula Tertia (Terceira) 47 244; in insula Sancti Georgii (São Jorge) 17 547; in insula Gratiosa (Graciosa) 8465; in insula Fayal 24 577; in insula Pico 30 552; in insula Florum (Flores) 8869; in insula Corvi (Corvo) 820; in insula Sancti Michaelis (São Miguel) 117 789; in insula Sanctae Mariae (Santa Maria) 6212, protestantes ca. 100, judaei 30.

Sacerdotes: 353, ex quibus in cura animarum ordinaria occupantur 316,

Paroeciae: 108, Curatiae succursales: 41,

Ecclesiae et sacella: 332.

5. *Dioecesis Funchalensis:*

Funchalensis dioecesis bulla Leonis X. a. 1514 pridie Idus Junii erecta est.

Ambitus: Complectitur archipelagum Madeirensem, i. e. insulam Madeirensem proprie dictam, 3 insulas „Desertas“ valde propinquas ac Portum Sanctum (Porto Santo), 92 km distantem. Olim etiam praesidium aut castellum, Arguim nuncupatum, in occidentali Africae plaga situm, nunc autem plene exstinctum, huic dioecesi subditum fuit.

Incolae: catholici ca. 120 000 (Madeirenses: 118 000 et Portosanctani 2000), acatholici 300,

Sacerdotes: 90, Clerici 8, Paroeciae: 50,

Ecclesiae parochiales: 50, conventuales: 3, Sacella: 80.

6. *Dioecesis Sancti Jacobi Capitis viridis:*

Joanne III. Lusitaniae rege petente, Summus Pontifex Clemens VII. bulla d. d. 3. Nov. 1832 hanc dioecesim Sancti Jacobi Capitis viridis creavit.

Ambitus: Provinciae Capitis viridis et Guineae Lusitanae.

Incolae: catholici 220 000 (210 000 in insulis Capitis viridis, 10 000 in territorio Guineae), gentiles: 30 000, judaei: 80, haeretici: 130.

Sacerdotes: 37, clerici 5, Paroeciae: 37 (8 in Guinea),

Ecclesiae: 25 (in archipelago), Sacella: 39 (4 in Guinea).

7. *Dioecesis Sancti Thomae*:*

Dioecesis Sancti Thomae in insula cognomine erecta est a Summo Pontifice Paulo III. vi bullae d. d. 23. Nov. 1584.

Ambitus: Insulae Sancti Thomae et Principis — 1080,$_{56}$ kmq.

Incolae: ca. 21 037.

[1] Cf. Historia da Egreja Catholica em Portugal no Bresil e nas Possessões Portuguesas pel P$^e$. José de Souza Amado, tom. I, p. XXXIX—XL.

8. *Dioecesis Sancti Pauli de Loanda.*

Haec dioecesis Angolensis (Angola) erecta fuit a Summo Pontifice Clemente VIII. vi bullae d. d. 20. Maji 1596. Ab initio episcopus habuit residentiam in urbe Sanctissimi Salvatoris, postea vero sedes translata est ad civitatem Sancti Pauli de Loanda.

Ambitus: Angola (Loanda, Benguela, Mossamedes).

Incolae: ca. 2 000 000 (?), quorum catholici[1] ca. 1 000 000,

Sacerd.: 36, Paroeciae 82, Ecclesiae: 8, Sacella 10.

### Conspectus summarius
dioecesium in regno Lusitaniae existentium.

(Fontes: Relationes, quae a praesulibus dioecesariis ad SS. Congr. a. 1888 missae sunt.)

| Dioeceses. | Catholici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Archidioecesis Bracarensis | ca. 719 000 | ca. 1 400 |
| Dioecesis Brigantina | 187 675 | 407 |
| „ Conimbricensis | 539 836 | ca. 1 000 |
| „ Lamacensis | 266 000 | 465 |
| „ Portucalensis | 650 000 | 1 120 |
| „ Visensis | 245 402 | 536 |
| Provincia eccles. Bracarensis | 2 607 913 | 4 928 |
| Archidioecesis Eborensis | 186 908 | 202 |
| Dioecesis Bejensis | 156 466 | 120 |
| „ Pharensis | 197 578 | 112 |
| Provincia eccles. Eborensis | 540 952 | 434 |
| Archidioecesis Ulysipponensis | 728 739 | 662 |
| Dioecesis Egitaniensis | 289 774 | 531 |
| „ Portualacrensis | 211 656 | 286 |
| Provincia eccles. Ulysipponensis (pars in paeninsula Iberica sita) | 1 230 169 | 1 479 |
| Summa totalis | 4 379 034 | ca. 6 841 |

Fontes:

Thom. ab Incarnatione, Historia eccl. Lusitaniae. 4 vol. 4°. Coimbriae 1757—1763.

Mappa das dioceses do continente etc. Lisboa. Impr. nacional. 1882.

Julius Freiherr von Minutoli, Portugal und seine Colonien im Jahre 1854, 2 tom. Stuttgart-Augsburg.

## C. Gibraltaria.

**Superficies et incolae.** Superficies: $1{,}_{93}$ kmq; incolae (1881): 18 381 (praeter milites, quorum numerus est 5610).

Territorium Gibraltariae Britannicum constituit respectu ecclesiastico vicariatum apostolicum Gibraltariensem; qui qua talis Sacrae Congregationi de propaganda fide subest.

*Vicariatus apostolicus Gibraltariensis:*

Gibraltaria pars fuit dioecesis Gaditanae usque ad annum 1806, quo anno erectus est vicariatus, ejus tamen vicarii nonnisi ab anno 1840 charactere episcopali insigniri solent.

Ambitus: Limites supra satis indicati sunt.

Incolae: catholici ca. 15 300 exstant ex incolis (1881) 23 991, comprehensis militibus.

Sacerdotes: 11, inter quos indigenae 4, Paroeciae: 2.

### Conspectus summarius
dioecesium in paeninsula Iberica coloniisque Africanis existentium.

| | Catholici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Hispania cum Ceuta, insulis Canariis | 18 035 981 | 32 657 |
| Lusitania seu Portugallia | 4 379 034 | ca. 6 841 |
| Gibraltaria | 15 300 | 11 |
| Summa totalis | 22 430 315 | 39 509 |

Caput quintum.

# Gallia.

1. Pyrenaeis jugis superatis proxima aperitur terra Gallica, commoda proventibus fructuariis, consita vitibus et oleis quibusdam in locis; rigua et fluminum et fontium aquis, frumento adeo fertilis, ut optimis Europae terris conferri possit.

Hanc a Pyrenaeis montibus ad Alpes et regnum Belgicum mare Mediterraneum et mare Atlanticum alluunt. In mare Mediterraneum amnes se praecipitant Rhodanus (Rhône) et Arax, in mare Atlanticum Garumna (Garonne), Liger (Loire), Sequana (Seine). In Rhodanum ab oriente fluit Druentia (Durance) et supra Druentiam Isara (Isère), a septentrione vero, ubi ipse se ab oriente in meridiem flectit, Arar (Saône), in Sequanam Matrona (Marne). Antiquitus Galliae transalpinae partes inter se istis fluminibus erant discretae: Celtica, Aquitania et Belgica. Celtas ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Sequana disclusit. Inter Celtas et Aquitanos mons sive Cemmenus seu Gebenna intercessit, qui Pyrenaeo ex altera parte respondit.

[1] „Il n'y a dans la mission, en dehors des catholiques, que des protestants et des infidèles. Les protestants sont environ au nombre de 100, blancs et noirs, les infidèles sont innombrables. Les catholiques, y compris ceux de la colonie d'Angola, peuvent s'élever à 1 million environ, tant Européens qu'indigènes. Tous sont du rite romain et bien attachés à leur religion.“ Ita R. P. Carrie, vicepraefectus ap. Congi, in relatione d. 15. April. 1879 ad Sacram Congregationem de propaganda fide data.

2. Constantinus Magnus totam Galliam in 17 provincias civiles divisit, quarum nomina: 1) Belgium primum, cujus metropolis Augusta Trevirorum (Trier), 2) Belgium secundum, cujus metropolis Remi (Rheims), 3) Germania prima, cujus metropolis Moguntiacum, 4) Germania secunda, cujus metropolis Colonia Agrippina (Koeln), 5) Lugdunensis prima, cujus metropolis Lugdunum (Lyon), 6) Lugdunensis secunda, cujus metropolis Rotomagus (Rouen), 7) Lugdunensis tertia, cujus metropolis Turones (Tours), 8) Lugdunensis quarta, cujus metropolis Senones (Sens), 9) Maxima Sequanorum, cujus metropolis Vesontio (Besançon), 10) Alpes Grajae et Penninae, cujus metropolis Tarantasia (Tarantaise), 11) Viennensis, cujus metropolis Vienna (Vienne), 12) Aquitania prima, cujus metropolis Bituricae (Bourges), 13) Aquitania secunda, cujus metropolis Burdigala (Bordeaux), 14) Novem populana, cujus metropolis Elusa (Eauze), 15) Narbonensis prima, cujus metropolis Narbo (Narbonne), 16) Narbonensis secunda, cujus metropolis Aquae Sextiae (Aix), 17) Alpes maritimae, cujus metropolis Ebredunum (Embrun).

3. Gallia apostolorum jam temporibus ad fidem christianam converti coepit, et regnum ibidem a Clodoveo, rege Francorum, fundatum primum fuit in occidente mere catholicum, qua re optimo jure nobilissima Gallorum gens „primogenita Ecclesiae filia" appellari meruit privilegiisque iis fruebatur, quae nomen adeo honorificum decerent. Ex eo tempore saepe praesules Galliae ad magnas res et salutares visi sunt divinae ipsius providentiae adjutores; nominatim vero ipsorum est nobilitata virtus in vindicando ubique terrarum catholico nomine, in christiana fide ad barbaras gentes propaganda, in liberandis tuendisque sanctioribus Palaestinae locis, ut non sine causa vetus illud vim proverbii obtinuerit, „gesta Dei per Francos". Atque his rationibus contigit, ut fideli animo sese pro nomine catholico devoventes, in societatem gloriarum Ecclesiae aliquo modo venire potuerint et complura publice privatimque instituere, in quibus eximia vis religionis, beneficentiae, magnanimitatis cernitur. Quas gentis Gallicae virtutes Romani pontifices majorem in modum probare consueverunt, reddendaque pro meritis benevolentia, non semel ornare Gallorum nomen laudibus voluerunt.

4. Saec. 6. exeunte in Gallia erant hae metropoles ecclesiasticae: Lugdunum, Rotomagus, Turones, Senones, Treviri, Remi, Vienna, Arelate, Bituricae, Elusa et Ebredunum.

Notitia ecclesiarum tempore Honorii III. conscripta habet has metropoles: in *Burgundia:* Bisuntinum, Ebredunensem, Aquensem, Arelatensem, Viennensem, Lugdunensem, Senonensem; in *Francia*: Remensem, Rotomagensem, Turonensem, Bituricensem, Burdigalensem; in *Gasconia:* Auxitanam, Narbonensem; in *Alemannia:* Trevirensem, Tarantasiensem.

Notitia ecclesiarum ab episcopo Catharensi scripta habet: in provincia *Provinciae:* Ebredunensem, Aquensem, Arelatensem; in *Francia:* Senonensem, Remensem, Turonensem, Bituricensem; in *Normannia:* Rotomagensem, Burdigalensem; in *Vasconia:* Auxitanam, Narbonensem, Tolosanam; in *Alemannia:* Trevirensem, Bisuntinam, Benuensem, Lugdunensem, Tarantasiensem.

Usque ad perturbationem Gallicam (1790) concordatum anni 1516 viguit inter Leonem X. Pontificem et Franciscum I. regem pactum. Ea conventione sanctio pragmatica sive constitutio Bituricensis (1438), qua episcoporum et praelatorum nominatio solo clero absque Papae aut concilii interventu fieret, sublata est.

5. Secundum Provinciale omnium ecclesiarum cathedralium universi orbis (Lugduni 1546) Gallia habuit hanc divisionem ecclesiasticam:

*In Burgundia et Sabaudia:*

Archiepiscopus Tarentasiensis (Montiers en Tarentaise) hos habet suffraganeos: Sedunensem (Sitten), Augustensem (Aosta).

Archiepiscopus Bisuntinus (Besançon) hos habet suffraganeos: Basiliensem (Basel), Lausanensem (Lausanne), Bellicensem (Belley).

*In provincia Provinciae:*

Archiepiscopus Ebredunensis (Ebredunum vulgo Embrun) — urbs rupi inaccessae imposita, praerupto loco adjacet sita ad Druentiam flumen — hos habet suffraganeos: Dignensem (Digne), Niciensem (Nizza), Grassensem (Grasse, Grassa), coeli clementia et soli ubertate spectabilis urbs, sita est ad fluviolum, qui Varum ingreditur; Glandevensem (Glandève), — Glandeva urbs est Alpium maritimarum, ad dextram Vari fluminis ripam sita; Senecensem (Sénez), — Sanitium urbs solo parum fertili, montibus aspero, frigidissimoque coelo in Alpibus maritimis; Venciensem (Vence), Vincium, Vencia, urbs olim amplior, sita est tribus leucis ab Antipoli ad septentrionem, duabus a Varo flumine ad occasum, a Grassa tribus distans.

Archiepiscopus Aquensis (Aix) hos habet suffraganeos: Aptensem (Apt), Regensem (Riez), — Rejus urbs in meditullio Provinciae, amoeno in solo, irriguo fertilique sita; Forojuliensem (Fréjus), Vapincensem (Gap), Sistericensem (Sisteron), — urbs posita est ad Druentiam fluvium.

Archiepiscopus Arelatensis (Arles) hos habet suffraganeos: Massiliensem (Marseille), Avinionensem (Avignon), Vasionensem (Vaison), — urbs olim in planitie sita erat amplissimaeque magnitudinis, nunc autem Vasio in declivi rupe assurgit alluiturque Luvesa fluvio, quem nonnulli Ovidiam vocant; Aurasicensem (Orange), — civitas opportuno loco sita, una duntaxat leuca a Rhodano distat et duobus fluviolis, Bicaro et Medena, alluitur; Tricastrinensem (St. Paul trois Châteaux), — urbs,

olim sub metropoli Viennensi, abest a Rhodano Ponteque Sancti Spiritus duabus circiter leucis, decem vero a Druentiae ostio in Rhodanum labentis; Carpentoracensem (Carpentras), — Carpentoracte urbs posita est ad litus amnis, quem Russam (la Russe) appellant et qui in Sulgam (la Sorgue) influit; Cavallicensem (Cavaillon), — Cabellio seu Caballio urbs est in monte Druentiae proximo posita; Tolonensem (Toulon), — Telo Martius, antiquus maris Mediterranei portus, urbs nunc celeberrima, ager feracissimus est vini, olearum, malorum aureorum et citreorum, ficuum etc.

*In Francia:*

Archiepiscopus Lugdunensis hos habet suffraganeos: Eduensem (Autun), Matisconensem (Macon), — Matisco, urbs dextrae Araris ripae imposita; Cabilonensem (Chalon sur Saône), Cabilo ad Araris ripam sita; Lingonensem (Langres).

Archiepiscopus Senonensis hos habet suffraganeos: Parisiensem (Paris), Carnotensem (Chartres), Aurelianensem (Orléans), Nivernensem (Nevers); Autissiodorensem (Auxerre), — Autissiodorum sive Autricum olim nuncupatum fuerit a colle cognomine urbi imminente, urbs clara ad Icaunam flumen; Trecensem (Troyes), Meldensem (Meaux).

Archiepiscopus Rhemensis hos habet suffraganeos: Suessionensem (Soissons), Catalaunensem (Châlons sur Marne), Cameracensem (Cambray), Tornacensem (Tournay), Morinensem (Terouanne), — Morinorum urbs mediterranea ad ortum Tarvanna, ad flumen Letiam sita; Atrebatensem (Arras), Ambianensem (Amiens), Noviomensem (Noyon), — Noviomum, urbs inter geminos rivulos constituta, ab oriente Galliola, ab occidente Margareta circumfluitur, quos ambos tertius quidam suscipit, qui Versa nominatur; Silvanectensem (Senlis), — Silvanectum, urbs in provincia insulae Franciae sita; Belvacensem (Beauvais), Laudunensem (Laon).

*In Normandia:*

Archiepiscopus Rotomagensis hos habet suffraganeos: Bajocensem (Bayeux), Abrincensem (Avranches), civitas est Normanniae inferioris, in supercilio montis versus occidentem posita, unde gratissimus in planitiem prospectus et in prata circumvicina, quae alluit Segia fluviolus; Ebroicensem (Evreux), Sagiensem (Séez), Lexoviensem (Lisieux), — Lexovium ad ostia Sequanae situm; Constantiensem (Coutances).

*In Britannia:*

Archiepiscopus Turonensis in Britannia Gallicana hos habet suffraganeos: Cenomanensem (Le Mans), Andegavensem (Angers), Briocensem (Saint Brieuc), Macloviensem (Saint Malo), Dolensem (Dol); in Britannia Britonica autem hos: Redonensem (Rennes), Nannetensem (Nantes), Corisopitensem (Quimper), Venetensem (Vannes), Leonensem (Saint Pol de Léon), Trecorensem (Tréguier).

*In ducatu Aquitaniae:*

Archiepiscopus Bituricensis hos habet suffraganeos: Claramontensem (Clermont), Ruthenensem (Rodez), Lemovicensem (Limoges), Mimatensem (Mende), Albiensem (Albi), Cadurcensem (Cahors), Castrensem (Castres), Vabrensem (Vabres), — antea Vabrense monasterium ordinis S. Benedicti in pago Ruthenensi conditum ad Dordonam fluviolum a Raimundo comite Tolosano; Tutellensem (Tulles), Sancti Flori (Saint Flour); Aniciensis est exemtus (Le Puy).

Archiepiscopus Burdegalensis hos habet suffraganeos: Pictavensem (Poitiers), Xantonensem (Saintes), — Mediolanum Santonum ad flumen Carantonum; Engolismensem (Angoulême), Petragoricensem (Périgueux), Agennensem (Agen), Condomensem (Condom), — Condomium urbs ad Balisam fluvium, Baise; de novo creatos: Malleacensem (Maillezais, nunc La Rochelle), — Malleacense oppidum situm est in eo loco, ubi Altizia fluvius amoenam facit insulam, non longe a Separi fl., cui jungitur; Lucionensem (Luçon), Sarlatensem (Sarlat), — Sarlatum juxta amnem cognominem situm.

Archiepiscopus Tolosanus hos habet suffraganeos de novo creatos[1]: Apamiarum (Pamiers), Mirapiscensem (Mirepoix), — Mirapicium urbs sita ad fluvium Lertium; Montis Albani (Montauban), Vaurensem (Lavaur), — Vaurum in amoena planitie ad occidentalem et laevam fluminis Agati ripam; Rivensem (Rieux), — Rivi urbs posita est ad Rizam fluvium postea labentem in Garumnam; Lombariensem (Lombez), — Lombarium oppidum est ad Savam fluvium, octo leucis distans a Tolosa trans Garumnam; Sancti Papuli (Saint Papoul). Urbi vetus monasterium Sancti Papuli nomen indidit, quae a Tolosa cis Garumnam leucis novem distat.

*In Vasconia:*

Archiepiscopus Auxitanus hos habet suffraganeos: Aquensem (Dax), — civitas Aquarum Tarbellicarum nomen accepit ab aquis salubribus, quae hoc in loco scaturiebant; Lectorensem (Leictoure), — Lactora ad Egertium fluvium (Le Gers), qui apud Aginnum in Garumnam influit; Convenarum (St. Bernard de Comminges), — Convenarum civitas, uti persuadet situs, nihil discrepans ab eo, qui a Gregorio Turon. describitur l. VII. hist. c. 34. Est, inquit, urbs in cacumine montis sita nullique monti contigua, fons magnus ad radicem montis erumpens, circumdatus turre tutissima, ad quem per caniculum descendentes ex urbe latenter latices hauriant. Episcopatus Convenarum antiquus est sub metropoli Elusana posteaque Ausciensi; Conseranensem (Con-

[1] Hi suffraganii desunt in Provinciali Lugdunensi.

serans), — urbs posita ad Salatum fluvium (La Salle), qui ex Pyrenaeis decurrit jugis subjectamque Conseranensi urbi planitiem alluit et post Cristam et Nigellam amnes in Garumnam influit; Tarviensem (Tarbes), Olorensem (Oléron), — Iluro nunc Olero ad Gavum amnem urbs; Vasatensem (Bazas), — Vasatum urbs posita est ad fluviolum vulgo dictum La Beuve; Bajonensem (Bayonne), Lascurrensem (Lescar), — Lascurra, antea Beneharduın; Adurensem (Aire), — Adura, olim et quidem melius Atura ab Aturo fluvio, qui pagum Aturensem alluit, sic dicta.

*In Gothia:*

Archiepiscopus Narbonensis (Narbo, celebre emporium) hos habet suffraganeos: Carcassonensem (Carcassonne), Biterrensem (Beziers), — Biterra ad confluxum Obris et Lironis amnium; Agatensem (Agde), — urbs in ora fere litorali maris Mediterranei prope ostia Arauris fluvii; Lodovensem (Lodève), Sancti Pontii Tomeriarum (Saint Pons de Tomieres), in convalle montibus circumsepta ad fontem ex antro scaturientem ea aquarum abundantia, ut amni Jauro praebeat originem; Electensem (Alet), Nemausensem (Nîmes), Magalonensem (Maguelone), — Magalona mari undique cincta; Uticensem (Uzès), — Ucetia, Uzetia montibus interjacet ad amniculum vel potius rivum, qui in Vardonem influit; Elnensem (Elne).

6. Medio saeculo 17. (1666) hanc divisionem ecclesiasticam habuit imperium Franciae, secundum Philippum Cluverium:

1) Dioecesis Lugdunensis, ad Rhodani et Araris confluentes, cujus praesul cleri Gallicani Primas. 2) Rotomagensis ad Sequanam, in Normannia, quae est Lugdunensis secunda. 3) Turonensis, ad Ligerim, quae est caput Britanniae, in Lugdunensi tertia. 4) Senonensis ad Icaunam habet in se Lugdunensem quartam, a qua resecta est et in metropolim erecta Lutetia Parisiorum. 5) Treverensis ad Mosellam suffraganei sunt in Francia: Metensis, Tullensis, Verdunensis, omnes in Belgica prima, ipse praesul autem est elector Germanus. 6) Vesontinus ad Dubim extra Franciam est, ejus suffraganeus tamen Bellicensis paret regi, in Lugdunensi quinta. 7) Rhemensis, Dux et Par Franciae, est in Belgica secunda, ad Basilam flumen. 8) Viennensis prima est ad urbem ejusdem nominis adsitam Rhodano. 9) Ad Narbonam quae Araci praetexitur est pars una secundae Viennensis, 10) ad Tolosam, quae Garumnae est apposita, pars altera, 11) ad Aquas Sextias (Aix en Provence) pars una tertiae Viennensis, 12) ad Arelaten (Arles) pars altera, 13) Ebrodunensis (Embrun) est quartae Viennensis. 14) Biturica (Bourges), Aquitaniae primae, diciturque ejus praesul utriusque Aquitaniae Primas. 15) Burdegala (Bordeaux), Aquitaniae secundae, ad Garumnam. 16) Auscii, Aquitaniae tertiae, ad Aegircium flumen. 17) Avenio cessit Pontifici.

Habet Lugdunensis archiepiscopus suffraganeos 4: Eduensem sive Augustodunensem (Autun); Lingonensem, Ducem et Parem Franciae (Langres); Cabilonensem ad Ararim (Chalon-sur-Saône); Matisconensem (Macon).

Rotomagensis 6: Bajocassinum (Bayeux), Abrincatensem (Avranches), Ebroicensem (Evreux), Sagiensem (Séez), Lexoviensem (Lisieux), Constantinum (Coutances).

Turonensis 9: Cenomanensem (Mans) ad Sartiam amnem, Redonensem (Rennes), Andegavensem (Angers) ad Meduanam, Nannetensem (Nantes) ad Ligerim, Corisopitensem (Cornuaille), Venetensem (Vannes), Briocensem (Saint Brieuc), Macloviensem (Saint Malo), Leonensem (Saint Pol de Léon), Tricoriensem (Tréguier) et Dolensem (Dol), qui quondam archiepiscopi titulum ac dignitatem gessit.

Senonensis 3: Autissiodorensem (Auxerre) ad Icaunam, Trecassinum (Troyes en Champagne) ad Sequanam, Niverneusem (Nevers); nam Parisiensis cum subjectis Carnutensi (Chartres), Aurelianensi (Orléans) et Meldensi (Meaux) a Senonensi resectae sunt anno 1623.

De Treverensi ejusque tribus suffraganeis, deque Vesontino jam relatum est.

Rhemensis suffraganei sunt 8: Suessionensis (Soissons); Catalaunensis ad Matronam, Comes et Par (Châlons-sur-Marne); Laudunensis, Dux et Par Franciae (Laon); Siluanectensis (Senlis); Bellovacensis, Comes et Par Franciae (Beauvais); Ambianensis (Amiens); Noviomensis, Comes et Par (Noyon); Bononiensis in Pago Gessoriaco (Boulogne-sur-mer); nam Moriuensis sive Tetuanensis (Terouaune) itemque Cameracensis (Cambray), Atrebatensis (Arras) et Tornacensis (Tournay) jam inde ab anno 1525, translato ad Burgundum jure omni politico, ecclesiasticam quoque subjectionem Rhemensi averterunt.

Viennensis metropolis habet sibi subjectos episcopos: Genevensem (Genève), cujus sedes ob civium haeresi infectorum rebellionem translata est Anicium, Sabaudiae oppidum (Annecy); Gratianopolitanum (Grenoble), ad Isaram, hanc autem urbem vocat Cicero in epistolis Cularonem; Albensem sive Vivariensem (Viviers); Diensem (Die); Valentinensem (Valence), ad Rhodanum; Maurianensem (Saint Jean de Maurienne).

Narbonensis habet suffraganeos 9: Biterrensem (Beziers), Agatensem (Agde), Carcassonensem (Carcassonne), Nemausensem (Nîmes), Lutevensem (Lodesue), Montis Pessulani (Montpellier), qui olim fuit Magalonae, in stagnis Volcarum; Sancti Pontii Tomeriarum (Saint Pons de Tomieres), Alectensem (Alet) et Ucetiensem (Uzès).

Tolosanus habet 7: Apamiensem (Pamiers), Mirapicensem (Mirepoix), Montis Albani (Montauban), Vaurensem (Vaur au pays de Lauragois), Lombariensem (Lombez), Sancti Papuli (Saint Papoul) et Rivensem (Rieux).

Aquisextiensis habet 5: Aptensem (Apt), Regensem (Riez), Forojuliensem (Fréjus), Vapincensem (Gap), Sistaricensem (Sisteron).

Arelatensis praeest 4 suffraganeis: Massiliensi (Marseille), Tricastino (Saint Paul de Tricastin), Tolonensi (Toulon) et Arausionensi (Oranges).

Ebrodunensi subjecti sunt 6: Diniensis (Digne), Grassensis (Grasse), cujus olim sedes fuit Antipolis (Antiboul), Venciensis (Vence), Glandatennensis (Glandève), Senetensis (Sénez) et Niciensis (Nice).

Bituricensis habet suffraganeos 11: Claramontensem (Clermont en Auvergne), Sancti Flori (Saint Flour), Ruthenensem (Rodez), Vabrensem (Vabres), Cadurcensem (Cahors), Lemovicensem (Limoges), Tutelensem (Tulles), Mimatensem (Mende), Albiensem (Albi), Castrensem (Castres) et Aniciensem (Puy en Velay).

Burdegalensis archiepiscopi suffraganei sunt 9: Aginnensis (Agen), Engolismensis (Angoulême), Santonicus (Saintes), Pictaviensis (Poitiers), Petrocoriensis (Périgueux), Condomensis (Condom), Malleacensis (Maillezais), Luxionensis (Luçon) et Sarlatensis (Sarlat).

Auscius vel Auxitanus habet suffraganeos 10: Aquensem (d'Acqs), Lectoracensem (Leictoure), Convenensem (Conserans), Adurensem (Aire), Vasatensem (Bazaz), Lescatiensem (Lescar), Tarbensem in Castris Bigorris (Tarbes), Oleronensem (Oléron) et Bajonensem sive Boatum (Bayonne), nam Elusa jam pridem esse desiit; Pampelo vero retracta est ad Hispanos [1].

7 Divisio ecclesiastica Galliae ante conventionem a. 1801 initam:

I. Ecclesia metropolitana Aquensis (Aix) — suffraganeae: Aptensis (Apt), Regensis (Riez), Sistaricensis (Sisteron), Forojuliensis (Forojulium, Fréjus), Vapincensis (Gap).

II. Ecclesia metropolitana Albiensis (Albi) — suffraganeae: Castrensis (Castres), Vabrensis (Vabres), Ruthenensis (Rodez), Cadurcensis (Cahors), Mimatensis (Mende).

III. Ecclesia metropolitana Arelatensis (Arles) — suffraganeae: Massiliensis (Marseille), Tricastina vel Tricastrina (Saint Paul trois Châteaux vel Saint Paul Tricastin), Tolonensis (Toulon), Arausionensis (Orange).

IV. Ecclesia metropolitana Auscensis (Auch) — suffraganeae: Aquensis (Acqs, Dacqs. Dax), Vasatensis (Bazaz), Convenarum (Comminges vel Saint Bertrand de Comminges), Conseranensis (Conserans vel Couserans), Lectorensis (Leictoure), Lascarensis (Lescar), Oleronensis (Oléron), Aturensis (Aire), Tarbiensis (Tarbes), Bajonensis (Bayonne).

V. Ecclesia metropolitana Avenionensis (Avignon) — suffraganeae: Carpentoractensis (Carpentras), Cabellionensis (Cavaillon), Vasionensis (Vaison).

VI. Ecclesia metropolitana Bisuntina (Besançon) — suffraganeae: Bellicensis (Belley), Basileensis (Basel), Lausanuensis (Lausanne).

VII. Ecclesia metropolitana Burdigalensis (Bordeaux) — suffraganeae: Aginnensis (Agen), Engolismensis (Angoulême), Xantonensis (Saintes vel Xaintes), Pictaviensis (Poitiers), Petrogoriensis vel Petrocoriensis (Périgueux), Condomiensis vel Vasconensis (Condom), Sarlatensis (Sarlat), Rupellensis antea Malleacensis (La Rochelle).

VIII. Ecclesia metropolitana Bituricensis (Bourges) — suffraganeae: Claramontensis (Clermont), Lemovicensis (Limoges), Tutelensis (Tulle), Aniciensis (Le Puy), Sancti Flori (Saint Flour).

IX. Ecclesia metropolitana Cameracensis (Cambrai) — suffraganeae: Atrebatensis (Arras), Tornacensis (Tournay), Sancti Audomari (Saint Omer), Namurcensis (Namur).

X. Ecclesia metropolitana Ebredunensis (Embrun) — suffraganeae: Diniensis (Digne), Grassensis (Grasse), Venciensis (Vence), Glaudatensis (Glandève), Senetensis (Sénez), Niciensis (Nice).

XI. Ecclesia metropolitana Lugdunensis (Lyon) — suffraganeae: Sancti Claudii (Saint Claude), Augustodunensis (Autun antea Eduensis vel Aeduensis), Lingonensis (Langres), Matisconensis (Macon), Cabilloniensis (Chalon-sur-Saône), Divionensis (Dijon).

XII. Ecclesia metropolitana Narbonensis (Narbonne) — suffraganeae: Biterrensis (Beziers), Agatensis (Agde), Carcassonnensis (Carcassonne), Nemausensis (Nîmes), Montis Pessulani (Montpellier), Lodevensis (Lodève), Uticensis (Uzès), Sancti Pontii Tomeriarum (Saint Pons de Tomieres), Electensis (Alet), Alesiensis (Alais), Elnensis (Perpignan).

XIII. Ecclesia metropolitana Parisiensis (Paris) — suffraganeae: Carnutensis (Chartres), Aureliauensis (Orléans), Meldensis (Meaux), Blesensis (Blois), Versaliensis (Versailles).

XIV. Ecclesia metropolitana Rhemensis (Rheims) — suffraganeae: Suessionensis (Soissons), Laudunensis (Laon), Catalaunensis (Châlons sur Marne), Augustomagensis (postea Silvanectes, Senlis), Bellovacensis, Belluacensis (Beauvais), Ambianensis (Amiens), Noviomagensis (Noviomagus, Noviodunum Suessionum, Noyon), Bononiensis (Bononia supra mare antea Gesoriacum, vel Gisoriacum, Boulogne sur mer).

XV. Ecclesia metropolitana Rotomagensis (Rouen) — suffraganeae: Bajacensis (Bayeux), Abrincensis (Avranches), Ebroicensis (Evreux), Sagiensis (Séez), Lexoviensis (Lisieux), Constantiensis (Coutances).

XVI. Ecclesia metropolitana Senonensis (Sens) — suffraganeae: Trecensis (Troyes), Antisiodorensis (Auxerre), Niveruensis (Nevers), Bethlehemensis (Bethléem, postea Clamecy).

[1] Philippi Cluverii introductionis in universam geographiam, tam veterem quam novam, libri VI. Editio ultima prioribus emendatior. Lugduni 1666: Breviarium orbis Terrarum, p. 23—29.

XVII. Ecclesia metropolitana Tolosana (Toulouse) — suffraganeae: Montis Albani (Montauban), Mirapiscensis (Mirepoix), Vauriensis (Lavaur), Rivensis (Rieux), Lombariensis (Lombez), Sancti Papuli (Saint Papoul), Apamiensis (Pamiers).

XVIII. Ecclesia metropolitana Turonensis (Tours) — suffraganeae: Cenomanensis (Le Mans), Andegavensis (Angers), Rhedonensis (Rennes), Nannetensis (Nantes), Corosopitensis (Quimper-Corentin), Venetensis (Vannes), Sancti Pauli Leonensis (Saint Pol de Léon vel Saint Paul de Léon), Trecorensis (Tréguier), Briocensis (Saint Brieuc), Macloviensis (Saint Malo), Dolensis (Dol).

XIX. Ecclesia metropolitana Viennensis (Vienne) — suffraganeae: Gratianopolitana (Grenoble), Vivariensis (Viviers), Valentinensis (Valence), Sancti Deodati (Saint Dié), Genevensis (Genève, Genf), Sancti Joannis Maurianensis (Saint Jean de Maurienne).

Dioecesis Argentoratensis sub archidioecesi Moguntina constituta erat; Metensis, Tullensis, Virodunensis dioeceses suffraganeae erant metropolis Trevirensis.

8. Concordatum die 15. Julii 1801. Pace et tranquillitate in Galliis restituta quum Bonaparte consul cum Sancta Sede tractare coepisset, concordatum die 15. Julii 1801 perfectum est, quod 17 articulis comprehensum proprium ordinis ecclesiastici in Gallia fundamentum foret. Particulares autem dispositiones permultae, quae nomine „articulorum organicorum" d. 26. mensis Messidori anni IX vel legis d. 18. mensis Germinalis anni X una cum concordato Parisiis promulgatae sunt, a Sancta Sede nunquam sunt agnitae, atque Pius VII. Papa jam allocutione habita d. 25. Martii 1802 solemniter contradixit.

Dispositiones fundamentales concordati a. 1801:

1. Religio catholica, apostolica, Romana libere in Gallia exercebitur. Cultus publicus erit, habita tamen ratione ordinationum quoad politiam, quas gubernium pro publica tranquillitate necessarias existimabit.

2. Ab Apostolica Sede, collatis cum Gallico gubernio consiliis, novis finibus Galliarum dioeceses circumscribentur.

4. Consul primus Gallicanae reipublicae intra tres menses, qui promulgationem constitutionis apostolicae consequentur, archiepiscopos et episcopos novae circumscriptionis dioecesibus praeficiendos nominabit. Summus Pontifex institutionem canonicam dabit juxta formas relate ad Gallias ante regiminis commutationem statutas.

6. Episcopi, antequam munus suum gerendum suscipiant, coram primo consule juramentum fidelitatis emittent.

7. Ecclesiastici secundi ordinis idem juramentum emittent coram auctoritatibus civilibus a Gallicano gubernio designatis.

9. Episcopi in sua quisque dioecesi novas paroecias circumscribent, quae circumscriptio suum non sortietur effectum nisi postquam gubernii consensus accesserit.

10. Iidem episcopi ad paroecias nominabunt nec personas seligent nisi gubernio acceptas.

14. Gubernium Gallicanae reipublicae in se recipit tum episcoporum tum parochorum, quorum dioeceses atque parochias nova circumscriptio complectetur, sustentationem, quae cujusque statum deceat.

15. Idem gubernium curabit, ut catholicis in Gallia liberum sit, si libuerit, ecclesiis consulere novis fundationibus.

16. Sanctitas Sua recognoscit in primo consule Gallicanae reipublicae eadem jura ac privilegia, quibus apud Sanctam Sedem fruebatur antiquum regimen.

17. Utrinque conventum est, quod in casu quo aliquis ex successoribus hodierni primi consulis catholicam religionem non profiteretur super juribus ac privilegiis in superiori articulo commemoratis nec non super nominatione ad archiepiscopatus et episcopatus respectu ipsius nova conventio fiet.

(Signatum) Hercules cardinalis Consalvi. Joseph Bonaparte. Joseph archiepiscopus Corinthi. Cretet. F. Carolus Caselli. Bernier.

Notum est (Hist. de Pie VII. du cheval. Artaud, chap. XI.), Summum Pontificem in articulo 17 constituendo maximum momentum posuisse sapienter caventem, ne ex hoc tractatu princeps acatholicus jura repeteret, quae catholicis tantum magistratibus in quibusdam adjunctis competerent. Iterum iterumque ad eam quaestionem reversus non prius erat securus, quam hic articulus ex suo voto esset compositus.

9. Divisio Galliae ecclesiastica post concordatum d. 15. Julii 1801 [1].

Eo contractu inter gubernium Gallicum et Summum Pontificem Pium VII. concluso Galliae forma ecclesiastica plane mutata est. Numerus provinciarum ecclesiasticarum ad denarium reductus est, atque metropoles Albiensis, Arelatensis, Ausciensis, Avenionensis, Cameracensis, Ebredunensis, Narbonensis, Rhemensis, Senonensis, Viennensis aut ad simplices dioeceses depressae, ut Avenio et Cameracum, aut suppressae sunt. Dioecesium etiam numerus diminutus est. In toto Galliae, ut tunc erat, territorio 50 tantum erant dioeceses suffraganeae [2].

Suppressae concordato sunt: Aptensis, Regensis, Sistaricensis, Forojuliensis, Vapincensis, omnes igitur suffraganeae provinciae Aquensis; Castrensis, Vabrensis, Ruthenensis, e provincia Albiensi; Massiliensis, Tricastrina, Tolonensis, Arausionensis, i. e. provincia Arelatensis prorsus sublata est; Aquensis, Vasatensis, Convenarum, Conseranensis, Lectorensis, Lascarensis, Oleronensis, Aturensis, Tarbiensis, sola dioecesis Bajonensis ex tota provincia Auscensi remansit; Carpentoractensis, Cabellionensis, Vasionensis, i. e. provinciae Avenionensis omnes suffraganeae disparuerunt; Bellicensis (prov. Bisuntinae), Santonensis, Petrocoriensis, Condomiensis, Sarlatensis (prov. Burdigalensis), Tutelensis, Aniciensis (prov. Bituricensis), Sancti Audomari (prov. Cameracensis), Grassensis, Venciensis, Glandatensis, Senetensis (prov. Ebredunensis), Sancti Claudii, Lingonensis, Matisconensis, Cabilloniensis, hinc ex provincia Lugdunensi Augustodunensis et Divionensis

[1] Bulla circumscriptionis d. d. 3. Dec. 1801.

[2] Ci-devant Piémont ou 27e division militaire: Turin, Acqui, Albe, Alexandrie, Aost, Asti, Bielle, Bobbio, Casal, Mondovi, Pignerol, Saluces, Suze, Tortone, Verceil, Yvrée, Fossano.

remanserunt dioeceses; Biterrensis, Agathensis, Nemausensis, Lodevensis, Uticensis, Pontii Tomeriarum, Electensis, Alesiensis, Eluensis, i. e. inter 11 dioeceses suffraganeas, quae fuerant provinciae Narbonensis, duae tantum substiterunt Carcasonensis et Montis Pessulani; Carnutensis, Blesensis (prov. Parisiensi servatae sunt: Aurelianensis, Meldensis, Versaliensis), Laudunensis, Catalaunensis, Augustomagensis, Bellovacensis, Noviodunensis, Bononiensis (ex tota igitur provincia Rhemensi superfuerunt dioeceses Suessionensis et Ambianensis); Abrincensis, Lexoviensis (prov. Rotomagensis).

Superadditae sunt eodem concordato dioeceses Adjacensis, Metensis, Argentoratensis, Nanceiensis, Camberiensis, Aquisgranensis, Gandavensis, Leodiensis, Moguntina atque Mechliniensis archidioecesis provinciae ecclesiasticae metropolis.

## Ecclesiastica Galliae delimitatio anni 1801.

| Ecclesiae metropolitanae [1]. | Ecclesiae suffraganeae [1]. | Gubernia (Départements). |
|---|---|---|
| I. Aquensis | | Var, Bouches-du-Rhône |
| | Niciensis | Les Alpes-Maritimes |
| | Avenionensis | Le Gard, Vaucluse |
| | Adjacensis | Le Golo, le Liamone |
| | Diniensis | Les Hautes-Alpes, les Basses-Alpes |
| II. Bisuntina | | Haute-Saône, le Doubs, le Jura |
| | Augustodunensis | Saône-et-Loire, la Nièvre |
| | Metensis | Les Forêts, les Ardennes, la Moselle |
| | Argentoratensis | Le Haut-Rhin, le Bas-Rhin |
| | Nanceiensis | La Meuse, la Meurthe, les Vosges |
| | Divionensis | La Côte-d'Or, la Haute-Marne |
| III. Burdigalensis | | La Gironde |
| | Pictaviensis | Les Deux-Sèvres, la Vienne |
| | Rupellensis | La Charente-Inférieure, la Vendée. |
| | Engolismensis | La Charente, la Dordogne |
| IV. Bituricensis | | Le Cher, l'Indre |
| | Claromontensis | L'Allier, le Puy-de-Dôme |
| | Sancti Flori | La Haute-Loire et le Cantal |
| | Lemovicensis | La Creuse, la Corrèze, la Haute-Vienne |
| V. Lugdunensis | | Le Rhône, la Loire, l'Ain |
| | Mimatensis | L'Ardèche, la Lozère |
| | Gratianopolitana | L'Isère |
| | Valentiensis | La Drôme |
| | Camberiensis | Le Mont-Blanc, le Léman |
| VI. Mechliniensis | | Les Deux-Nèthes, la Dyle |
| | Namurcensis | Sambre-et-Meuse |
| | Tornacensis | Jemappes |
| | Aquisgranensis | La Roër, Rhin-et-Moselle |
| | Trevirensis | La Sarre |
| | Gandavensis | L'Escaut, la Lys |
| | Leodiensis | La Meuse-Infér., l'Ourthe |
| | Moguntina | Le Mont-Tonnerre |
| VII. Parisiensis | | La Seine |
| | Trecensis | L'Aube, l'Yonne |
| | Ambianensis | La Somme, l'Oise |
| | Suessionensis | L'Aisne |
| | Atrebatensis | Le Pas-de-Calais |
| | Cameracensis | Le Nord |
| | Versaliensis | Seine-et-Oise, Eure-et-Loir |
| | Meldensis | Seine-et-Marne, la Marne |
| | Aurelianensis | Loiret, Loir-et-Cher |
| VIII. Rotomagensis | | La Seine-Inférieure |
| | Constantiensis | La Manche |
| | Bajocensis | Le Calvados |
| | Sagiensis | L'Orne |
| | Ebroicensis | L'Eure |
| IX. Tolosana | | La Haute-Garonne, l'Arriège |
| | Cadurcensis | Le Lot, l'Aveyron |
| | Montis Pessulani | L'Hérault, le Tarn |
| | Carcasonnensis | L'Aude, les Pyrénées |
| | Aginnensis | Lot-et-Garonne, le Gers |
| | Bajonensis | Les Landes, les Hautes-Pyrénées, les Basses-Pyrénées |
| X. Turonensis | | Indre-et-Loire |
| | Cenomanensis | La Sarthe, la Mayenne |
| | Andegavensis | Maine-et-Loire |
| | Nannetensis | Loire-Inférieure |
| | Rhedonensis | Ille-et-Vilaine |
| | Venetensis | Le Morbihan |
| | Briocensis | Les Côtes-du-Nord |
| | Corosopitensis | Le Finistère. |

10. Ecclesiastica Galliae delimitatio anni 1801 non diu substitit et post restaurationem a. 1814 concordatum prorsus erat reformandum. Tractatibus quidem a. 1816 utrimque habitis nihil conclusum est, sed iisdem a. 1817 resumptis novum concordatum prodiit. Bulla deinde Pii VII. „Commissa divinitus“ VI. Kal.

[1] Tableau des églises métropolitaines et cathédrales auxquelles on a uni les dénominations et les titres de quelques autres églises supprimées:

| *Nouvelles métropoles:* | *Titres de métropoles supprimées:* |
|---|---|
| Paris . . . . . . . . . . . | Rheims et Sens, |
| Lyon . . . . . . . . . . . | Vienne et Embrun, |
| Toulouse . . . . . . . . . | Auch, Albi et Narbonne, |
| Aix . . . . . . . . . . . | Arles. |

| *Nouvelles cathédrales:* | *Titres d'évêchés supprimés:* |
|---|---|
| Amiens . . . . . . . . . | Beauvais et Noyon, |
| Soissons . . . . . . . . | Laon, |
| Troyes . . . . . . . . . | Châlons-sur-Marne et Auxerre, |
| Dijon . . . . . . . . . | Langres, |
| Chambéry . . . . . . . . | Genève. |

(Almanach ecclésiastique de France pour l'an XI de la République et pour les années 1802 et 1803 de l'ère chrétienne. Paris. An XI—1802.)

Aug. 1817 (Bullar. Rom. tom. XIV. p. 369 sq.) Gallia in 92 dioeceses divisa est. Plurimis tamen obortis impedimentis a. 1819 ad concordatum anni 1801 reverti oportuit, donec anno 1821 Gallia denuo in 80 dioeceses est distincta.

11. Secundum divisionem ecclesiasticam Galliae hodie vigentem, quae fere sequitur partitiones civiles, gallice „Départements", existunt provinciae ecclesiasticae 17 totidemque archidioeceses, dioeceses suffraganeae 67, in quo tamen numero non inclusae sunt dioeceses: Reunionis seu Sancti Dionysii, Guadalupensis seu Imae Telluris, Martinicensis seu Sancti Petri in insulis Indiae occidentalis, suffraganeae metropoleos Burdigalensis. Similiter exclusae sunt provincia ecclesiastica Algeriana et archidioecesis Carthaginiensis, quarum rationem alibi habere expedit. Singulae dioeceses subdividuntur in paroecias primae classis (Cures de première classe), secundae classis (de seconde classe), succursales.

## Provinciae ecclesiasticae Galliae.

### I. Provincia ecclesiastica Aquensis.

Provincia ecclesiastica Aquensis, uti nunc existit, quantum ad sedes suffraganeas attinet, plane differt ab illa, quae fuit saeculo praecedenti, ex qua mediante resuscitatione solas dioeceses Forojuliensem et Vapincensem recepit. Nostro igitur tempore metropoli Aquensi subjiciuntur ecclesiae suffraganeae: Diniensis, Forojuliensis et Tolonensis, Vapincensis, Massiliensis, Niciensis, Adjacensis.

1. *Archidioecesis Aquensis:*

Aquae Sextiae (Aix), urbs licet montana, fluviolo Arcu alluitur; dioecesis erecta saec. 1. unitos habet titulos Arelatensem (Arles, urbs antiquissima ad ripam Rhodani sita, archiepiscopatus a saec. 5. ineunte), et Ebredunensem (Embrun).

Ambitus: Circuli Aquae Sextiae (Aix) et Arelatensis (Arles) gubernii ostiorum Rhodani (Bouches-du-Rhône).

Incolae: 189 629, Paroeciae: 23,

Succursales: 106, Capellaniae: 21.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Diniensis:*

Dinia (Digne), episcopatus a saec. 4.

Ambitus: Gubernium Alpium inferorum (Basses-Alpes) — $6954_{,18}$ kmq.

Incolae: 129 494, Paroeciae: 35,

Succursales: 314, Capellaniae: 13.

3. *Dioecesis Forojuliensis:*

Forum Julii (Fréjus), urbs antiquissima, quam alluit fluvius Argenteus vulgo Argius et Argense, ad cujus ostium erat olim percommodus maris portus, episcopatus a saec. 4., unitum habet titulum Tolonensem (Toulon).

Ambitus: Gubernium Varidiniense (Var) et circulus Grasse gubernii Alpium maritimarum (Alpes-Maritimes).

Incolae: 283 689, Paroeciae: 28,

Succursales: 142, Capellaniae: 67.

4. *Dioecesis Vapincensis:*

Vapincum (Gap), urbs posita ad amniculum, qui in Druentiam vicinum flumen influit, episcopatus a saec. 5.

Ambitus: Gubernium Alpium superiorum (Hautes-Alpes) — $5589_{,61}$ kmq.

Incolae: 122 924, Paroeciae: 26,

Succursales: 219, Capellaniae: 15.

5. *Dioecesis Massiliensis:*

Massilia (Marseille), Gallicanarum urbium fere antiquissima, sita est non longe a Rhodani ostio orientali ad mare Mediterraneum; episcopatus a saec. 1.

Ambitus: Circulus Massiliensis (Marseille) in provincia Ostiorum Rhodani.

Incolae: 416 341, Paroeciae: 11,

Succursales: 82, Capellaniae: 9.

6. *Dioecesis Niciensis:*

Nicaea ad Varum (Nicia, Nice, Nizza), urbs sita in agro, quo ob collium amoenitatem, soli ubertatem, coeli clementiam nullus in Europa salubrior, episcopatus a saec. 3.; litteris apostol. „Universi Dominici gregis" d. 31. Dec. 1860 conventio d. 15. Julii 1801 ad eum protenditur.

Ambitus: Circuli Nice et Puget-Théniers gubernii Alpium maritimarum (Alpes-Maritimes).

Incolae: 238 057, Paroeciae: 32,

Succursales: 182, Capellaniae: 41.

7. *Dioecesis Adjacensis:*

Adjacium (Ajaccio), in insula Corsica, episcopatus a saec. 7.

Ambitus: Gubern. Corsicae (Corse) — $8747_{,10}$ kmq.

Incolae: 278 501, Paroeciae: 70,

Succursales: 350, Capellaniae: 91.

### II. Provincia ecclesiastica Albiensis.

Ante conventionem a. 1801 initam metropoli Albiensi jungebantur quinque dioeceses suffraganeae: Castrensis, (Castrum Albiensium, Castres), Ruthenensis, Vabrensis (Castrum Vabrense, Vabrincum, Vabres), Cadurcensis, Mimatensis. Conventione illa una cum ecclesia Albiensi tres priores suppressae sunt; Cadurcensis Tolosanae, Mimatensis attributa est Lugdunensi provinciae. Postea vero (1817—1821) resuscitatae et metropoli Albiensi suffraganeae restitutae sunt: Cadurcensis, Mimatensis, Ruthenensis. Insuper Elnensis, quae eo usque sub Narbonensi ecclesia constituta fuerat, adjecta est.

1. *Archidioecesis Albiensis seu Albigensis:*

Albia (Albi), episcopatus a saec. 3., archiepiscopatus ab anno 1676 (1678).

Ambitus: Gubern. Tarnis (Tarn) — $5742_{,16}$ kmq.
Incolae: 358 757, Paroeciae: 49,
Succursales: 447, Capellaniae: 68.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Cadurcensis:*

Cadurcum (Cahors), inter Tarnem et Duranium fl., episcopatus a saec. 3.

Ambitus: Gubernium Oldi (alias Loti, Lot) — $5211_{,74}$ kmq.
Incolae: 271 514, Paroeciae: 33,
Succursales: 449, Capellaniae: 55.

3. *Dioecesis Mimatensis:*

Mimatum (Mimas, Mende), ad Oldum fluvium, a monte Mimatensi, cui adjacet, sic dictum, episcopatus a saec. 3.

Ambitus: Gubernium Lozerani montis (Lozère) — $5169_{,73}$ kmq.
Incolae: 141 264, Paroeciae: 26,
Succursales: 191, Capellaniae: 135.

4. *Dioecesis Elnensis:*

Helena, Elna, sita in clivo, cujus pedem alluit rivus aut amniculus, dictus olim Illiberis, nunc le Tech, qui in mare Mediterraneum demergitur. — Perpinianum (Perpignan) amoena civitas est ad Techum, cujus ecclesia collegiata a. 1602 in cathedralem erecta fuit.

Ambitus: Gubernium Pyrenaeorum orientalium (Pyrénées-Orientales) — $4122_{,11}$ kmq.
Incolae: 211 187, Paroeciae: 26,
Succursales: 197, Capellaniae: 43.

5. *Dioecesis Ruthenensis:*

Ruthenae (Ruteni, Rodez), ad montem Cemenium, episcopatus a saec. 4. vel 5.

Ambitus: Gubernium Aveyronis (Aveyron) — $8743_{,33}$ kmq.
Incolae: 415 826, Paroeciae: 51.
Succursales: 617, Capellaniae: 215.

## III. Provincia ecclesiastica Auscensis.

Inter decem ecclesias suffraganeas, quae metropoli Auscensi (Auxitanae) adscriptae fuerant, conventione anni 1801 septem suppressae sunt, nempe: Aquensis (Aquae Augustae, Acqs seu Dax), Lactorensis (Lactora, Leictoure), Convenarum (Convenae, Lugdunum Convenarum, Comminges), Conseranensis (Civitas Conseranorum, Fanum Sancti Licerii, Couserans), Vasatensis (Vasates, Bazaz) inter Burdigalam et Auscos, Oleronensis (Oléron), Lascarensis (Lascara, Lescar). Nunc pertinent ad eam suffraganeae: Aturensis, Bajonensis, Tarbiensis.

1. *Archidioecesis Auscensis:*

Augusta Auscorum (Auch), ad Aegircium flumen, episcopatus a saec. 3., archiepiscopatus ab a. 829.

Ambitus: Gubern. amnis Gersi (Gers) — $6280_{,31}$ qkm.
Incolae: 274 391, Paroeciae: 29,
Succursales: 479, Capellaniae: 61.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Aturensis:*

Aturum (Aire), episcopatus a saec. 5.

Ambitus: Gubernium agri Syrtici (Landes) — $9321_{,31}$ kmq.
Incolae: 302 266, Paroeciae: 28,
Succursales: 293, Capellaniae: 41.

3. *Dioecesis Bajonensis:*

Bajona (Bayonne), urbs celebris ad confluentes Nivi et Aturi fluviorum posita, episcopatus a saec. 4.

Ambitus: Gubern. Pyrenaeorum inferiorum (Basses-Pyrénées) — $7622_{,66}$ kmq.
Incolae: 432 999, Paroeciae: 43,
Succursales: 449, Capellaniae: 91.

4. *Dioecesis Tarbiensis:*

Tarbae (Tarbes), urbs ad Aturum fluvium, episcopatus a saec. 4.

Ambitus: Gubernium Pyrenaeorum superiorum (Hautes-Pyrénées) — $4529_{,45}$ kmq.
Incolae: 234 825, Paroeciae: 28,
Succursales: 300, Capellaniae: 135.

## IV. Provincia ecclesiastica Avenionensis.

Avenio dioecesis diversis metropolibus parebat, primum quidem Viennensi, dein fere ab a. 1038 Arelatensi, donec Sixtus IV. Pontifex Maximus eam a. 1475 ad dignitatem metropolitanam evexit, eique ecclesias Cabellionensem (Cabellio, Cavaillon), Carpentoractensem (Carpentoracte, Carpentras), Vasionensem (Vasio, Vaison) subdidit.

Hic status usque ad annum 1801 permansit, cujus conventio provinciam ex integro sustulit; sola ecclesia Avenionensis tanquam suffraganea archidioecesis Aquensis (Aquae Sextiae) perdurabat. Resuscitatae metropoli Avenionensi (1817—1821) suffraganeae accesserunt dioeceses: Montis Pessulani, Nemausensis, Valentina, Vivariensis.

1. *Archidioecesis Avenionensis:*

Avenio (Avignon), ad Rhodanum in sinistra ripa inter amnes Sulgam et Druentiam, archiepiscopatus a saec. 15 [1]. Residentia SS. PP. 1304—1367 et 1370 ad 1371.

[1] „Insignita hoc anno", refert Raynaldus ad ann. 1475 n. 33, „est Avenionensis ecclesia archiepiscopalis dignitatis titulo, illique obnoxii esse jussi sunt Cavallicensis, Carpentoractensis et Vaisonensis episcopi; qua de re diploma a Sixto editum est . . . . Extant quoque de eodem condito archiepiscopatu litterae ad

Ambitus: Gubernium Vallis Clausae (Vaucluse) — 3547,71 kmq.
Incolae: 242 021, Paroeciae: 29,
Succursales: 144, Capellaniae: 47.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Montis Pessulani:*

Mons Pessulanus (Montpellier), inter Nemausum ad ortum et Narbonem ad occasum, sedes episcopalis translata a. 1536 a Maguelone, ubi erecta fuit saec. 5.
Ambitus: Gubern. Araurae (Hérault) — 6197,99 kmq.
Incolae: 439 044, Paroeciae: 43,
Succursales: 310, Capellaniae: 28.

3. *Dioecesis Nemausensis:*

Nemausus (Nîmes), urbs antiquissima, septicollis, episcopatus a saec. 5.
Ambitus: Gubernium amnis Gardi (Gard) — 5835,56 kmq.
Incolae: 423 804, quorum catholici 304 615, protestantes 118 739, judaei: 450;
Paroeciae: 45, Succursales: 239, Capellaniae: 52.

4. *Dioecesis Valentinensis seu Valentina:*

Valentia (Valence), Romanorum colonia ad Rhodanum, episcopatus a saec. 4.
Ambitus: Gubern. Drumae (Drôme) — 6521,55 kmq.
Incolae: 314 615, Paroeciae: 37,
Succursales: 314, Capellaniáe: 68.

5. *Dioecesis Vivariensis:*

Vivarium (Viviers), episcopatus a saec. 3.
Ambitus: Gubernium Ardeschae (Ardèche) — 5526,65 kmq.
Incolae: 384 378, Pároeciae: 37,
Succursales: 334, Capellaniae: 134.

## V. Provincia ecclesiastica Bisuntina.

Nunc provincia ecclesiastica Bisuntina consistit ex duabus partibus sejunctis, quarum prior archidioecesim Bisuntinam et dioeceses suffraganeas Nánceiensem et Tullensem, Sancti Deodati, Virodunensem amplectitur, altera ex Bellicensi efformatur.

Superiore tempore includebantur dioeceses quoque Argentinensis (Argentoratum, Strassburg) et Metensis (Metae, Metz), quae decreto consistoriali „Rem in ecclesiastica provincia Bisuntina" d. d. 14. Jun. 1874 separatae et Sedi Apostolicae immediate subjectae sunt. Aliud porro decretum „Propter modernas" d. d. 10. Jul. 1874 novam dioeceseon Nanceiensis et Tullensis atque Sancti Deodati circumscriptionem determinavit. (Acta Pii IX. pars I. vol. VI. p. 327 et 332).

episcopos Cavallicensem, Carpentoractensem et Vasionensem, quibus ab archiepiscopo Arelatensi, cui etiam tunc paruerant, imperio liberi ac soluti renuntiantur, ab Avenionensi vero jura petere jussi sunt."

1. *Archidioecesis Bisuntina:*

Vesontio (Besançon), ad Dubim, episcopatus a saec. 2. exeunte, metropolis a saec. 4.
Ambitus: Gubernia Dubis (Doubs) et Araris superioris (Haute-Saône) cum territorio Belfort — 11 177,61 kmq.
Incolae: 681 675, Paroeciae: 60,
Succursales: 814, Capellaniae: 97.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Bellicensis:*

Bellicium (Belley), episcopatus a saec. 5.
Ambitus: Gubernium Idani (Ain) — 5798,97 kmq.
Incolae: 364 408, Paroeciae: 36,
Succursales: 404, Capellaniae: 76.

3. *Dioecesis Sancti Deodati:*

Sancti Deodati (Saint Dié), episcopatus a saec. 18.
Ambitus: Gubernium Vosagi saltus (Vosges) — 5852,65 kmq.
Incolae: 413 707, Paroeciae: 32,
Succursales: 354, Capellaniae: 48.

4. *Dioecesis Nanceiensis et Tullensis:*

Nanceium (Nancy), ad fluvium Mortam solo situque amoenum, episcopatus a saec. 18.; Tullum, urbs in insigni situ ad Mosellam.
Ambitus: Gubernium Mortae et Mosellae (Meurthe-et-Moselle) — 5232,34 kmq.
Incolae: 431 693, Paroeciae: 34,
Succursales: 463, Capellaniae: 13.

5. *Dioecesis Virodunensis:*

Virodunum (Verdun), ad Mosam situm, episcopatus a saec. 4.
Ambitus: Gubernium Mosae (Meuse) — 6227,87 kmq.
Incolae: 291 971, Paroeciae: 30,
Succursales: 444, Capellaniae: 34.

## VI. Provincia ecclesiastica Burdigalensis.

Provinciarum Galliae ecclesiae maxima et secundum Parisinam incolis praestantissima Burdigalensis est. Numero dioecesium suffraganearum omnes reliquas provincias, si ratio habeatur dioecesium in coloniis existentium, superat; ecclesiae suffraganeae sunt: Aginnensis, Engolismensis, Lucionensis, Petrocoricensis, Pictaviensis, Rupellensis, Reunionis, Guadalupensis, Martinicensis.

1. *Archidioecesis Burdigalensis:*

Burdigala (Bordeaux), ad Garumnam, archiepiscopatus a saec. 3.
Ambitus: Gubernium Girumnae (Gironde) — 9740,32 kmq.
Incolae: 775 845, Paroeciae: 79,
Succursales: 434, Capellaniae: 71.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Aginnensis:*

Aginnum (Agen), civitas nobilis inter Tolosam et Burdigalam in amoenissimo loco sita, episcopatus a saec. 4.

Ambitus: Gubernium Oldi et Garumnae (Lot-et-Garonne) — $5353_{,96}$ kmq.

Incolae: 307 437, Paroeciae: 47,

Succursales: 397, Capellaniae: 27.

3. *Dioecesis Engolismensis:*

Engolisma (Angoulême), ad Chasantontum fluvium, episcopatus a saec. 3.

Ambitus: Gubernium Carentoni (Charente) — $5942_{,38}$ kmq.

Incolae: 366 408, Paroeciae: 30,

Succursales: 332, Capellaniae: 6.

4. *Dioecesis Lucionensis.*

Lucio (Lucionium, Luçon), non longe ab oceano Aquitanico, episcopatus a saec. 14.

Ambitus: Gubernium amnis Vendeani (Vendée) — $6703_{,50}$ kmq.

Incolae: 437 808, Paroeciae: 36,

Succursales: 262, Capellaniae: 121.

5. *Dioecesis Petrocoricensis:*

Petrocorium (Périgueux), ad Ellam fluvium, Lille, in peramoena valle, episcopatus antiquissimus.

Ambitus: Gubernium Dordoniae (Dordogne) — $9182_{,56}$ kmq.

Incolae: 492 205, Paroeciae: 69,

Succursales: 466, Capellaniae: 46.

6. *Dioecesis Pictaviensis:*

Pictavium (Poitiers) seu Augustoritum Pictonum, ad Clanum fluvium, episcopatus a saec. 3.

Ambitus: Gubernia Viennae (Vienne) et utriusque Separis (Deux-Sèvres) — 12 $970_{,25}$ kmq.

Incolae: 690 398, Paroeciae: 69,

Succursales: 574, Capellaniae: 92.

7. *Dioecesis Rupellensis:*

Rupellae (La Rochelle), urbs maritima, nomen habet a parva rupe, cui insidet, episcopatus a saec. 17.

Ambitus: Gubernium Carentoni inferioris (Charente-Inférieure) — $6825_{,69}$ kmq.

Incolae: 462 803, Paroeciae: 46,

Succursales: 326, Capellaniae: 52.

8. *Dioecesis Reunionis seu Sancti Dionysii:*

Sancti Dionysii (Saint Denis), episcopatus a die 27. Sept. 1850.

Ambitus: Insula Reunionis (île Bourbon sive île de la Réunion) — $2511_{,60}$ kmq.

Incolae: 215 000,

Sacerdotes: 72 (praeter episcopum et vicarios generales), ab anno 1886 solummodo 54.

9. *Dioecesis Guadelupensis seu Imae Telluris:*

Ima Tellus (Basse Terre), episcopatus a d. 27. Sept. 1850.

Ambitus: Insulae Guadeloupe, Les Saintes Marie-Galante, Désirade, St. Barthélémy, parsque gallica insulae St. Martin — 1870 kmq.

Incolae: 182 619 (1886),

Sacerdotes: 61 (exclusis episcopo et vicariis generalibus); ante annum 1886 erant 78.

10. *Dioecesis Sancti Petri et Arcis Gallicae:*

Sancti Petri et Arx Gallica (Saint Pierre et Fort de France), episcopatus a d. 27. Sept. 1850.

Ambitus: Insula Martinique — $987_{,82}$ kmq.

Incolae: 175 755 (1886),

Sacerdotes: 74 (praeter episcopum et vicarios generales), ab anno 1886 solummodo 56.

### VII. Provincia ecclesiastica Bituricensis.

Provincia ecclesiastica Bituricensis sita est in medio Galliae territorio et circuitu secundum Burdigalensem latissima. Resuscitatis Tutelensi et Aniciensi dioecesibus (1817—1821), quae initio saeculi suppressae erant, ad eundem suffraganearum ecclesiarum rediit statum, quem inde ab a. 1678, quo sejuncta est ex ejus ambitu provincia ecclesiastica Albigensis, usque ad perturbationem reipublicae obtinuerat. Suffraganeae sedes sunt: Aniciensis, Claromontensis, Lemovicensis, Sancti Flori, Tutelensis.

1. *Archidioecesis Bituricensis:*

Bituricae (Bourges), episcopatus antiquissimus.

Ambitus: Gubernia amnis Cari (Cher) et Ingeris (l'Indre) — 13 $994_{,64}$ kmq.

Incolae: 652 681, Paroeciae: 65,

Succursales: 430, Capellaniae: 28.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Claromontensis:*

Claromons (Clermont), episcopatus a saec. 3.

Ambitus: Gubernium montis Dumae (Puy-de-Dôme), $7950_{,51}$ kmq.

Incolae: 570 964, Paroeciae: 54,

Succursales: 447, Capellaniae: 175.

3. *Dioecesis Sancti Flori:*

Floropolis (Saint Flour) seu S. Flori urbs, quae et Indiciacus, in monte edito sic dicto condita, vicinum habet fluviolum Adiam nomine, episcopatus ab anno 1317.

Ambitus: Gubernium montis Cantalini (Cantal) — $5741_{,47}$ kmq.

Incolae: 241 742, Paroeciae: 24,

Succursales: 288, Capellaniae: 190.

4. *Dioecesis Aniciensis:*

Anicium (Le Puy), sic dictum a monte Anicio, episcopatus a saec. 3.

Ambitus: Gubernium Ligeris superioris (Haute-Loire) — 4962,$_{25}$ kmq.

Incolae: 320 063, Paroeciae: 33,

Succursales: 243, Capellaniae: 195.

5. *Dioecesis Lemovicensis:*

Lemovicae (Limoges) seu Lemovicum, ad Viennam fluvium, vulgo la Vienne, episcopatus a saec. 1.

Ambitus: Gubernia Viennae superioris (Haute-Vienne) et Crosae (Creuse) — 11 084,$_{88}$ kmq.

Incolae: 648 124, Paroeciae: 70,

Succursales: 404, Capellaniae: 35.

6. *Dioecesis Tutelensis:*

Tutela (Tulle), urbs partim in rupibus et saxis, partim in amoena planitie sita, duobus fluviolis Curretia et Solana in unum confluentibus cingitur, episcopatus a saec. 14.

Ambitus: Gubern. Corresii (Corrèze) — 5866,$_{09}$ kmq.

Incolae: 326 494, Paroeciae: 34,

Succursales: 255, Capellaniae: 71.

## VIII. Provincia ecclesiastica Cameracensis.

Metropolis Cameracensis simul cum Mechliniensi et Ultrajectensi instante Hispaniarum rege a Paulo IV. Pont. Max. per bullam d. d. 12. Maji 1559 erecta est. Suffraganeae tunc erant Atrebatensis, Tornacensis, Audomarensis et Namurcensis ecclesiae. 1801 Cameracum metropolis esse desiit et sequenti anno cum Atrebato provinciae Parisiensi attributum est suffraganeum.

Provincia ecclesiastica Cameracensis, uti nunc existit, anno 1841 ortum habuit, cum dioeceses Cameracensis et Atrebatensis a Parisina provincia solverentur; eodem tempore prior dignitatem metropolitanam et sedem Atrebatensem suffraganeam recepit.

1. *Archidioecesis Cameracensis:*

Cameracum (Cambrai), ad Scaldim fluvium, episcopatus a saec. 2., archiepiscopatus ab a. 1559 et denuo ab a. 1841.

Ambitus: Gubernium Septentrionis (Départ. du Nord) — 5680,$_{87}$ kmq. et 5 paroeciae in Belgio sitae.

Incolae: 1 673 318, quorum 3134 in Belgio;

Paroeciae: 67, Succursales: 604, ex quibus 5 in Belgio, Capellaniae: 157.

Sedes suffraganea:

2. *Dioecesis Atrebatensis:*

Atrebatum (Arras), ad flumen Scarpam, quod in Scaldim influit, episcopatus a saec. 5.; suffraganeus metropolitae Rhemensis usque ad a. 1559, unitos habet titulos Bononiae (Boulogne) et Sancti Audomari (Saint Omer).

Ambitus: Gubernium freti Gallici (Pas-de-Calais), 6605,$_{68}$ kmq.

Incolae: 853 526, Paroeciae: 52,

Succursales: 689, Capellaniae: 53.

## IX. Provincia ecclesiastica Camberiensis.

Adjunctis Gallico imperio Sabaudiae provinciis conventio cum gubernio eodem 15. Julii 1801 ad eas protenditur, exceptis articulis organicis et alia quavis dispositione, quae Ecclesiae doctrinae et juribus adversatur, litteris apostolicis ad archiepiscopum Camberiensem ejusque suffraganeos „Universi Dominici gregis" d. 31. Dec. 1860. Circuitu, incolarum paroeciarumque numero provincia ecclesiastica Camberiensis minima est in Galliae provinciis. Metropoli Camberiensi tres ecclesiae Anneciensis, Maurianensis, Tarantasiensis subordinatae sunt.

1. *Archidioecesis Camberiensis:*

Camberium (Chambéry), episcopatus ab a. 1779, archiepiscopatus ab a. 1817.

Ambitus: Gubernia Sabaudiae (Savoie) et Sabaudiae superioris (Haute-Savoie) (ex parte).

Incolae: 164 424, Paroeciae: 18,

Succursales: 153, Capellaniae: 50.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Anneciensis:*

Annecium (Annecy), episcopatus a d. 15. Martii 1822.

Ambitus: Gubern. Sabaudiae superioris (ex parte) et pagus Ugine circuli Albertville gubernii Sabaudiae.

Incolae: 267 496, Paroeciae: 29,

Succursales: 270, Capellaniae: 169.

3. *Dioecesis Maurianensis:*

Sancti Joannis in Mauriana (Saint Jean de Maurienne), episcopatus erectus saeculo 6.

Ambitus: Gubernium Sabaudiae (ex parte), porro communitas italica Ferrariensis (Ferrara Cenisio) in provincia Taurinensi.

Incolae: 69 000, Paroeciae: 10,

Succursales: 76, Capellaniae: 27.

4. *Dioecesis Tarantasiensis:*

Tarantasia (Tarentaise, Moutiers), episcopatus a saec. 5., sedes suppressa ab anno 1793 usque ad annum 1825 (20. Oct.).

Ambitus: Gubernium Sabaudiae (ex parte).

Incolae: 68 000, Paroeciae: 7,

Succursales: 79, Capellaniae: 22.

## X. Provincia ecclesiastica Lugdunensis.

Praesenti tempore metropoli Lugdunensi subjectae sunt ecclesiae suffraganeae: Divionensis, Augustodunensis, Sancti Claudii, Lingonensis, Gratianopolitana;

recepit ergo ex statu provinciae saeculi antecedentis quattuor priores, quarum Lingonensis et Sancti Claudii a. 1801 suppressae, postea denuo resuscitatae sunt; dioecesis Gratianopolitana antea suffraganea fuerat Viennae.

1. *Archidioecesis Lugdunensis:*

Lugdunum (Lyon), ad Rhodani et Araris confluentes, archiepiscopatus a saec. 2. unitum habet titulum Viennensem (Vienna, Vienne, urbs adsita Rhodano).

Ambitus: Gubernia Rhodani (Rhône), excepto pago Villeurbanne, et Ligeris (Loire) — $7550_{,01}$ kmq.

Incolae: 1 341 306, Paroeciae: 74,

Succursales: 589, Capellaniae: 368.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Augustodunensis:*

Augustodunum (Autun), episcopatus a saec. 2.

Ambitus: Gubernium Araris et Ligeris (Saône-et-Loire) — $8551_{,74}$ kmq.

Incolae: 625 885, Paroeciae: 65,

Succursales: 458, Capellaniae: 68.

3. *Dioecesis Sancti Claudii:*

Sancti Claudii (Saint Claude), episcopatus erectus anno 1742.

Ambitus: Gubernium Jurassi (Jura) — $4994_{,01}$ kmq.

Incolae: 281 292, Paroeciae: 34,

Succursales: 356, Capellaniae: 24.

4. *Dioecesis Divionensis:*

Divio (Dijon), episcopatus erectus saec. 18.

Ambitus: Gubernium collis Aurei (Côte-d'Or) — $8761_{,16}$ kmq.

Incolae: 381 574, Paroeciae: 38,

Succursales: 477, Capellaniae: 13.

5. *Dioecesis Gratianopolitana:*

Gratianopolis (Grenoble), ad Isaram, episcopatus erectus saec. 4.

Ambitus: Gubernium Isarae (Isère) et pagus Villeurbanne (Rhône).

Incolae: 621 639, Paroeciae: 51,

Succursales: 530, Capellaniae: 88.

6. *Dioecesis Lingonensis:*

Lingones (Langres), episcopatus erectus saec. 3.

Ambitus: Gubernium Matronae superioris (Haute-Marne) $6219_{,68}$ kmq.

Incolae: 254 876, Paroeciae: 28,

Succursales: 416, Capellaniae: 28.

## XI. Provincia ecclesiastica Parisiensis.

Provincia ecclesiastica Parisiensis ratione incolarum maxima est omnium Galliae. Easdem habet suffraganeas, quas exeunte saeculo priore: Blesensem, Carnutensem, Meldensem, Aurelianensem, Versaliensem.

1. *Archidioecesis Parisiensis:*

Parisii (Lutetia Parisiorum, urbs Galliarum primaria, Paris), episcopatus a saec. 3., archiepiscopatus ab a. 1622.

Ambitus: Gubernium Sequanae (Seine) — $478_{,75}$ kmq.

Incolae: 2 799 329, Paroeciae: 38,

Succursales: 104, Capellaniae: 7.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Blesensis:*

Blesae (Blois), cujus ager ob multiplicem amoenitatem hortus Galliae nuncupatur, episcopatus a saec. 17.

Ambitus: Gubern. Liderici et Cari (Loir-et-Cher) $6350_{,92}$ kmq.

Incolae: 279 214, Paroeciae: 28,

Succursales: 266, Capellaniae: 9.

3. *Dioecesis Carnutensis:*

Carnutum (Chartres), urbs est inter Ligerim et Sequanam media, a quibus aequalibus utrimque distat intervallis; episcopatus a saec. 3.

Ambitus: Gubernium Eburae et Liderici (Eure-et-Loir) — $5874_{,39}$ kmq.

Incolae: 283 719, Paroeciae: 25,

Succursales: 351, Capellaniae: 12.

4. *Dioecesis Meldensis:*

Meldae (Meldi, Meaux), episcopatus a saec. 3.

Ambitus: Gubernium Sequanae et Matronae (Seine-et-Marne) — $5736_{,35}$ kmq.

Incolae: 355 136, Paroeciae: 39,

Succursales: 402, Capellaniae: 8.

5. *Dioecesis Aurelianensis:*

Aurelia (Orléans), opportunissimo loco sita juxta fluvium Ligerim, episcopatus erectus saec. 3.

Ambitus: Gubernium Lidericini seu Ligerulae (Loiret) — $6771_{,19}$ kmq.

Incolae: 374 875, Paroeciae: 41,

Succursales: 293, Capellaniae: 23.

6. *Dioecesis Versaliensis:*

Versaliae (Versailles), episcop. erect. d. 9. Mart. 1802.

Ambitus: Gubernium Sequanae et Oesiae (Seine-et-Oise) — $5603_{,64}$ kmq.

Incolae: 618 089, Paroeciae: 64,

Succursales: 520, Capellaniae: 38.

## XII. Provincia ecclesiastica Rhemensis.

Ecclesia Rhemorum, antiquitate venerabilis, concordato anni 1801 e medio sublata est, suffraganeis aut suppressis aut ad metropolim Parisiensem transscriptis. Post novam demum divisionem ecclesiasticam anno 1821 factam metropolis Rhemensis iterum apparet. Suffraganeae nunc existentes jam exeunte saeculo superiore existebant, iis tamen aliae junctae erant; insuper nunc Suessiones cum Lauduno uniti sunt.

Suffraganeae ecclesiae habentur: Ambianensis, Bellovacensis, Catalaunensis, Suessionensis et Laudunensis.

1. *Archidioecesis Rhemensis:*

Rhemi (Rheims, Reims), urbs posita in amoena planitie ad dextram amnis Vidulae ripam, templi artificiosa extrinsecus structura nobilis, archiepiscopatus antiquissimus.

Ambitus: Gubernium Arduennae silvae (Ardennes) et circulus Rhemensis in gubernio Matronae (Marne).
Incolae: 522 401, Paroeciae: 47,
Succursales: 542, Capellaniae: 9.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Ambianensis:*

Ambianum (Amiens), episcopatus erectus saec. 3.
Ambitus: Gubern. Sominae (Somme) — $6161_{,20}$ kmq.
Incolae: 548 982, Paroeciae: 60,
Succursales: 609, Capellaniae: 49.

3. *Dioecesis Bellovacensis:*

Bellovacum (Beauvais), episcopatus antiquissimus; sedes suppressa 1801, restituta d. 10. Oct. 1822.
Ambitus: Gubernium Oesiae (Oise) — $5855_{,06}$ kmq.
Incolae: 403 146, Paroeciae: 39,
Succursales: 501, Capellaniae: 10.

4. *Dioecesis Catalaunensis:*

Catalaunum (Châlons sur Marne), ad Matronam fl. positum, episcopatus erectus saec. 4.
Ambitus: Gubernium Matronae (Marne) excepto circulo Rhemensi.
Incolae: 237 699, Paroeciae: 24,
Succursales: 313, Capellaniae: 6.

5. *Dioecesis Suessionensis:*

Suessiones (Soissons), episcopatus erectus saec. 3., unitum habet titulum Laudunensem (Laudunum, Laon).
Ambitus: Gubernium Axonae (Aisne) — 7352 kmq.
Incolae: 555 925, Paroeciae: 39,
Succursales: 538, Capellaniae: 15.

## XIII. Provincia ecclesiastica Rhedonensis.

Provincia ecclesiastica Rhedonensis a paucis decenniis existit et nata est dismembratione provinciae Turonensis facta vi bullae d. d. 3. Jan. 1859. Suffraganeae ei datae sunt: Corisopitensis et Leoniensis, Briocensis et Trecorensis, Venetensis. (Cf. Pii IX. Acta. Pars I. vol. III. pag. 34.)

1. *Archidioecesis Rhedonensis:*

Rhedones (Rennes), urbs in centrali Britanniae minoris planitie sub aëris clementia et salubritate ample ornateque condita, episcopatus erectus saec. 3., archiepiscopatus vi bullae „Ubi primum placuit“ d. d. 3. Jan. 1859.

Ambitus: Gubernium Ellae et Vicenoniae (Ille-et-Villaine) — $6725_{,83}$ kmq.
Incolae: 621 384, Paroeciae: 60,
Succursales: 323, Capellaniae: 379.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Briocensis:*

Briocum (Saint Brieuc), episcopatus erectus saec. 5., unitum habet titulum dioeceseos Trecorensis (Trecorium, Tréguier).
Ambitus: Gubern. Orarum septentrionalium (Côtes-du-Nord) — $6885_{,62}$ kmq.
Incolae: 628 256, Paroeciae: 48,
Succursales: 354, Capellaniae: 395.

3. *Dioecesis Corisopitensis:*

Corisopitum (Quimper, Cornuaille), episcopatus erectus saec. 5., titulum habet unitum dioeceseos Leoniensis (Leonia, Léon).
Ambitus: Gubernium Finis terrae (Finistère) — $6721_{,67}$ kmq.
Incolae: 707 820, Paroeciae: 48,
Succursales: 262, Capellaniae: 281.

4. *Dioecesis Venetensis:*

Venetiae (Vannes), episcopatus erectus saec. 3.
Ambitus: Gubernium sinus Morbihani (Morbihan) — $6797_{,81}$ kmq.
Incolae: 535 256, Paroeciae: 38,
Succursales: 239, Capellaniae: 279.

## XIV. Provincia ecclesiastica Rotomagensis.

Provinciae ecclesiasticae Rotomagensis partes constituentes sunt archidioecesis ejusdem nominis et suffraganeae: Bajocensis et Lexoviensis, Constantiensis, Ebroicensis, Sagiensis.

1. *Archidioecesis Rotomagensis:*

Rotomagus (Rouen), ad Sequanam, episcopatus erectus saec. 2., archiepiscopatus a saec. 5. vel 6.
Ambitus: Gubernium Sequanae inferioris (Seine-Inférieure) — $6035_{,50}$ kmq.
Incolae: 833 386, Paroeciae: 63,
Succursales: 595, Capellaniae: 62.

Dioeceses suffraganeae:

2. *Dioecesis Bajocensis:*

Bajocae (Bayeux), episcopatus erectus saec. 2., unitum habet titulum Lexoviensem (Lexovium, Lisieux).
Ambitus: Gubernium rupis Calvadosiae (Calvados) — $5520_{,72}$ kmq.
Incolae: 432 999, Paroeciae: 43,
Succursales: 449, Capellaniae: 91.

3. *Dioecesis Constantiensis:*

Constantia (Coutances), inferioris Normanniae urbs, oceano propinqua, collis vertici assidet pluribus aliis circumcincta, episcopatus erectus saec. 5.

Ambitus: Gubernium Oceani Britannici (La Manche) — 5928,$_{38}$ kmq.
Incolae: 520 865, Paroeciae: 61,
Succursales: 613, Capellaniae: 285.

4. *Dioecesis Ebroicensis:*

Ebroicae (Evreux), civitas est Normanniae ad Ittonem fluvium sita, qui urbem praeterfluens non longe hinc in Auduram dilabitur; episcopatus erectus saec. 3.
Ambitus: Gubern. Eburae (Eure) — 5957,$_{65}$ kmq.
Incolae: 358 829, Paroeciae: 37,
Succursales: 546, Capellaniae: 24.

5. *Dioecesis Sagiensis:*

Sagium (Séez), episcopatus erectus saec. 3.
Ambitus: Gubern. Olinae (Orne) — 6097,$_{29}$ kmq.
Incolae: 367 248, Paroeciae: 45,
Succursales: 467, Capellaniae: 135.

## XV. Provincia ecclesiastica Senonensis.

Metropolis Senonensis cum suffraganeis, exceptis Trecis, anno 1801 suppressa est. Nunc praeter Bethlehemensem easdem habet suffraganeas; titulus tamen Autisiodorensis cum Senonensi unitus, insuper Molinensis accessit ecclesia. Suffraganeae sunt ergo: Molinensis, Nivernensis, Trecensis.

1. *Archidioecesis Senonensis:*

Senones (Sens), ad Icaunam, archiepiscopatus a saeculo 3., unitum habet titulum Autisiodorensem (Autisiodurum, Auxerre).
Ambitus: Gubern. Icaunae (Yonne) — 7428,$_{04}$ kmq.
Incolae: 365 364, Paroeciae: 49,
Succursales: 440, Capellaniae: 4.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Molinensis:*

Molinae (Moulins), episcopatus erectus 27. Jul. 1817.
Ambitus: Gubern. Elaveri (Allier) — 7308,$_{37}$ kmq.
Incolae: 424 582, Paroeciae: 31,
Succursales: 281, Capellaniae: 55.

3. *Dioecesis Nivernensis:*

Nivernum (Nevers), urbs ad Ligeris et Niveris in Aeduis confluentes sita, episcopatus a saec. 4.
Ambitus: Gubernium amnis Niverni (Nièvre) — 6816,$_{56}$ kmq.
Incolae: 347 645, Paroeciae: 35,
Succursales: 272, Capellaniae: 23.

4. *Dioecesis Trecensis:*

Trecae (Troyes), ad Sequanam, episcopatus a saec. 4.
Ambitus: Gubern. Albulae (Aube) — 6001,$_{39}$ kmq.
Incolae: 257 374, Paroeciae: 40,
Succursales: 383, Capellaniae: 8.

## XVI. Provincia ecclesiastica Tolosana.

Ex septem suffraganeis ecclesiis, quae sub metropoli Tolosana saeculo praecedenti constitutae et omnes a. 1801 suppressae erant, non nisi Montis Albani et Apamiensis resuscitatae sunt. Reliquas, quas hodierna provincia Tolosana continet, partes e suppressa provincia Narbonensi accepit. Suffraganeae sunt: Carcassonensis, Montis Albani, Apamiensis.

1. *Archidioecesis Tolosana:*

Tolosa (Toulouse), quae Garumnae est apposita, episcopatus a saec. 3., archiepiscopatus a die 26. Maji 1317, unitum habet titulum Narbonensem (Narbo, Narbona, Narbonne).
Ambitus: Gubernium Garumnae superioris (Haute-Garonne) — 6289,$_{88}$ kmq.
Incolae: 481 169, Paroeciae: 44,
Succursales: 508, Capellaniae: 63.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Carcassonensis:*

Carcassum (Carcaso, Carcassonne), Perpinianum et Tolosam interjacet, media circiter utrinque, episcopatus a saec. 6.
Ambitus: Gubern. Ataxis (Aude) — 6313,$_{24}$ kmq.
Incolae: 332 080, Paroeciae: 37,
Succursales: 378, Capellaniae: 40.

3. *Dioecesis Montis Albani:*

Mons Albanus (Montauban), urbs solo ubere et amoeno ad Tarnem fluvium sita, episcopatus a saec. 14.
Ambitus: Gubernium Tarnis et Garumnae (Tarn-et-Garonne) — 3720,$_{16}$ kmq.
Incolae: 214 046, Paroeciae: 31,
Succursales: 296, Capellaniae: 36.

4. *Dioecesis Apamiensis:*

Apamiae (Pamiers), civitas sita ad ripam fluvii Aurigerae, episcopatus erectus a Bonifacio VIII. anno 1295; ab a. 1317 suffraganeus metropolitae Tolosani, antea Narbonensis.
Ambitus: Gub. Aurigerae (Ariège) — 4893,$_{87}$ kmq.
Incolae: 237 619, Paroeciae: 22,
Succursales: 321, Capellaniae: 21.

## XVII. Provincia ecclesiastica Turonensis.

Provincia ecclesiastica Turonensis usque ad diem 3. Jan. 1859 maxima erat provinciarum Galliae. Eo autem die metropolis Rhedonensis creata et a provincia Turonensi una cum dioecesibus Corisopitensi, Briocensi, Venetensi dismembrata est. Manserunt provinciae Turonensi tantum suffraganeae: Andegavensis, Vallis Guidonis, Cenomanensis, Nannetensis.

1. *Archidioecesis Turonensis:*

Turones (Tours), ad Ligerim, episcopatus a saec. 3.

Ambitus: Gubernium Ingeris et Ligeris (Indre-et-Loire) — $6113_{,70}$ kmq.
Incolae: 340 921, Paroeciae: 36,
Succursales: 253, Capellaniae: 40.

Dioeceses suffraganeae:

2. *Dioecesis Andegavensis:*

Andegavum (Angers), ad Meduanam, episc. a saec. 4.
Ambitus: Gubernium Meduanae et Ligeris (Maine-et-Loire) — $7120_{,93}$ kmq.
Incolae: 527 680, Paroeciae: 37,
Succursales: 377, Capellaniae: 129.

3. *Dioecesis Vallis Guidonis:*

Vallis Guidonis (Laval), episcop. a d. 30. Jun. 1855.
Ambitus: Gubernium Meduanae (Mayenne) — $5170_{,63}$ kmq.
Incolae: 340 063, Paroeciae: 31,
Succursales: 265, Capellaniae: 168.

4. *Dioecesis Cenomanensis:*

Cenomanum (Le Mans), ad Sartiam amnem, episcopatus antiquissimus.
Ambitus: Gubern. Sartae (Sarthe) — $6206_{,68}$ kmq.
Incolae: 436 111, Paroeciae: 38,
Succursales: 350, Capellaniae: 111.

5. *Dioecesis Nannetensis:*

Nannetes (Nantes), ad Ligerim, episcopatus antiquissimus.
Ambitus: Gubernium Ligeris inferioris (Loire-Inférieure) — $6874_{,56}$ kmq.
Incolae: 643 884, Paroeciae: 52,
Succursales: 208, Capellaniae: 215.

**Conspectus summarius omnium dioecesium in Gallia existentium** [1]. (Fons: La France ecclésiastique. 1889.)

| Ecclesiae metropolitanae et suffraganeae. | Incolae. | Paroeciae, Succurs., Capellan. |
|---|---|---|
| Archidioec. Aquensis . | 189 629 | 150 |
| Dioec. Diniensis . . . | 129 494 | 362 |
| „ Forojuliensis . . | 283 689 | 237 |
| „ Vapincensis . . | 122 924 | 260 |
| „ Massiliensis . . | 416 311 | 102 |
| „ Niciensis . . . | 238 057 | 255 |
| „ Adjacensis . . | 278 501 | 511 |
| Prov. eccles. Aquensis | 1 658 635 | 1 877 |
| Archidioec. Albiensis . | 358 757 | 564 |
| Dioec. Cadurcensis . . | 271 514 | 537 |
| „ Mimatensis . . | 141 264 | 352 |
| „ Elnensis . . . | 211 187 | 266 |
| „ Ruthenensis . . | 415 826 | 883 |
| Prov eccles. Albiensis | 1 398 548 | 2 602 |
| Archidioec. Auscensis . | 274 391 | 569 |
| Dioec. Aturensis . . . | 302 266 | 362 |
| „ Bajonensis . . | 432 999 | 583 |
| „ Tarbiensis. . . | 234 825 | 463 |
| Prov. eccles. Auscensis | 1 244 481 | 1 977 |
| Archidioec. Avenionensis | 242 021 | 220 |
| Dioec. Montis Pessulani | 439 044 | 381 |
| „ Nemausensis . . | 423 804 | 336 |
| „ Valentinensis . . | 314 615 | 419 |
| „ Vivariensis . . | 384 378 | 505 |
| Prov. eccles. Avenionensis | 1 803 862 | 1 861 |
| Archidioec. Bisuntina . | 681 675 | 971 |
| Dioec. Bellicensis . . . | 364 408 | 516 |
| „ Sancti Deodati . | 413 707 | 434 |
| „ Nanceiensis et Tullensis . . | 431 693 | 510 |
| „ Virodunensis . . | 291 971 | 508 |
| Prov. eccles. Bisuntina | 2 183 454 | 2 939 |
| Archidioec. Burdigalensis | 775 845 | 584 |
| Dioec. Aginnensis . . | 307 437 | 471 |
| „ Engolismensis . | 366 408 | 368 |
| „ Lucionensis . . | 437 808 | 419 |
| „ Petrocoriensis . | 492 205 | 581 |
| „ Pictaviensis . . | 690 398 | 735 |
| „ Rupellensis . . | 462 803 | 424 |
| Prov. eccl. Burd. (p. cont.) | 3 532 904 | 3 582 |

| Ecclesiae metropolitanae et suffraganeae. | Incolae. | Paroeciae, Succurs., Capellan. |
|---|---|---|
| Dioec. Reunionis seu S. Dionysii . . . | 215 000 | 54 |
| „ Guadelupensis seu Imae Telluris . | 182 619 | 61 |
| „ Sancti Petri et Arcis Galliae . | 175 755 | 56 |
| [Pr. eccl. Burd. (p. mar.) | 573 374 | 171] |
| Archidioec. Bituricensis | 652 681 | 523 |
| Dioec. Claromontensis . | 570 964 | 676 |
| „ Sancti Flori . . | 241 742 | 492 |
| „ Aniciensis . . | 320 063 | 471 |
| „ Lemovicensis . | 648 124 | 509 |
| „ Tutelensis . . | 326 494 | 360 |
| Prov. eccles. Bituricensis | 2 760 068 | 3 031 |
| Archid. Cameracensis . | 1 673 318 | 823 |
| Dioec. Atrebatensis . . | 853 526 | 794 |
| Prov. eccl. Cameracensis | 2 526 844 | 1 617 |
| Archid. Camberiensis . | 164 424 | 221 |
| Dioec. Annecciensis . . | 267 496 | 468 |
| „ Sancti Joannis Maurianensis . | 69 000 | 113 |
| „ Tarantasiensis . | 68 000 | 108 |
| Prov. eccl. Camberiensis | 568 920 | 910 |
| Archid. Lugdunensis . | 1 341 306 | 1 031 |
| Dioec. Augustodunensis | 625 885 | 591 |
| „ Sancti Claudii . | 281 292 | 414 |
| „ Divionensis . . | 381 574 | 528 |
| „ Gratianopolitana | 621 639 | 669 |
| „ Lingonensis . . | 254 876 | 472 |
| Prov. eccl. Lugdunensis | 3 506 568 | 3 705 |
| Archidioec. Parisiensis | 2 799 329 | 149 |
| Dioec. Blesensis . . . | 279 214 | 303 |
| „ Carnutensis . . | 283 719 | 388 |
| „ Meldensis . . | 355 136 | 449 |
| „ Aurelianensis . | 374 875 | 357 |
| „ Versaliensis . . | 618 089 | 622 |
| Prov. eccles. Parisiensis | 4 710 362 | 2 268 |

| Ecclesiae metropolitanae et suffraganeae. | Incolae. | Paroeciae, Succurs., Capellan. |
|---|---|---|
| Archidioec. Rhemensis | 522 401 | 598 |
| Dioec. Ambianensis . . | 548 982 | 718 |
| „ Bellovacensis . | 403 146 | 550 |
| „ Catalaunensis . | 237 699 | 343 |
| „ Suessionensis . | 555 925 | 592 |
| Prov. eccles. Rhemensis | 2 268 153 | 2 801 |
| Archidioec. Rhedonensis . . . . . . . | 621 384 | 762 |
| Dioec. Briocensis . . | 628 256 | 797 |
| „ Corisopitensis . | 707 820 | 591 |
| „ Venetensis . . | 535 256 | 556 |
| Prov. eccles. Rhedonensis . . . . . . . | 2 492 716 | 2 706 |
| Archid. Rotomagensis . | 833 386 | 720 |
| Dioec. Bajocensis . . | 432 999 | 583 |
| „ Constantiensis . | 520 865 | 959 |
| „ Ebroicensis . . | 358 829 | 607 |
| „ Sagiensis . . . | 367 248 | 647 |
| Prov. eccles. Rotomagensis . . . . . | 2 513 327 | 3 516 |
| Archidioec. Senonensis | 365 364 | 493 |
| Dioec. Molinensis . . | 424 582 | 367 |
| „ Nivernensis . . | 347 645 | 330 |
| „ Trecensis . . . | 257 374 | 431 |
| Prov. eccles. Senonensis | 1 794 965 | 1 621 |
| Archidioec. Tolosana . | 481 169 | 615 |
| Dioec. Carcassonensis . | 332 080 | 455 |
| „ Montis Albani . | 214 046 | 363 |
| „ Apamiensis . . | 237 619 | 364 |
| Prov. eccles. Tolosana | 1 264 914 | 1 797 |
| Archidioec. Turonensis | 340 921 | 329 |
| Dioec. Andegavensis . | 527 680 | 543 |
| „ Vallis Guidonis | 340 063 | 464 |
| „ Cenomanensis . | 436 111 | 499 |
| „ Nannetensis . . | 643 884 | 475 |
| Prov. eccles. Turonensis | 2 288 659 | 2 310 |
| Summa totalis | 38 517 380 | 41 120 |

[1] „L'Univers", 10. janvier 1889:

**Statistique du culte protestant.**

Nous trouvons dans „l'Eglise libre" et nous reproduisons à titre d'information la statistique ci-après:

101 églises consistoriales,

532 paroisses,

638 places de pasteurs rétribués par l'Etat, dont 12 hors classe (à Paris). 107 de 1^e^, 99 de 2^e^ et 420 de 3^e classe . . .

### Principatus Monoecensis.

*Dioecesis exemta Monoecensis:*

Decreto consistoriali „Pastoris Aeterni" d. d. 30. Apr. 1868 territorium principatus Monoecensis (Monaco) a dioecesi Niciensi separatum et in abbatiam Benedictinorum congregationis Cassinensis primitivae observantiae erectum est sub titulo Sanctorum Nicolai et Benedicti (Acta Pii IX. Pars I. vol. V. pag. 369).

Novissimo vero tempore pro eodem principatu sedes episcopalis erecta est.

Ambitus: Principatus Monoecensis — $21_{,6}$ kmq.
Incolae (1886): 12548.

Fontes:

Gallia christiana in provincias ecclesiasticas distributa; qua series et historia archiepiscoporum, episcoporum et abbatum Franciae vicinarumque ditionum ab origine ecclesiarum ad nostra tempora deducitur et probatur ex authenticis instrumentis ad calcem appositis. Opera et studio Dionysii Sammarthani (Saint-Marthe), presbyteri et monachi O. S. B. e Congr. Sancti Mauri. Parisiis 1716 sq.

Statistique générale et particulière de la France. Paris 1803.

La France ecclésiastique, almanach-annuaire du Clergé pour l'an de Grâce 1889. Paris.

## Caput sextum.

# Neerlandia (Belgium et Hollandia). Luxemburgum.

### Neerlandia.

1. Neerlandiae (Hollandiae et Belgii) fata politica.

Provinciae septendecim Belgicae sive Neerlandicae, quas Carolus V. imperator sanctione pragmatica a. 1549 promulgata ad tempus perpetuum et modo inseparabili Hispaniae univerat jure primogeniturae transmittendas, jam a. 1579 iterum discissae sunt, quum quinque provinciae septentrionales: Hollandia, Zeelandia, Ultrajectum, Geldria, Frisia, inita unione Ultrajectensi, sese ab Hispanis liberas constituissent; quibus a. 1580 provincia Transisalana et a. 1594 Groninga se adjunxit, sicque respublica provinciarum Batavicarum foederatarum (Belgii foederati) ortum habuit.

Neerlandiae pars Hispanica sive catholica pace Pyrenaica a. 1659 et pace Aquisgranensi a. 1668 iterum divisa est; Artesia enim (Artois), nonnulla Flandriae oppida, Hannonia, Namurcum, Luxemburgum Galliae concessa indeque Belgium Gallicum appellata sunt. Pace Ultrajectensi a. 1713 Belgium Hispanicum ad Germanicam domus Austriacae stirpem rediit et usque ad perturbationem Gallicam permansit.

Respublica Belgii foederati, cujus gubernatores principes Arausicani (Oranien, Orange) jure haereditario renuntiati erant a. 1747, d. 16. Maji 1795 in novam formam proclamata *republica Batavica* redacta est. Nova autem respublica aliquas plagas meridionales, imprimis Trajectum ad Mosam, Venloo, Limburgum Statuum, Flandriam Statuum (partem regionis quae vocabatur „Generalitätslande"), Galliae cedere et cum eadem perpetuo foedere conjungi coacta est. Constitutione porro mutata d. 18. Oct. 1801 respublica Batavica in septem provincias (départements) et „Generalitätslande" (i. e. territoria quaedam in Brabantia, Flandria, Limburgo, Geldria), quae octavam provinciam efficiebant, divisa est. Anno autem 1806 d. 5. Jun. Ludovicus Bonaparte rex Hollandiae proclamatus est. Ejus regno Hollandico a. 1808 Frisia orientalis cum Jever et Varel oppidis et dominio Kniphausen adjecta, at vicissim tractus inter fines Gallicos et Mosam fluvium interjacens, item pars Zeelandiae cum urbibus munitis Berga ad Zomam (Bergen-op-Zoom), Breda, Buscoduco seu Silva Ducis ('s Hertogenbosch), Gertrudenburgo, Vlissinga amputata sunt. Postremo Hollandia imperio Gallico incorporata est a. 1810, ita ut jam 17 illae provinciae, quas olim Belgium incluserat, eodem regerentur gubernio. Hic rerum status mansit ad finem usque anni 1813.

Regnum porro Neerlandicum, quod paulo post natum est (a. 1815) et usque ad annum 1830 duravit, et ipsum easdem 17 provincias sub Carolo V. unitas comprehendit, mutatis tamen plus minusve limitibus. Brabantia etiam propter amplitudinem in partem septentrionalem et meridionalem divisa idemque factum est in Flandria; comitatus Drentiae (Drenthe), qui hucusque ad Groningam spectaverat, provincia evasit. Ab hoc Neerlandiae regno a. 1830 Belgium defecit novumque regnum constituit.

Le chiffre approximatif total de la population réformée en France, d'après les données fournies par les pasteurs de chaque province, était au 1er janvier 1883 de 550 066 . . . Outre les 532 paroisses, le culte se célèbre périodiquement, à intervalles plus ou moins rapprochés dans 699 annexes. Le nombre de temples et oratoires est de 929, celui des autres locaux non consacrés, mais servants à la célébration du service divin 256 . . .

2. Fata ecclesiastica Neerlandiae (Belgii et Hollandiae) anteriora.

A temporibus remotissimis iis in terris, quibus regna Belgii et Bataviae (Hollandiae) moderna componuntur, sex existebant episcopatus: Tornacensis, Cameracensis, Atrebatensis (Cameracum et Atrebatum, nunc in Gallia, dioeceses habebant per Belgii hodierni partes protensas), Taruannensis, Ultrajectensis, Leodiensis. Taruanna a. 1553 sedes episcopalis esse desiit. Ceteras autem dioeceses rebus spiritualibus catholicorum apte dirigendis impares fuisse facile intelligitur; adde quod antiquitus extraneis metropolibus Rhemensi et Coloniensi subjectae erant. Quare Carolus V. filio Philippo II. regnum tradens enixe commendavit, ut negotiis regionum illarum ecclestiasticis tuendis et in meliorem ordinem disponendis operam daret, utque administrationem dioecesanam aptiorem promoveret quam eatenus fieri potuisset, obstante imprimis nimia dioecesium Atrebatensis, Cameracensis, Ultrajectensis, Tornacensis latitudine atque distantia.

Ad eum finem consequendum Philippus II. doctorem Sonnium, qui concilio quoque Tridentino interfuerat, facultatibus ad id impertitis Romam misit et a Paulo IV. Papa, ut suis patrisque votis annueretur, impetravit. Pro dioecesibus Cameracensi, Tornacensi, Atrebatensi, Ultrajectensi et Leodiensi bulla „Super universas“ d. 12. Maji 1559 data Summus Pontifex in Neerlandia Hispanica duodeviginti dioeceses, inter quas quattuordecim plane novae erant, constituit.

Leodio in provincia Coloniensi relicto, reliquae dioeceses in tres provincias distributae sunt, quarum archiepiscopatus et metropoles constitutae sunt: Ultrajectum, Mechlinium, Cameracum.

Antiqua sedes episcopalis Ultrajectensis, a S. Willibrordo, auctore Sergio I. Papa, fundata et per 850 annorum spatium 60 episcoporum serie illustrata, in archidioecesim promota Harlemum, Daventriam, Leovardiam, Groningam, Medioburgum accepit suffraganeas; quarum sex dioecesium novarum territorium Hollandiam septentrionalem et meridionalem, provinciam Ultrajectensem, Frisiam, Transisalanam, Groningam, Drentiam cum parte Geldriae et Zeelandiae ambiebat.

Mechlinium, quae sedes Belgii primatialis destinabatur, sex habebat suffraganatus: Antverpiam et Buscoducum in Brabantia, Gandavum, Brugas, Ypram in Flandria ac Ruraemundam in Geldria. Cameracensis metropolis dioeceses Atrebatensem, Tornacensem, Audomaropolitanam, Namurcensem subditas habuit.

Paulo IV., antequam res ad finem perducta est, defuncto, successor ejus Pius IV. coepta perficienda curavit. Verumtamen ordo vix creatus, antequam tempore satis invalescere potuit, funestis, quae saeculo sexto decimo exeunte acciderunt, factis plurimum est labefactatus. Incolis enim maximam partem a fide avita alienatis, episcopis auctoritate fere destitutis atque ejectis, sedibus orbatis nec spe ulla iis in adjunctis relicta, fore, ut novis pastoribus aditus pateret, Sancta Sedes facere non potuit, quin sedes episcopales Ultrajectensem, Harlemensem, Daventriensem, Leovardiensem, Groningensem, Mediobungensem pro deletis haberet earumque territoria in missiones apostolicas transformaret.

In provincia Mechliniensi dioecesis Buscoducensis, quae in Batavorum manus lapsa erat, ab Alexandro VII. suppressa et a. 1662 in vicariatum apostolicum generalem transmutata est. Vicissitudines autem territoriales ea dioecesis perpaucas experta est, nisi quod Ravenstenium et Megen saeculo decimo septimo disjuncta sunt, quae postea vicariatum separatum effecerunt, item a. 1731 districtus Gheel, qui, postquam per aliquod tempus a vicario particulari administratus est, a. 1801 dioecesi unitus est Mechliniensi.

3. Status septem Bataviae districtuum ecclesiasticorum anno 1837. (Sec. ephemerides: Unparteiische Universal-Kirchenzeitung. 1837. Nr. 73.)

I. Missio Hollandiae. Septem archipresbyteratus, in quos haec missio divisa erat, a totidem archipresbyteris immediato regimini vice-superioris missionis, A. Antonucci, internuntii Sanctae Sedis ad aulam Neerlandicam, subjectis administrabantur.

Archipresbyteratuum nomina hic adscripta sunt cum numeris stationum sive circumscriptionum parochialium appositis:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1. | Archipresbyteratus | Hollandiae et Zeelandiae | cum | 179 | stationibus |
| 2. | „ | Ultrajectensis . . . . | „ | 64 | „ |
| 3. | „ | Geldriae . . . . . . | „ | 56 | „ |
| 4. | „ | Frisiae . . . . . . . | „ | 31 | „ |
| 5. | „ | Isalandiae (Salland) et Drentiae (Drenthe) | „ | 27 | „ |
| 6. | „ | Tubantiae (Twenthe) | „ | 30 | „ |
| 7. | „ | Groningae . . . . . | „ | 11 | „ |
| | | | Summa | 398 | stationes. |

Hae stationes in provinciis septentrionalibus sequenti ordine sitae erant: 1 in Brabantia septentrionali; 66 in Geldria, 108 in Hollandia septentrionali, 81 in Hollandia meridionali, 8 in Zeelandia, 37 in provincia Ultrajectensi, 31 in Frisia, 11 in Groninga, 3 in Drentia.

Prior istorum archipresbyteratuum utpote amplissimus et in octo decanatus divisus proprium habebat seminarium et minus et majus in domibus separatis. Ceteris unum erat commune seminarium majus. Professores aderant 12 et alumni 150, ex quibus tertia pars in seminario minore.

Ecclesiae in 398 illis stationibus erant 437 cum 650 sacerdotibus, e quibus 398 titulum habebant parochorum, reliqui capellanorum, 361 sacerdotes erant saeculares, 37 regulares, i. e. 21 Franciscani, 10 Dominicani, 4 Jesuitae, 2 Augustiniani. Universus religiosorum sacerdotum numerus ca. 100 erat, qui tamen

a gubernio non agnoscebantur. Numerus incolarum missionis catholicorum 480 000 animarum indicatus est.

II. Vicariatus generalis Buscoducensis. In novem decanatus divisus sub administratore apostolico 137 circumscriptiones paroeciales continebat, quarum 131 sitae erant in Brabantia septentrionali, 5 in Geldria, 1 in Limburgo. Ex his stationibus 2 a Franciscanis, 15 a sacerdotibus quondam abbatiarum Sancti Bernardi, Postel et Tongerloo, ceterae a sacerdotibus saecularibus procurabantur. Ecclesiae aderant 153 cum sacerdotibus 230, quorum 137 titulo parochorum sive rectorum insigniti erant, reliqui capellanorum seu cooperatorum vice fungebantur. Huic districtui proprium erat seminarium majus et minus cum 13 professoribus et 180 alumnis; congregationes etiam quaedam religiosae pueris instruendis et aegris curandis operam dabant. Incolarum numerus catholicorum 200 000 esse censebatur.

III. Vicariatus generalis apostolicus partis Batavicae dioecesis quondam Ruraemundensis. Distributus in tres decanatus 63 circumscriptiones paroeciales habebat, scilicet 22 in Brabantia septentrionali, 35 in Geldria, 7 in Limburgo sitas, quarum 7 a religiosis administrabantur, et 3 quidem a Franciscanis, 2 a Dominicanis, 1 a Jesuitis, 1 a Carmelitis, ceterae a saecularibus presbyteris. Omnibus his stationibus erant 71 ecclesiae et 109 sacerdotes, videlicet 54 parochi aut „deservitores", reliqui capellani vel vicarii. Deficiente proprio seminario hujus districtus clerici studia in seminario districtus secundi peragere solebant.

In hoc vicariatu complures adhuc monachorum et monialium coenobia aderant post suppressionem a. 1812 decretam a paucis incolis habitata, quibus potestas civilis a. 1814 facultatem ad vitae obitum usque ibidem permanendi fecerat, adjecta tamen explicita conditione, ut novitios non reciperent atque pensioni annuae, quae eis ex decreto imperiali d. d. 14. Nov. 1811 debebatur, renuntiarent.

Incolae catholici ca. 65 000 existere censebantur.

IV. Vicariatus apostolicus partis Batavicae dioecesis quondam Antverpiensis. Duos decanatus et 57 circumscriptiones ecclesiasticas habebat, omnes in Brabantia septentrionali sitas, exceptis circiter 10, quae a regularibus quondam abbatiarum Tongerloo et Sancti Bernardi ad Scaldim tenebantur, a presbyteris saecularibus administratas. Ecclesiae in districtu erant 54 cum 100 sacerdotibus, 54 parochis, reliquis capellanis; seminarium cum tribus professoribus et 26 alumnis; monasterium monialium Norbertinarum (Praemonstratensium) cum 20 religiosis, conventus Beghinarum et tria instituta ecclesiastica puerorum instructioni consecrata. Numerus catholicorum: 85 000.

V. Vicariatus apostolicus Ravenstenii et Megen. Hujus vicariatus paroeciae, quae erant 18, in Brabantia septentrionali sitae, 30 habebant ecclesias vel sacella cum totidem sacerdotibus, e quibus 18 parochi, ceteri capellani. In seminario 40 alumni a tribus professoribus instruebantur. Aliquot etiam monachorum et monialium conventus existebant sub iisdem atque in tertio districtu conditionibus.

Incolae catholici 18 000 ferebantur.

VI. Commissariatus episcopalis partis Batavicae dioecesis Gandavensis. Hic districtus ad normam concordatus a. 1801 erectus unam habebat paroeciam classis primae, 5 classis secundae, 33 succursales. Ex his tamen 17 solo nomine existebant et ecclesiis carentes ad vicinas paroecias vel succursales confugiebant. Ecclesiae partim in Belgio, partim in Zeelandia sitae erant; et in hac quidem provincia 21, quae ab uno parocho classis primae, 5 classis secundae, 15 deservitoribus et 4 vicariis regebantur.

VII. Vicariatus generalis Trajectensis ad Mosam et Luiksgestel. Administratoris apostolici Buscoducensis curae subditus, qui ad hoc ab episcopo Leodiensi specialiter delegatus erat, itemque ad normam concordatus a. 1801 institutus 2 paroecias classis primae, 4 succursales, 7 ecclesias, 2 parochos classis primae, 4 deservitores, 20 numerabat vicarios.

Numerus catholicorum 22 000 adesse existimabatur.

4. Mutationes quaedam istorum Neerlandiae districtuum ecclesiasticorum per litteras apostolicas „Universi Dominici gregis" d. d. 2. Jun. 1840 et „Universalis Ecclesiae" d. d 9. Mart. 1841 inductae sunt. Deinceps enim regnum Hollandiae divisum est: 1) in missionem Batavicam, provincias Neerlandiae septentrionales complectentem, 2) in vicariatum apostolicum Bredanum, 3) in vicariatum apostolicum Buscoducensem, 4) in vicariatum apostolicum recens creatum Ruraemundensem, 5) in vicariatum apostolicum recens erectum Luxemburgensem.

Status missionum illarum a. 1847 hic fuit. (Der Katholik. 1847. 35.)

I. Missio Batavica 423 stationes (paroecias) numerabat, 421 parochos, 192 vicarios, 503 000 fideles, 450 ecclesias, 2 seminaria cum 28 professoribus.

In septem archipresbyteratus divisa et Summo Pontifici immediate subdita erat, cujus vice a superiore administrabatur. In utroque seminario 379 alumni erant. Amstelodamum urbs 20, Ultrajectum 9, Leovardia 4 stationes habebant.

II. Vicariatus apostolicus Buscoducensis partes provinciarum Brabantiae septentrionalis et Geldriae includens praeter dioecesim olim Buscoducensem veterum dioecesium Leodiensis et Ruraemundensis partes, quae antea speciales habuerant administratores, complectebatur.

In 15 decanatibus 218 erant paroeciae, inclusis 5 rectoratibus, 213 parochi, 5 rectores, 10 directores religiosarum congregationum, 168 vicarii, 295 000 fideles, 235 ecclesiae et sacella, seminarium cum 17 professo-

ribus, duo conventus ordinis Sanctae Crucis, singula monasteria Capucinorum, Franciscanorum, Carmelitarum; singula asceteria monialium ordinis Carmelitarum, Capucinarum, ordinis S. Clarae, S. Birgittae, S. Augustini.

Vicarius apostolicus dignitate episcopi i. p. insignitus in castello Sancti Michaelis (St. Michiels-Gestel) residebat. Ejus etiam coadjutor cum jure successionis et episcopus i. p. speciatim decanatuum Cuyk, Neomagi (Nimwegen), Druten, Ravenstenii et Megen curam demandatam habebat et Tilburgi commorabatur. In seminario dioecesano erant 250 alumni; praeterea sub regimine vicariorum apostolicorum secundi et tertii districtus florebat schola surdomutorum cum 75 alumnis utriusque sexus, masculi a tribus professoribus, feminae a sex sororibus Misericordiae instituebantur.

III. Vicariatus apostolicus Bredanus. Compositus ex illis Brabantiae septentrionalis et Zeelandiae partibus, quae olim baroniam vulgo dictam Bredanam, marchionatum Bergae ad Zomam et Flandriam Statuum formaverant, partem Batavicam dioecesis olim Antverpiensis eamque dioecesis Gandavensis partem assignatas habuit, quae post annum 1830 Bataviae remansit. 75 paroeciae, 74 parochi, 50 vicarii, 121068 fideles, 77 ecclesiae, seminarium, collegium, 10 professores, conventus Beghinarum cum parocho et 48 Beghinis, conventus monialium Praemonstratensium (Norbertinarum) cum sacerdote et 28 monialibus, 4 instituta puellarum educationi dicata aderant cum 3 sacerdotibus. Vicarius apostolicus et episcopus i. p. residebat in Hoeven. Seminaria clericale (majus) et puerorum (minus) universim 150 alumnos continebant.

IV. Vicariatus apostolicus Limburgensis per totum Limburgum patebat et a vicario apostolico Ruraemundae consistente administrabatur. Paroecias habebat 150, 35 ecclesias adnexas, 150 parochos, 26 capellanos, 134 vicarios, seminarium et 21 professores, duo monasteria Franciscanorum, conventum congregationis SS. Redemptoris, singula monasteria sororum tertii ordinis S. Francisci et sororum S. Birgittae, bina Ursulinarum et sororum Misericordiae; numerum fidelium 193000. Seminarium clericale Ruraemundae in antiquo Carthusianorum monasterio et seminarium puerorum in antiqua abbatia Rolduc florebant, quod posterius scholam normalem et praeparatoriam complectebatur.

## A. Belgium.

1. **Superficies et incolae.** Superficies: 29 457,12 kmq. Incolae (d. 31. Dec. 1887): 5 974 743. Secundum fidei professionem totus fere Belgii populus catholicus est. Numerus protestantium aestimatur ad 15 000, judaeorum ad 3000; utriusque major pars degit in provinciis Antverpiensi et Brabantina.

2. **Divisio ecclesiastica.** Belgium totum constituit unam provinciam ecclesiasticam Mechliniensem. Confinia dioeceseon determinantur limitibus provinciarum civilium. Provinciae tamen Hanoniae (Hainaut, Hennegau), ut supra jam notatum est, quinque paroeciae in archidioecesi Cameracensi includuntur. Singulae dioeceses eodem modo atque in Gallia subdividuntur, i. e. in paroecias primae et secundae classis atque succursales [1].

### Provincia ecclesiastica Mechliniensis.

Ad constituendam provinciam ecclesiasticam Mechliniensem coalescunt cum archidioecesi hujus nominis dioeceses: Brugensis, Gandavensis, Leodiensis, Namurcensis, Tornacensis.

1. *Archidioecesis Mechliniensis:*

Mechlinia (Malines, Mecheln), primatus dignitate insignis, ad Diliam fluvium, qui mediam secat et inde horae unius intervallo in Ruperam influit; archiepiscopatus a d. 12. Maji 1559.

Ambitus: Provinciae Antverpiae (Anvers, Antwerpen) et Brabantiae — 6114,70 kmq.

Incolae (1889): 1 348 865 catholici,

Paroeciae: 52, Succursales: 600.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Brugensis:*

Brugae (Bruges, Brügge), celeberrimum olim Flandriae emporium, episcopatus erectus a. 1559.

Ambitus: Provincia Flandriae occidentalis — 3234,81 kmq.

Incolae (1889): 660 029.

Paroeciae: 36, Succursales: 242.

3. *Dioecesis Gandavensis:*

Gandavum (Gand, Gent), ad Scaldim posita urbs, episcopatus erectus a. 1559.

Ambitus: Prov. Flandriae orientalis — 3000,20 kmq.

Incolae (1889): 939 748 catholici,

Paroeciae: 37, Succursales: 300.

4. *Dioecesis Leodiensis* [2]:

Leodium (Liège, Luyk, Lüttich), episc. erectus saec. 4.

---

[1] **Conspectus statisticus provinciae ecclesiasticae Mechliniensis pro a. 1889.**

(Fons: Almanach Royal officiel. Année 1889. Bruxelles)

| | Population. | Doyennés. | Cures. | Succursales. | Vicariats rétribués par l'Etat. | Chapelles. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Archév. de Malines | 1 348 865 h. | 48 | 52 | 600 | 509 | 18 |
| Evêché de Bruges | 660 029 „ | 15 | 36 | 242 | 290 | 8 |
| „ „ Gand | 939 748 „ | 16 | 37 | 300 | 321 | 6 |
| „ „ Liège | 783 445 „ | 37 | 37 | 561 | 208 | 31 |
| „ „ Namur | 502 688 „ | 37 | 37 | 687 | 81 | 102 |
| „ „ Tournay | 928 958 „ | 32 | 32 | 440 | 223 | 12 |
| | 5 163 733 h. | 185 | 231 | 2 830 | 1 632 | 177 |

[2] Hic episcopatus non fuit perpetuo hoc nomine designatus, sed pro variis sedibus, quibus alligatus est, primum Tungrensis deinde Trajectensis ac demum Leodiensis appellatus est.

Ambitus: Prov. Leodii et Limburgi — $5307_{,15}$ kmq.
Incolae (1889): 783 445 catholici,
Paroeciae: 37, Succursales: 561.

5. *Dioecesis Namurcensis:*

Namurcum (Namur), ad Sabis et Mosae confluentes, episcopatus erectus 1559.

Ambitus: Provinciae Namurci et Luxemburgi — $8078_{,60}$ kmq.
Incolae (1889): 502 688 catholici,
Paroeciae: 37, Succursales: 687.

6. *Dioecesis Tornacensis:*

Tornacum (Tournay, Doornik) [1], urbs antiqua et nobilis ad Scaldim fluvium, episcopatus ab a. 1146.

Ambitus: Provincia Hanoniae (Hainaut, Hennegau), exceptis paroeciis: Barbençon, Boussu-lez-Walcourt, Erpion, Renlies, Vergnies in pago Beaumont, quae pertinent ad archidioecesim Cameracensem.

Superficies totius provinciae Hanoniae (Hainaut) — $3721_{,66}$ kmq.
Incolae (1889): 928 958 catholici,
Paroeciae: 32, Succursales: 440.

## B. Hollandia.

1. **Superficies et incolae.** Superficies: $32\,999_{,92}$ kmq. Incolae (d. 1. Jan. 1887): 4 391 624.

2. **Divisio ecclesiastica.** Regnum Hollandiae omne post restitutam hierarchiam per litteras apostolicas Pii Papae IX. „Ex qua die“ d. d. 4. Martii 1853 provinciam ecclesiasticam Ultrajectensem format.

### 3. Conspectus summarius

**dioecesium in regno Hollandiae existentium pro anno 1879.**

| Dioecesis. | Provinciae. | Catholici. | Dioeceses. | Provinciae. | Catholici. |
|---|---|---|---|---|---|
| Utrecht | Gelderland | 109 320 | Haarlem | Zuidholland . | 185 080 |
| | Zuidholland | 5 530 | | Noordholland | 170 600 |
| | Noordholland . . | 11 360 | | Zeeland . . . | 13 070 |
| | Utrecht . . | 68 120 | | Summa | 368 750 |
| | Friesland . | 26 500 | 's Hertogenbosch | Noordbrabant | 298 380 |
| | Overyssel . | 79 860 | | Gelderland . . | 60 720 |
| | Groningen . | 18 000 | | Summa | 359 100 |
| | Drenthe . . | 6 600 | Breda . . | Noordbrabant | 113 300 |
| | | | | Zeeland . . . | 35 050 |
| | | | | Summa | 148 350 |
| | | | Roermond | Limburg . . | 235 920 |
| | Summa | 325 290 | | Summa totalis | 1 437 410 |

[1] De hac urbe Guillelmus Brito lib. IX. Philippidos haec canit:

Urbs erat et rebus et cive superba potenti,
Nomine Tornacum Scaldis contermina ripae,
Quam gentibus adhuc, Rheni transgressus abyssum,
Clodius in gladio primus possedit et arcu:
Quae cum servisset illi et successoribus ejus,
Postea Francorum nunquam ditione recessit.

### 4. Conspectus summarius

**ecclesiarum et sacellorum in regno Hollandiae existentium pro a. 1879.**

| Provinciae. | Paroeciae. | Rectoratus. | Ecclesiae filiales. | Ecclesiae auxiliares. | Sacella publica. | Ecclesiae et sacella. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Noordbrabant . . . . . | 251 | 7 | 2 | 1 | 31 | 292 |
| Gelderland . . . . . . | 136 | 1 | 6 | — | 4 | 147 |
| Zuidholland . . . . . | 95 | — | — | 1 | 5 | 101 |
| Noordholland . . . . . | 108 | 2 | 3 | 7 | 1 | 121 |
| Zeeland . . . . . . . | 38 | 1 | — | — | 1 | 40 |
| Utrecht . . . . . . . | 42 | — | — | 1 | 5 | 48 |
| Friesland . . . . . . | 29 | — | — | 1 | — | 30 |
| Overyssel . . . . . . | 64 | 1 | 2 | — | 2 | 69 |
| Groningen . . . . . . | 15 | 1 | — | — | — | 16 |
| Drenthe . . . . . . . | 8 | 1 | — | — | 1 | 10 |
| Limburg . . . . . . | 168 | 22 | 1 | — | 49 | 240 |
| Summa totalis | 954 | 36 | 14 | 11 | 99 | 1 114 |

## Provincia ecclesiastica Ultrajectensis.

Jurisdictioni metropolitanae ecclesiae Ultrajectensis subditae sunt ecclesiae suffraganeae: Harlemiensis, Silvae Ducis, Bredana, Ruraemundensis. Singulae dioeceses in decanatus et paroecias subdividuntur.

1. *Archidioecesis Ultrajectensis:*

Ultrajectum (Utrecht), episcopatus a saec. 7.

Ambitus: Provinciae Ultrajecti, Frisiae, Transisalaniae, Drentiae et partes provinciarum Geldriae, Hollandiae meridionalis et septentrionalis — ca. 18 272 kmq.
Catholici: 326 000, Decanatus: 17,
Paroeciae: 269, Sacerdotes: 536.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Harlemiensis:*

Harlemum (Haarlem), episcopatus ab a. 1559.

Ambitus: Partes provinciarum Hollandiae meridionalis et septentrionalis, Zeelandiae — ca. 6279 kmq.
Catholici: 371 000, Decanatus: 18,
Paroeciae: 206, Sacerdotes: 596.

3. *Dioecesis Silvae Ducis:*

Silva Ducis (Boscoducum, 's Hertogenbosch), Brabantiae urbs est, palustri et uliginoso loco condita ad Dommelam fluvium, episcopatus ab a. 1559.

Ambitus: Partes provinciarum Brabantiae septentrionalis et Geldriae — ca. 5167 kmq.
Catholici: 359 100, Decanatus: 16,
Paroeciae: 239, Sacerdotes: 582.

4. *Dioecesis Bredana:*

Breda, episcopatus ab a. 1853.

Ambitus: Partes provinciarum Brabantiae septentrionalis et Zeelandiae.
Catholici: 152 965, Decanatus: 8,
Paroeciae: 89, Sacerdotes: 233.

5. *Dioecesis Ruraemundensis:*

Ruraemunda (Roermond), civitas amoena ad Mosam fluvium sita, ubi se Rura exonerat, ex qua nomen traxit, episcopatus ab a. 1559.

Ambitus: Provincia Limburgi — 2204 kmq.

Catholici: 241 782, Decanatus: 12,

Paroeciae: 169, Sacerdotes: 800.

Nota. „Praedictae vero archiepiscopali seu metropoliticae sedi Ultrajectensi provincias tribuimus prout sequitur, nempe provinciam ipsam Ultrajecti, a qua nomen habet, necnon Groningensem, Geldriensem, Frisiensem ac Drentensem, quae antea majorem proprie dictae missionis Hollandicae partem effecerunt. Ecclesiae autem suffraganeae Harlemensi adsignamus provincias alias vel regiones Hollandiae ac Zeelandiae, quae ejusdem ita nuncupatae missionis Hollandicae Praesidi seu vice-superiori ad haec usque tempora item subjiciebantur. Ad alias quod attinet ecclesias, volumus ac decernimus, ut iisdem provinciis vel districtibus aut comitatibus regionibusque unaquaeque gaudeat, quibus hactenus potiebatur, sic ut praedictae Buscoducensis, Bredana ac Ruraemundensis episcopales ac suffraganeae ecclesiae iisdem circumscriptae limitibus maneant, quibus hactenus unaquaeque praefiniebatur sub appellatione vicariatuum apostolicorum Silvaeducensis, Bredani et Limburgensis ac prout in apostolicis litteris d. 2. Jun. 1840 incipientibus ‚Universalis Ecclesiae' ac d. 9. Mart. 1841, quarum initium ‚Universi Dominici gregis' declaratur."

Ex litteris apostolicis „Ex qua die" d. d. 4. Mart 1853.

### Conspectus summ dioecesium in Hollandia existentium.

| Dioeceses. | Catholici 1887. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Archidioecesis Ultrajectensis . . . . . | 326 000 | 536 |
| Dioecesis Harlemiensis . . . . . . . | 371 000 | 596 |
| „ Silvae Ducis . . . . . . . | 359 000 | 582 |
| „ Bredana . . . . . . . . | 152 965 | 233 |
| „ Ruraemundensis . . . . . . | 241 782 | 800 |
| Provincia ecclesiastica Ultrajactensis | 1 450 747 | 2 747 |

Fontes:

Kaart der Kerk-Provincie van Nederland (Ontworpen en uitgegeven onder toezigt en goedkeuring van Hunne Doorl. Hoogw. den Aartbisschop en de Bisschoppen van Nederland door H. J. van Wees, te Breda 1855).

Handboekje voor de Zaken der Roomsch-Katholieke Eeredienst. (Twee en dertigste Jaargang. 1879), te 's Hertogenbosch by G. Mosmanns 1879.

Neerlandia Catholica sive Provinciae Ultrajectensis historia et conditio. Het katholieke Nederland, dat is: Geschiedenis en Staat der Kerkprovincie Utrecht. Ultrajecti 1888.

Pius Almanak voor het Jaar des Heeren 1889, kerkelijk goedgekeurd. Amsterdam. 15[de] Jaargang.

## Luxemburgum.

**Superficies et incolae.** Superficies: $2587_{,45}$ kmq. Incolae (1885): 213 283.

*Dioecesis exemta Luxemburgensis:*

Luxemburgum (Augusta Romanduorum), vicariatus apostolicus erectus a. 1833, dioecesis a. 1870.

Ambitus: Magnus ducatus Luxemburgensis.

Incolae (1885): catholici 211 077, protestantes 1141, alii christiani 26, judaei 866, homines ignotae religionis 173.

Sacerdotes: 438,

Paroeciae: 255, Vicariatus: 83, Capellaniae: 93,

Ecclesiae: 253, Sacella: 91.

Fons: Verzeichniss der Kirchen und der Geistlichen in der Diöcese Luxemburg für das Jahr 1886.

# Caput septimum.

# Germania. Helvetia.

## A. Germania.

1. Germania non iisdem olim, quibus nunc est, finibus conclusa erat. „Germania omnis", scribit Tacitus, „a Galliis, Rhaetisque et Pannoniis, Rheno et Danubio fluminibus, a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur. Caetera oceanus ambit"; sed postea Germanorum natio Rhenum semel iterumque transgressa ac Danubium sedes alias atque alias quaerebat, dum e contra ad aquilonem et ortum limes restrictus videbatur.

2. Religio christiana in Germania, quae inter Rhenum, Danubium, Vistulam, mare Balticum et Germanicum patet, non ante saeculum 7. vel 8. propagata est; prolatis vero ultra Rhenum Danubiumque finibus, in Germania Italiae, Galliae, Daniae, Poloniae, Hungariae, Croatiae contermina remotioribus a principiis repetendus est christianae religionis exortus. Neque enim dubium, quin saeculo jam tertio, quarto, quinto christianum nomen ad Rhenum et Danubium in Germania prima et secunda, in Rhaetia, Vindelicia, Norico et Pannonia, qua parte ad Germaniam pertinuit, floruerit.

Sancto Willibrordo Frisia, Sancto Ruperto Bavaria, Styria, Carinthia plurimum debet, verum Sancti Bonifacii luculentissima erant octavo saeculo de Germania fere omni merita, qui non unam, ut fere ceteri, sed omnes paene Germaniae partes apostolico animo complexus, Francos, Alemannos, Bajoarios, Thuringos, Saxones, Frisones non promulgata modo divina lege, sed institutis etiam per opportunas urbes episcopatibus, distributis inter viros apostolicos provinciis, erectis alibi ad pietatis culturam utriusque sexus coenobiis, celebratis frequentibus synodis, disciplina ecclesiastica aut firmata aut renovata, praeclaram religionis speciem tota Germania induxit. Ut recte de illo Adamus Bremensis annotavit: „Quamvis alii scriptorum vel Gallum in Alemannia, vel Heimerammum in Bavaria, sive Kilianum in Franconia, seu certe Willibrordum in Frisia priores asserant verbum Dei praedicasse; hic tamen omnes alios, ut Paulus apostolus, studio et labore praedicationis antevenit. Ipse enim, ut in gestis suis legitur, Apostolicae Sedis auctoritate fultus, legationem ad gentes suscepit, Theutonumque populos, apud quos nunc et summa imperii et divini cultus reverentia viget ac floret, Ecclesiae doctrina, virtutibusque illustravit. Quorum etiam provincias in episcopatus distribuens, seorsum Francos cis Rhenum, Hassones ac Thuringos, qui Saxonum confines sunt, primitivo quodam laboris sui fructu Christo et ecclesiae copulavit, tandemque a Frisonibus, quos jam ante ad fidem converterat, illustri martyrio coronatus est.“ Germaniae idcirco apostolus nuncupatus, cujus magnam partem, qua sua, qua suorum opera, ad veri Dei cognitionem cultumque adduxit.

3. Divisio ecclesiastica Germaniae secundum Provinciale omnium ecclesiarum cathedralium universi orbis (Lugduni 1546):

Provincia ecclesiastica Coloniensis cum suffraganeis: Leodiensi, Trajectensi, Monasteriensi, Mindensi ad Visurgim (cessat episcopatus 1648 [1]), Osnabrugensi.

Provincia ecclesiastica Moguntina cum suffraganeis: Pragensi (usque ad a. 1344), Moraviensi vel Olomucensi, Eichstettensi, Herbipolensi, Constantiensi (episcopatus suppressus 1821), Curiensi, Argentoratensi, Spirensi, Wormatiensi (episcopatus suppressus est 1801), Verdensi ad Alleram, Hildesiensi ad Innerstam fluvium, Halberstadiensi [2] (episcopatus a Carolo Magno fundatus est a. 780, 1591—1629 cathedralis ecclesia catholicis erepta, 1629 eis restituta, 1636 iterum erepta est), Paderbornensi, Bambergensi (exemtus fuit hic episcopatus).

Provincia ecclesiastica Bremensis (finis archiepiscopatus 1558) cum suffraganeis: Bardvicensi [1] (hic episcopatus jam destructus erat), Raccsburgensi (episcopatus cessat 1554), Lubecensi (cessat 1535) cum sede episcopali Eutina, Suerinensi antea Megalopolitana (cessat 1550).

Provincia ecclesiastica Magdeburgensis [2] cum suffraganeis: Havelbergensi (sedes in Havelberg, ab a. 1270 in Wittstock, cessat 1548), Brandeuburgensi (erecta 1. Oct. 949, cessat 1560), Misnensi ad Albim (erect. 2. Jan. 968, cessat 1581), Merseburgensi ad Salam (erect. 2. Jan. 968, cessat 1561), Cicensi (Zeiz) ad Elystrum, postea Naumburgensi ad Salam (erect. 2. Jan. 968, cessat 1564).

Provincia ecclesiastica Salisburgensis cum suffraganeis: Pataviensi, Ratisbonensi, Frisingensi, Gurcensi, Brixinensi, Sequovensi, Chiemensi (erect. 28. Jan. 1215, supprimitur saeculo 19. ineunte), Lavantina.

Provincia ecclesiastica Treverensis cum suffraganeis: Metensi, Tullensi, Virodunensi.

Provincia ecclesiastica Gnesnensis cum suffraganeis: Vratislaviensi, Lubusiana (erect. sacc. 11., cessat 1550), Vaniensi (?), exemtus episcopatus; Plocensi, Cracoviensi, Posnaniensi, Mazoviensi, Pomeraniensi (resid. Julini; sedes translata a Vratislao II. Pomeraniae duce ac principe a. 1185 Caminum ad sinum maris Baltici cognominem, cessat episcopatus 1544).

Provincia ecclesiastica Rigensis cum suffraganeis: Osiliensi (cessat 1560), Dorpatensi (cessat 1558), Curoniensi (finis episcopatus 1560), insulae S. Mariae in Prussia, Lithoviensi, Revaliensi (finis episcopatus 1550), Varmiensi, Pomesaniensi (erect. 29. Jul. 1243, cessat 1554), Sambiensi (circumscr. 4. Jul. 1243, cessat 1525), Culmensi.

4. Maximilianus I. imperium Germaniae distinxit in 10 circulos: 1) Austriacum, quo continebantur etiam episcopatus: Tridentinus, Brixiensis, Labacensis et Viennensis; 2) Bavaricum, ad quem pertinebant: archiepiscopatus Salisburgensis, episcopatus Ratisbonensis, Passaviensis, Frisingensis; 3) Franconicum cum episcopatibus: Herbipolensi, Bambergensi, Eichstettensi; 4) Suevicum, quo comprehendebantur episcopatus: Constantiensis, Curiensis, Augustanus, et multae abbatiae in Suevia,

[1] Episcopatus Mindensis continebatur episcopatu Osnabrugensi, comitatu Hojensi et Schauenburgico, territorio Lemgoviensi et comitatu Ravensbergensi. Omnem hunc episcopatum accepit elector Brandenburgicus titulo ducatus.

[2] Henricus Julius episcopus, filius ducis Brunsvicensis, confessionem Augustanam ibi anno 1591 introduxit. Episcopatus omnis per pacificationem Monasteriensem titulo principatus electori Brandenburgico traditus est.

[1] Luneburgo vicinus est vicus Bardewick; olim urbs magna, ab Henrico Leone expugnata et destructa a. 1189.

[2] Ab Othone III. imperatore, consentiente Summo Pontifice, archiepiscopus Magdeburgi constitutus est, qui primas Germaniae erat et Pontifici soli subditus, dissentientibus tribus electoribus ecclesiasticis et archiepiscopo Salisburgensi. Anno 1556 confessionem Augustanam amplexa est haec civitas. Conventu Guestfalico hic archiepiscopatus sub ducatus titulo ditioni Brandenburgicae annexus est.

Campodunensis (Campita, Campodunum, Campidunum, Campidonum, abbatia erecta a. 777) imprimis; 5) Burgundicum; 6) Rhenanum superiorem, cui etiam suberant episcopatus: Basileensis, Argentoratensis, Spirensis et Wormatiensis, abbatiae: Fuldensis [1] (in dioecesim erecta a. 1752), Hirschfeldensis [2], Murbacensis etc; 7) Rhenanum inferiorem, qui et Electoralis Rhenanus dicebatur, quod eum constituebant provinciae electorum: Moguntini, Coloniensis, Treverensis et Palatini; 8) Guestfalicum, in quo habebantur episcopatus: Paderbornensis, Monasteriensis, Osnabrugensis, Verdensis, Mindensis, Leodiensis, Ultrajectensis, Cameracensis, abbatiae: Corbejensis [3] (in dioecesim erecta die 6. Augusti 1783), Verdensis etc.; 9) Saxonicum inferiorem, ad quem referebantur archiepiscopatus: Magdeburgensis, Bremensis, episcopatus: Halberstadiensis, Hildesiensis, Lubecensis, Suerinensis, Racesburgensis; 10) Saxonicum superiorem cum episcopatibus: Misnensi, Merseburgensi, Brandenburgensi, Havelbergensi, Naumburgensi, necnon abbatiis Salfeldensi et Quedlinburgensi.

5. Inter episcopatus erant viginti unus, qui in imperii comitiis principum jus et dignitatem habuerunt, scilicet: Bambergensis, Herbipolensis, Wormatiensis, Eichstettensis, Spirensis, Argentoratensis, Augustanus, Hildesiensis, Paderbornensis, Frisingensis, Ratisbonensis, Passaviensis, Tridentinus, Brixiensis, Basileensis, Leodiensis, Osnabrugensis, Monasteriensis, Lubecensis, Curiensis.

Nonnulli episcopatus, ab asseclis Confessionis Augustanae usurpati, infelicitate temporum et pacis gratia, in saeculares, ut ajunt, principatus degeneraverunt. Tales fuerunt principatus Mindensis, Halberstadiensis etc., qui non episcopatus, sed principatus nomine a Brandenburgico electore possidebantur. Eadem fuit Suerinensis et Racesburgensis sedium conditio, quae Megalopolitanis ducibus cesserunt. Bremensis, Verdensis etc. episcopatus per pacem Guestfalicam Suecis sub aliis titulis concessi sunt.

Erant denique episcopi, qui simpliciter tales nullum habebant in comitiis imperialibus suffragium.

Ii vero episcoporum et archiepiscoporum Germaniae principatus civiles, qui primam illam direptionem vel, ut nunc loquuntur, „saecularisationem" pacis Guestfalicae auctoritate sancitam effugerant, exeunte saeculo superiore et nostro ineunte penitus absumpti ac suppressi sunt. Pactionibus enim principum saecularium illis, quae titulo „Reichsdeputationshauptschluss" die 25. Febr. 1803 signatae sunt, sedis metropolitanae Salisburgensis eaeque partes Moguntinae, Trevirensis, Coloniensis archidioecesium, quae post anteriores Gallorum confiscationes residuae erant, in dynastarum laicorum manus transierunt. Eandem experti sunt sortem alii sedecim episcopatus et permultae abbatiae.

### 6. Divisio civilis hodierna. Superficies. Incolae.

| Regna, magni ducatus etc. | kmq. | Incolae (1. Dec. 1885) |
|---|---|---|
| 1. Regnum Borussiae . . . . . . . . | 348 354,29 | 28 318 470 |
| 2. „ Bavariae . . . . . . . | 75 864,65 | 5 420 199 |
| 3. „ Saxoniae . . . . . . . . | 14 992,94 | 3 182 003 |
| 4. „ Wurttembergae . . . . . | 19 503,63 | 1 995 185 |
| 5. Magn ducatus Badenae . . . . . | 15 081,13 | 1 601 255 |
| 6. „ „ Hassiae . . . . . . | 7 681,83 | 956 611 |
| 7. „ „ Megalopolis Suerinensis | 13 303,77 | 575 152 |
| 8. „ „ Saxoniae Wimariensis | 3 594,86 | 313 946 |
| 9. „ „ Megalopol. Strelitiensis | 2 929,50 | 98 371 |
| 10. „ „ Oldenburgensis . . . | 6 422,52 | 341 525 |
| 11. Ducatus Brunsvicensis . . . . . | 3 690,43 | 372 452 |
| 12. „ Saxoniae Meiningensis . . | 2 468,45 | 214 884 |
| 13. „ Saxoniae Altenburgensis . . | 1 323,75 | 161 460 |
| 14. „ Sax. Coburgensis et Gothanae | 1 956,50 | 198 829 |
| 15. „ Anhaltinus . . . . . . . | 2 347,[illegible]5 | 248 166 |
| 16. Principatus Schwarzburgi Rudolphostadiensis . . . . . | 940,42 | 83 836 |
| 17. „ Schwarzb. Sondershusani | 862,11 | 73 606 |
| 18. „ Waldeccensis . . . . | 1 121,17 | 56 575 |
| 19. „ Rutheniae, stirpis natu majoris . . . . . . | 316,39 | 55 904 |
| 20. „ Rutheniae, stirpis natu minoris . . . . . . | 825,67 | 110 598 |
| 21. „ Schaumburgi Lippiensis | 339,71 | 37 204 |
| 22. „ Lippiensis . . . . . | 1 215,20 | 123 212 |
| 23. Civitas libera Lubeca . . . . . . | 297,70 | 67 658 |
| 24. „ „ Brema . . . . . . | 255,56 | 165 628 |
| 25. „ „ Hamburgum . . . . | 409,78 | 518 620 |
| 26. Territorium imperiale Alsatiae et Lotharingiae . . . . . . . . . | 14 509,42 | 1 564 355 |

7. **Divisio ecclesiastica hodierna.** Imperium Germaniae ecclesiastice in 6 dioeceses exemtas: Vratislaviensem, Varmiensem, Hildesiensem, Osnabrugensem, Metensem, Argentoratensem; in 5 provincias ecclesiasticas: Coloniensem, Gnesnensem et Posnaniensem, Friburgensem, Bambergensem, Monacensem et Frisingensem; in 3 vicariatus apostolicos: Saxoniae, Anhaltinum, missionis Germaniae septentrionalis; et in 2 praefecturas apostolicas: Slesvici-Holsatiae Lusatiaeque divisum est. In bonum militum catholicorum exercitus borussici existit Berolini praepositura ecclesiastica (Feldpropstei, Feldvikariat), cujus dignitarius jurisdictionem episcopalem exercet in omnes quotquot ubicunque terra marique castra sequuntur borussica.

Ad circumscriptionem dioecesium Germaniae normandam plures existunt conventiones inter Sanctam Sedem et gubernia civilia initae, vel alia documenta apostolica, quorum hic mentio facienda videtur.

[1] Abbas Fuldensis fuit imperii princeps et abbatum reliquorum per Germaniam et Galliam primas atque archi-cancellarius Augustae.

[2] Tota abbatia Hirschfeldensis cum oppido Hirschfeld per pacificationem Monasteriensem cessit Hassiae Landgraviis.

[3] Corbeja monasterium, quod aliquot saeculis velut seminarium fuit episcoporum Saxoniae, ex quo Ansgarius, primus Hamburgensis episcopus, qui per vicinas gentes, Daniam quoque et Sueciam evangelium propagavit, et successores illius S. Rembertus, Adelwardus, Hojerus ad docendas ecclesias vocati sunt.

a. Bulla Pii VII. „De salute animarum“ d. d. 16. Jul. 1821 limitat dioeceses Borussiae, qualis tunc erat, eo modo, ut catholici regni Borussici episcopis indigenis tantum subjecti sint, exceptis partibus Silesiae, quae ad archidioeceses Pragensem et Olomucensem jam antiquitus pertinebant.

b. Pro regno Hannoverano, nunc Borussiae provincia, per bullam Leonis XII. „Impensa Romanorum Pontificum sollicitudo“ d. d. 26. Mart. 1824 restitutae et denuo circumscriptae sunt dioeceses Hildesiensis et Osnabrugensis, ita ut totum regni territorium includerent.

c. Circumscriptio dioecesium Bavariae nititur bulla Pii VII. „Dei ac Domini“ d. d. 1. Apr. 1818.

d. Confinia dioecesium provinciae Friburgensis seu Rheni superioris, quae comprehendit status Wurttembergae, Badeniae, utriusque Hassiae, Nassoviae cet. bulla Leonis XII. d. d. 2. Apr. 1827 fixa sunt.

e. De limitibus territorii Alsatiae Lotharingiaeque dioeceseon reformandis tractat decretum consistoriale „Propter modernas“ d. d. 10. Jul. 1874.

## Dioeceses exemtae.

1. *Dioecesis Vratislaviensis:*

Vratislavia (Breslau), episcopatus a saec. 10. Praesul hujus dioeceseos titulum habet principis-episcopi.

Ambitus: Provincia borussica Silesiae (excepto comitatu Glacensi archidioeceseos Pragensis et territorio commissariatus Katscher ad archidioecesim Olomucensem pertinente); provincia Pomeraniae (fere tota); marchia Brandenburgiae; porro pars Silesiae austriacae. Paroeciae catholicae Brandenburgiae et Pomeraniae, administrationi episcopi Vratislaviensis ut delegati apostolici, vi subdelegationis administrationi praepositi Sanctae Hedwigis Berolinensis subjectae sunt.

Incolae in Borussia: catholici ca. 2 014 000, acatholici 5 850 000 (Silesia plures catholicos quam acatholicos habet, in duobus reliquis provinciis catholici sparsim degunt); in Austria: catholici ca. 290 000, acatholici ca. 20 000.

Clerus in Borussia: Sac. saec. 942, Sac. reg. 3 (Ord. S. Joannis de Deo); in Austria: Sacerdotes 167,
Paroeciae: 740 (in Borussia).

2. *Dioecesis Varmiensis:*

Varmia (Ermland), episcopatus a saec. 13. Sedes episcopalis: Frauenburgum.

Ambitus: Gubernia (Regierungsbezirke) Regii Montis (Königsberg), Gumbinnen et ex parte Dantisci (Danzig), insulae Mariae (Marienwerder), eas nempe regiones, quae ad dexteram Vistulae ripam adjacent, excepto territorio Culmae (Kulmer Land) [1].

[1] Cf. Decretum consistoriale d. d. 15. Maji 1859. Edictum regium (Kabinetsordre) d. d. 27. Apr. 1861.

Incolae: catholici 410 216 [1], acatholici ca. 1 930 000,
Clerus: sac. saec. 274, Paroeciae: 136.

3. *Dioecesis Hildesiensis:*

Hildesia (Hildeshemium, Hildesheim), ad Innerstam fluvium, dioecesis ab anno ca. 800, suffraganea Moguntiae; exemta a restitutione anni 1824.

Ambitus: Gubernia (Landdrosteibezirke) provinciae Hannoveranae (pars ad ripam fluminis Visurgis orientalem adjacens): Hildesiense, Luneburgense, Stadiense; ducatus Brunsvicensis — ca. 29 920 kmq.

Incolae: cathol. ca. 102 000, acathol. ca. 1 710 000,
Clerus: sac. saec. 170, Paroeciae: 91.

4. *Dioecesis Osnabrugensis:*

Osnabrugum (Osnabrück), in valle amoena ad Hasam fluvium situm; episcopatus, anno 772 Caroli Magni imperatoris munificentia sub patrocinio Sancti Petri apostoli ac SS. Crispini et Crispiniani martyrum primus in Saxonum finibus fundatus ac S. Wihoni episcopo ad regendum traditus, ante saecularisationem a. 1801 factam habuit 66 episcopos, dein usque ad annum 1858 sex administratores. Primus post novam dioecesis erectionem episcopus Reverendissimus Dominus Paulus Melchers anno 1858 est consecratus et inthronizatus. (Directorium Osnabrugense. 1886).

Ambitus: Gubernia provinciae Hannoveranae: Osnabrugense, Auricense, Hannoveranum (pars ad occidentem fluminis Visurgis) — 9350 kmq.

Incolae: catholici 169 027, acatholici ca. 282 000,
Clerus: sac. saec. 322, Paroeciae: 96.

5. *Dioecesis Metensis:*

Metae (Metz), episcopatus a saec. 4.
Ambitus: Lotharingia — 6222 kmq.
Incolae: catholici 472 000, acatholici ca. 60 000,
Clerus: sac. saec. 900, Paroeciae: 624.

6. *Dioecesis Argentoratensis:*

Argentoratum (Strassburg), ad fluvium Hellenum, in quem paulo supra Bruschius cadit, non longe a Rheno; episcopatus a saec. 4. medio.

Ambitus: Alsatia superior et inferior — $8287_{,28}$ kmq.
Incolae: catholici 782 000, acatholici ca. 303 000,
Clerus: sac. saec. 10?6, sac. reg. 12 (Trappistae).

## Provinciae ecclesiasticae.

### I. Provincia ecclesiastica Bambergensis.

Provincia ecclesiastica Bambergensis in regno Bavariae maxime extenditur per gubernia (Regierungsbezirke): Franconiae superioris, mediae, inferioris atque

[1] Ex censu publ. 31. Dec. 1885 v. Statistisches Jahrbuch. — Secundum alias supputationes numerus est ca. 310 000. Ex schematismo dioeceseos Varmiensis a. 1889 constat, numerum communicantium hujus dioeceseos esse 201 692, sacerdotum 264. Inter communicantes sunt Germani ca. 150 000, Poloni ca. 48 000, Lituani ca. 2000.

Palatinatus Rhenani; extra regnum per ducatus Saxoniae Coburgensis et Saxoniae Meiningensis. Ad eam pertinent praeter archidioecesim Bambergensem dioeceses suffraganeae: Eichstettensis, Herbipolensis, Spirensis.

1. *Archidioecesis Bambergensis:*

Bamberga (Bamberg), dioecesis a. 1006 ab imperatore Henrico II. constituta, erat ab initio exemta usque ad a. 1803; concordato Bavarico d. d. 5. Jun. 1817 et bulla Pii VII. „Dei ac Domini Nostri“ d. d. 1. Apr. 1818 in metropolim promota est.

Ambitus: Continet praecipue partes guberniorum Franconiae superioris et mediae et Palatinatus superioris; in Thuringia ducatum Saxoniae Coburgensem — 17 289 kmq.

Incolae: catholici (sine militibus) 311 107, acatholici ca. 630 000,
Clerus: sac. saec. 347, sac. reg. 17,
Parocciae: 192, Curatiae: 31,
Capellaniae: 92, Beneficia: 59,
Ecclesiae et sacella: 524.

Fons: Schematismus des Erzbisthums Bamberg. 1886.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Herbipolensis:*

Herbipolis (Würzburg), ad Moenum, episcopatus ab a. 741.

Ambitus: Continet partem gubernii Franconiae inferioris simul cum territoriis inclusis Thuringiae — 8398 kmq.

Incolae: catholici 509 156, acatholici ca. 97 000,
Clerus: sac. saec. ca. 700, sac. reg. 89,
Paroeciae: 434, Beneficia: 58,
Curatiae et capellaniae locales: 42,
Capellaniae: 160, Cooperaturae: 6.

Fons: Schematismus der Dioecese Würzburg. 1886.

3. *Dioecesis Eichstettensis:*

Dryopolis (Eichstätt), episcopatus ab a. 745, suffraganeus metropoleos Moguntinae.

Ambitus: Continet partes guberniorum: Franconiae mediae, Sueviae, Palatinatus superioris, Bavariae superioris — 5600 kmq.

Incolae: catholici 167 040, acatholici ca. 16 000,
Clerus: sac. saec. 368, sac. reg. 26, Paroeciae: 204.

4. *Dioecesis Spirensis:*

Spira (Speier), in Palatinatu Rhenano, episcopatus a medio saec. 4.; secundum alios dioecesis erecta fuit saec. 7. sub Dagoberto I. Francorum rege. Subjecta erat metropoli Moguntinae.

Ambitus: Palatinatus Rhenanus — 5937 kmq.

Incolae: catholici ca. 309 000, acatholici ca. 360 000,
Clerus: sac. saec. ca. 300, sac. reg. 7,
Paroeciae: 220.

## II. Provincia ecclesiastica Monacensis et Frisingensis.

Respectu civili constituitur provincia ecclesiastica Monacensis et Frisingensis maxime ex guberniis: Bavariae inferioris et superioris, Sueviae et Palatinatus superioris; respectu ecclesiastico ex archidioecesi Monacensi et Frisingensi et dioecesibus suffraganeis: Augustana, Ratisbonensi, Passaviensi.

1. *Archidioecesis Monacensis et Frisingensis:*

Frisinga (Freising), dioecesis ab ineunte saec. 8. (a. 718), suffraganea erat metropoli Salisburgensi; sedes episcopalis a. 1817 (5. Jun.) Monachium ad Isarae ripas est translata et in metropolitanam erecta; antistites „archiepiscopi Monachii et Frisingae“ nuncupandi sunt.

Ambitus: Continet partes guberniorum Bavariae superioris et inferioris.

Incolae: catholici 717 858, acatholici ?
Clerus: sac. saec. 962, sac. reg. 112,
Paroeciae: 386, Beneficia et manualia: 441,
Vicariatus et exposituræ: 65, Cooperaturae: 185,
Coadjutoria: 209 etc.

Fons: Schematismus des Erzbisthums München und Freising. 1886.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Augustana:*

Augusta Vindelicorum (Augsburg), urbs splendida in primis et magnifica, inter Lyci et Virdonis confluentes, episcopatus a saec. 6. exeunte.

Ambitus: Continet partes guberniorum: Sueviae, Bavariae superioris, Franconiae mediae.

Incolae: catholici 694 446, acatholici ca. 90 000,
Clerus: sac. saec. 1138, sac. reg. 64,
Paroeciae: 856, Curatiae parochiales: 38,
Curatiae: 17, Beneficia: 240, Praedicaturae: 6,
Capellaniae: 206.

Fons: Schematismus der Geistlichkeit des Bisthums Augsburg. 1886.

3. *Dioecesis Passaviensis:*

Patavium (Passavia, Passau), ad Danubii Oenique confluentes, sedes episcopalis ab a. 737, quo translata fuit a Laureaco (Lorch), quae dioecesis erecta esse fertur ca. a. 100 p. Chr. nat.

Ambitus: Continet partes guberniorum Bavariae inferioris et superioris.

Incolae: catholici 330 294, acatholici c. 2800,
Clerus: sac. saec. 457, sac. reg. 33,
Paroeciae: 153, Beneficia: 67,
Curatiae parochiales: 12, Exposituræ: 23.

Fons: Schematismus der Geistlichkeit des Bisthums Passau. 1886.

4. *Dioecesis Ratisbonensis:*

Ratisbona (Regensburg), urbs antiquitatum reliquiis clara, nomen habet a flumine Regen, qui eo in loco in Danubium se effundit; episcopatus ab a. 739; annis 1803—1816 sedes archiepiscopalis Moguntina translata est Ratisbonam. (Bulla Pii VII. d. d. 1. Febr. 1804 confirmavit translationem.)

Ambitus: Continet partes guberniorum: Bavariae superioris et inferioris, Franconiae superioris et Palatinatus superioris.

Incolae: catholici 768 000, acatholici ca. 40 000, Clerus: sac. saec. 1014, sac. reg. 88, Paroeciae: 434.

## III. Provincia ecclesiastica Friburgensis sive Rheni superioris[1].

Provincia ecclesiastica Friburgensis amplectitur magnos ducatus Badeniae, Hassiae, Saxoniae Wimariensis, regnum Wurttembergae, gubernia borussica Sigmaringae, Cassellanum, Wisbadense; metropoli subjectae sunt ecclesiae suffraganeae: Fuldensis, Limburgensis, Moguntina, Rottenburgensis.

1. *Archidioecesis Friburgensis:*

Friburgum Brisgoviae (Freiburg im Breisgau), splendida atque amoena urbs, archiepiscopatus erectus per bullas Pii VII. praesertim „Provida sollersque" d. d. 16. Aug. 1821 et Leonis XII. „Ad Dominici gregis custodiam" d. d. 2. Apr. 1827. Confer etiam litteras apostolicas sub plumbo „Aeterni Pastoris" d. 10. a. Kal. Octobres 1859, quibus conventio inita confirmatur.

Ambitus: Magnus ducatus Badeniae, gubernium borussicum Sigmaringae seu principatus Hohenzolleranus (Hohenzollern-Hechingen et Hohenzollern-Sigmaringen) — 16 224 kmq.

Incolae: catholici 1 025 000, acatholici ca. 485 000. Clerus: sac. saec. 1030, sac. reg. 15, Paroeciae: 836.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Fuldensis:*

Fulda, oppidum nomen habet a Fulda fluvio, qui illud interluit; ibi S. Bonifacii ossa quiescunt; episcopatus ab a. 1752.

Ambitus: Gubernium borussicum Cassellanum, ex gubernio Wisbadensi paroecia Bockenhemiensis, magnus ducatus Saxoniae Wimariensis et Eisenachiensis, ex magno ducatu Hassiae paroecia Ruhlkerkensis (Ruhlkirchen) — 13 735 kmq.

Incolae: catholici 153 984, acatholici ca. 620 000, Clerus: sac. saec. 176, Paroeciae: 100.

[1] Dr. Heinrich Brück, Die oberrheinische Kirchenprovinz. Mainz 1868.

3. *Dioecesis Limburgensis:*

Limburgum (Limburg), ad Loganam fl., episcopatus a d. 16. Aug. 1821 et 11. Apr. 1827.

Ambitus: Gubernium Wisbadense (exclusa paroecia Bockenheim) et in magno ducatu Hassiae paroeciae vulgo Haarheim, Dornassenheim et communitates vulgo Dortelweil et Niedererlenbach nuncupatae — ca. 5600 kmq.

Incolae: catholici ca. 294 740, acathol. ca. 350 000, Clerus: sac. saec. 266, Paroeciae: 167.

4. *Dioecesis Moguntina:*

Moguntia (Mainz), civitas opportuna loco et inter praeclaras Germaniae computata, cujus basilica ad metropolis fastigium evecta fuit (748) sub S. Bonifacio a Zacharia Summo Pontifice, qui ei subdidit omnes Germaniae gentes. Ei subditae erant sedes suffraganeae: Wormatiensis, Spirensis, Argentoratensis, Constantiensis, Augustana, Curiensis, Eichstettensis, Herbipolitana seu Wirceburgensis, Paderbornensis, Hildesiensis, Verdensis, Halberstadiensis, Fuldensis ex anno 1753, Pragensis usque ad a. 1344. Sedes metropolitana a. 1803 Ratisbonam translata fuit, quod bulla Pii VII. d. d. 1. Febr. 1804 confirmavit, postquam concordato inter Papam et rempublicam Gallicam die 15. Jul. 1801 sedes Moguntina in suffraganeam depressa et sedi metropolitanae Mechliniensi subjecta erat. Bulla „Provida sollersque" sedi metropolitanae Friburgensi subjecta est.

Ambitus: Magnus ducatus Hassiae (exclusis paroeciis, quae ad dioecesim Limburgensem pertinent) — 7650 kmq.

Incolae: catholici ca. 269 000, acathol. ca. 602 000, Clerus: sac. saec. 267, sac. reg. 11. Paroeciae: 153.

5. *Dioecesis Rottenburgensis:*

Rottenburgum (Rottenburg), episcopatus erectus a. 1821 et 1827.

Ambitus: Regnum Wurttembergense — 19 504 kmq. Incolae: catholici ca. 598 000, acathol.: 1 290 000. Clerus: sac. saec. ca. 1000, Paroeciae: 678.

## IV. Provincia ecclesiastica Gnesnensis et Posnaniensis.

Ecclesiae Gnesnensi et Posnaniensi vinculo jurisdictionis metropolitanae unitur suffraganea Culmensis.

1. *Archidioecesis Gnesnensis et Posnaniensis:*

Gnesna (Gnesen), antiquissima Poloniae urbs primaque sedes principum, episcopatus erectus a. ca. 1000; Posnania (Posen), urbs praeclara ad Vartam fluvium sita, episcopatus erectus saec. 10. Anno 1821 episcopalis ecclesia Posnaniensis ad sedis metropolitanae gradum elata et alteri archiepiscopali Gnesnensi aeque principaliter perpetuo unita est.

Ambitus: Partes guberniorum Brombergae et Posnaniae formant territorium archidioeceseos Gnesnensis, et partes guberniorum insulae Mariae (Marienwerder), Coslini, Brombergae, Posnaniae illud archidioeceseos Posnaniensis.

Incolae: In archidioecesi Gnesnensi catholici ca. 315 000, acatholici ca. 200 000; in archidioesesi Posnaniensi catholici ca. 660 000, acatholici ca. 250 000,

Clerus: sac. saec. 550, Paroeciae: 653.

Sedes suffraganea:

2. *Dioecesis Culmensis:*

Culma (Kulm), urbs antiqua, ad Vistulam infra Torunium sita, episcopatus ab a. 1243. Episcopalis residentia: Pelplinum.

Ambitus: Pars gubernii Dantisci (Danzig), quae adjacet ad ripam Vistulae sinistram, et partes guberniorum insulae Mariae, Coslini, Brombergae.

Incolae: catholici (1888) 623 822, acatholici ca. 606 000,

Clerus: sac. saec. 370, Paroeciae: 252.

### V. Provincia ecclesiastica Coloniensis sive Rheni inferioris.

Metropoli Coloniensi subjectae sunt ecclesiae suffraganeae: Monasteriensis, Trevirensis, Paderbornensis.

1. *Archidioecesis Coloniensis:*

Colonia Agrippina (Köln), emporium ad Rhenum celeberrimum, ab Agrippa, vel potius ejus pronepte Agrippina, et colonia Romana eo deducta nomen habet; episcopatus primordia ab apostolicis temporibus vel certe saeculi secundi principio abesse procul non possunt. Metropolis primum a Francis designata et a Zacharia Papa S. Bonifacio confirmata; postea ecclesia Coloniensis metropoli Moguntinae, sub S. Bonifacio, subjicitur. Saeculo octavo iterum metropolitica fuisse reperitur. Anno 1803 saecularisatione suppressa bulla Pii VII. „De salute animarum" d. d. 16. Julii 1821 restituta dioeceses: Trevirensem, Monasteriensem, Paderbornensem suffraganeas recepit.

Ambitus: Gubernia Coloniense et Aquisgranense, magna pars gubernii Dusseldorpiensis et parva Trevirensis. Ad archidioecesim pertinet etiam decanatus vulgo Erpel nuncupatus ex gubernio Confluentino — 11 400 kmq.

Incolae: catholici ca. 1 800 000, acatholici ca. 650 000,

Clerus: sac. saec. 1600, Paroeciae: 813.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Monasteriensis:*

Monasterium (Münster), ad Aa fluvium, episcopatus ab anno ca. 800, saecularisatione suppressus a. 1803; anno 1821 restituta fuit sedes.

Ambitus: Gubernium Monasteriense, partes guberniorum Dusseldorpiensis, Mindensis, Arnsbergensis; porro territorium magni ducatus Oldenburgensis, exceptis principatibus Bircofeldiae et Otinae (Eutin) — 16 500 kmq.

Incolae: catholici ca. 823 000, acathol. ca. 364 000,

Clerus: sac. saec. ca. 1200, Paroeciae: 358.

3. *Dioecesis Trevirensis:*

Augusta Trevirorum (Trier), urbs antiquitatem suam prae se ferens, episcopatus a S. Euchario discipulo Sancti Petri apostoli erectus dicitur; sedes primatis totius Belgicae et Germaniae Cis-Rhenanae, metropolis a saec. 9.; a. 1802 post saecularisationem in suffraganeam depressa et sedi metropolitanae Metensi subdita, a. 1821 vero Coloniensi subjecta est.

Ambitus: Gubernium Confluentinum (excepto decanatu vulgo Erpel nuncupato), gubernium Trevirense (exceptis paroeciis vulgo Hallschlag, Ormont, Steffeln nuncupatis); principatus Bircofeldiae — 13 400 kmq.

Incolae: catholici ca. 929 000, acathol. ca. 348 500,

Clerus: sac. saec. 792,

Paroeciae: 736 (ex quibus 7 in principatu Bircofeldiae).

4. *Dioecesis Paderbornensis:*

Paderborna (Paderborn), dioecesis erecta a. 780, „quam commisit Carolus Magnus episcopo Herbipolitano donec de episcopo posset eidem loco tuto providere" [1], usque ad annum 1803 metropoli Moguntinae subdita fuit, anno 1821 vero Coloniensi suffraganea facta est.

Ambitus: Gubernia: Mindense, Arnsbergense (ex parte), Merseburgense, Erfordiense, Magdeburgicum, porro principatus Lippiensis et Waldecceusis, ducatus Saxoniae Gothanae; principatus vero Schwarzburgi-Sondershusani et Schwarzburgi-Rudolphostadiensis ut missionis territoria ad dioecesim pertinent — 46 650 kmq.

Incolae: catholici ca. 900 000, acathol. ca. 4 000 000,

Clerus: sac. saec. ca. 900, Paroeciae: 477.

## Vicariatus apostolici.

1. *Vicariatus apostolicus Anhaltinus:*

Anno 1825 dux Ferdinandus de Anhalt-Koethen ad ecclesiam catholicam se convertit et parochiam catholicam in urbe Koethensi fundavit, quam Leo XII. litteris apostolicis d. d. 17. Maji 1826 cum vicariatu Saxoniae univit. Anno 1834 territorium ducatus Anhaltini nuntio apostolico Monacensi subjectum est; Pius vero IX. per litteras apostolicas d. d. 17. Martii 1868 administrationem vicariatus Anhaltini in episcopum Paderbornensem transtulit.

[1] Gobelin. Persona, Act. VI, c. 38.

Ambitus: Ducatus Anhaltinus.

Incolae: catholici ca. 4600, acatholici ca. 243 000,

Clerus: sac. saec. 6, Paroeciae: 3, Ecclesiae: 3.

2. *Vicariatus apostolicus Missionum septentrionalium Germaniae:*

Medio saeculo 17. Sacra Congregatio de propaganda fide „Vicariatum apostolicum Missionum septentrionalium Germaniae et Daniae“ instituit; anno 1868 vero per decretum ejusdem congregationis d. d. 29. Julii ab hoc vicariatu separatae sunt praefectura regni Daniae et praefectura ducatuum Slesvici et Holsatiae (Schleswig-Holstein).

Ambitus: Magni ducatus Megalopolitanus Suerinensis et Megalopolitanus Streliticnsis, principatus Schaumburgi Lippiensis, civitates liberae Lubeca, Brema, Hamburgum, ducatus Lauenburgicus.

Incolae: catholici ca. 29 000, acathol. ca. 1 470 000,

Clerus: sac. saec. 23,

Stationes: 14, Ecclesiae: 9, Sacella: 11.

3. *Vicariatus apostolicus regni Saxoniae:*

Post apostasiam episcopi Misnensis saec. 16. in finibus ejus dioeceseos Clemens XIII. anno 1763 erexit vicariatum Saxoniae, cui adnexi sunt anno 1874 principatus Rutheniae Greciensis (Reuss-Greiz) et anno 1877 ducatus Altenburgensis.

Ambitus: Regnum Saxoniae (excepto districtu Lusatiae superioris), principatus Rutheniae Greciensis, ducatus Saxoniae Altenburgensis.

Incolae: catholici 59 000, acatholici ca. 2 588 000,

Clerus: sac. saec. 35, Paroeciae: 15, Ecclesiae: 14,

Sacella publica: 9, Sacella privata: 12.

## Praefecturae apostolicae.

1. *Praefectura apostolica Lusatiae:*

Anno 1560 administratio provinciae Lusatiae ab antistite dioeceseos Misnensis, qui postea a fide catholica defecit, in decanum capituli Budissensis translata est. Haec translatio jurisdictionis approbationem Sedis Apostolicae anno 1567 accepit et originem praefecturae Lusatiae superioris seu districtus Budissensis dedit [1].

Ambitus: Districtus Lusatiae in Saxonia (Oberlausitz).

Incolae: catholici ca. 30 000, acathol. ca. 326 000,

Clerus: sac. saec. 32, sac. reg. 8.

Stationes: 15, Ecclesiae: 15,

Sacella publica: 3, sacella privata: 3.

[1] De monasteriis Cisterciensium, quae „Vallis S. Mariae, germanice Marienthal“ et „Stella S. Mariae, germ. Mariastern“ vocantur, cf. „Geschichte der sächsischen Klöster in der Mark Meissen und Oberlausitz“. Von Hermann Gustav Hasse. Gotha 1888.

2. *Praefectura apostolica Slesvici et Holsatiae:*

Slesvicum et Holsatia (Schleswig-Holstein) praefectura apostolica per decretum Sacrae Congregationis de propaganda fide d. d. 29. Jul. 1868.

Ambitus: Provincia Slesvici et Holsatiae.

Incolae: catholici 10 290, acatholici 1 140 000,

Clerus: sac. saec. 16 (ex quibus 3 curae spirituali militum sunt addicti).

### Conspectus summarius

**dioecesium in imperio Germaniae existentium.**

(Fons: Taschenbuch für den katholischen Clerus. 1889.)

| Dioeceses. | Catholici. | Sacerdotes saecular. | Sacerdotes regul. |
|---|---|---|---|
| Vratislaviensis (inclusis comitatu Glacensi et territorio commissariatus Katscher | 2 189 400 | 987 | 13 |
| Varmiensis | 410 200 | 273 | — |
| Hildesiensis | 102 000 | 180 | 5 |
| Osnabrugensis | 170 000 | 218 | — |
| Metensis | 472 000 | 801 | — |
| Argentoratensis | 782 000 | 1 183 | 19 |
| Dioeceses exemtae | 3 125 600 | 3 642 | 37 |
| Archidioecesis Bambergensis | 318 000 | 346 | 17 |
| Dioecesis Herbipolensis | 512 000 | 672 | 87 |
| „ Eichstettensis | 168 000 | 342 | 26 |
| „ Spirensis | 309 600 | 316 | 6 |
| Prov. eccles. Bambergensis | 1 307 600 | 1 676 | 136 |
| Archid. Monacensis et Frisingensis | 740 000 | 935 | 103 |
| Dioecesis Augustana | 702 800 | 1 112 | 66 |
| „ Passaviensis | 330 000 | 455 | 33 |
| „ Ratisbonensis | 772 000 | 959 | 101 |
| Prov. eccles. Monacens. et Frisingens. | 2 544 800 | 3 461 | 303 |
| Archidioecesis Friburgensis | 1 026 000 | 1 060 | 15 |
| Dioecesis Fuldensis | 148 300 | 173 | 6 |
| „ Limburgensis | 300 000 | 271 | 9 |
| „ Moguntina | 270 000 | 255 | 11 |
| „ Rottenburgensis | 800 000 | 986 | — |
| Prov. eccles. Friburgensis | 2 544 300 | 2 745 | 41 |
| Archid. Gnesnensis et Posnaniensis | 1 117 000 | 611 | — |
| Dioecesis Culmensis | 623 000 | 370 | — |
| Prov. eccles. Gnesnens. et Posnaniens. | 1 740 000 | 981 | — |
| Archidioecesis Coloniensis | 1 937 400 | 1 700 | 23 |
| Dioecesis Monasteriensis | 925 000 | 1 200 | 30 |
| „ Trevirensis | 950 000 | 876 | — |
| „ Paderbornensis incl. vic. ap. Anhaltino | 900 000 | 931 | 30 |
| Prov. eccles. Coloniensis | 4 712400 | 4 707 | 83 |
| [Anhaltinus vic. apost. ] | [4 600] | [6] | [—] |
| Missionum septentrionalium Germaniae vic. apost. | 30 000 | 23 | — |
| Regni Saxoniae vic. apost. } Lusatiae praef. apost. | 73 000 | 67 | 8 |
| Slesvici et Holsatiae praef. apost. | 10 300 | 14 | — |
| Summa totalis | 17 088 000 | 17 316 | 600 |

Fontes:

Germaniae sacrae tom. I. et II. auctore P. Marco Hansizio, Soc. Jesu. Augustae Vindelicorum. Anno 1727 et 1729.

Idem tom. III. Viennae 1755.

Annales ecclesiastici Germaniae ex antiquis sacrae augustaeque historiae monumentis collecti et cum rebus summorum principum perpetua serie deducti, studio et opera P. Sigismundi Calles e societate Jesu. Tom. IV. Viennae Austriae 1756.

Dr. Fr. W. Rettberg, Kirchengeschichte Deutschlands. Göttingen 1846—1848.

J. Friedrich, Kirchengeschichte Deutschlands. I. Bd. 1. Theil. Bamberg 1867; 2. Theil (1. Hälfte). Ebda 1869.

Dr. Albert Hauck, Kirchengeschichte Deutschlands. I. Theil. Leipzig, J. C. Hinrich'sche Buchhandlung. 1887.

(De his fontibus cf.: Historisch-politische Blätter, 1889, pag. 52. Zur ältesten Kirchengeschichte Deutschlands. Von Dr. Jos. Galland.)

Hand- und Adressbuch über alle Verhältnisse der katholischen Kirche, Geistlichkeit und kirchlichen Institute. Eine allgemeine Statistik der katholischen Kirche in den Ländern deutscher Zunge. Von Dr. J. A. M. Brühl. Bockenheim 1850.

Status dioecesium catholicarum in Austria germanica, Borussia, Bavaria, reliquis Germaniae terris sitarum, descriptus a J. Friderico Schulte. Gissae 1866.

Religionsstatistik der preussischen Monarchie, enthaltend die kurze Darstellung der geschichtlichen und rechtlichen Entwickelung der preussischen Religionsverfassung sowie des Zustandes der confessionellen Verhältnisse in Preussen am Schlusse des Jahres 1861. Von Georg von Hirschfeld, königl. Regierungs-Assessor in Düsseldorf. Arnsberg, Verlag von Wilhelm von Schilgen. 1866.

Preussische Statistik: Anstalten und Personal für die Seelsorge im preussischen Staate nach den Aufnahmen vom Ende December 1867. Berlin 1871.

Jahrbuch für die amtliche Statistik des preussischen Staats: Die katholische Kirche. IV. Jahrgang (2. Hälfte). Berlin 1876.

Idem, V. Jahrgang. Berlin 1883.

Statistisches Jahrbuch für das deutsche Reich. IV. Jahrgang, 1883. Berlin 1883.

Schematismus der römisch-katholischen Kirche des deutschen Reiches. Freiburg im Breisgau 1888.

## B. Helvetia et Liechtensteniun.

### Superficies et incolae:

| | kmq. | Incolae (1. Dec. 1880). |
|---|---|---|
| Helvetia . . . . . . | 41 346,$_5$ | 2 846 102 |
| Liechtenstenium . . . | 157 | 9 124 |

**Divisio ecclesiastica.** Helvetia, quae respublica est, respectu ecclesiastico divisa est in dioeceses exemtas: Basileensem et Luganensem, Curiensem, Sangallensem, Lausannensem et Genevensem, Sedunensem. Principatus Liechtenstenii includitur in territorio dioeceseos Curiensis. Praeterea existunt in Helvetia duae praefecturae apostolicae: una in vallibus Mesaucina et Calanca in dioecesi Curiensi, altera in parte magis septentrionali pagi Rhaetorum. Insuper habentur abbatiae exemtae: Sancti Mauritii et Eremi Deiparae Virginis (Einsiedeln)[1]. Abbatia Sancti Mauritii erecta est a. 515, ab a. 1823 nullius dioeceseos est. Abbates a Gregorio XVI. a. 1840 receperunt dignitatem episcopi titularis Bethlehemensis.



### Dioeceses exemtae.

1. *Dioecesis Basileensis et Luganensis:*

Antea sedes fuit Augustae Rauracorum, ab a. 740 Basileae; a tempore reformationis episcopus residentiam habuit Pruntruti, postea Soloduri; episcopatus a saec. 4. Luganum (Lugano), episcopatus ab a. 1888. Sedes episcopalis: Solodurum (Solothurn), ad Arolam fluvium, urbs antiqua.

Ambitus: a) Dioecesis Basileensis amplectitur pagos: Luceriae, Tugiensem, Solodurensem, Argoviae, Turgoviae, Basileensem, Bernensem, Schafhusinum — 12 556 kmq; b) dioecesis Luganensis pagum Ticinensem — 2818 kmq.

Incolae a) in dioecesi Basileensi: catholici ca. 428 000, acatholici ca. 800 000; b) in dioecesi Luganensi: catholici ca. 135 000,

Clerus a) in dioecesi Basileensi: sac. saec. 650, sac. reg. 80; b) in dioecesi Luganensi: sac. saec. 347, sac. reg. 10,

Paroeciae a) in dioecesi Basileensi 410, b) in dioecesi Luganensi 237.

2. *Dioecesis Curiensis:*

Curia Rhaetorum (Chur), episcopatus a saec. 5.

Ambitus: Pagi Glaronensis, Grisonum, Subsilvaniae, Uraniensis, Tigurinus; principatus Liechtenstenii.

Incolae: catholici 188 200, acatholici 345 100,

Clerus: sac. saec. 315, sac. reg. 213,

Paroeciae: 159.

3. *Dioecesis Sancti Galli seu Sangallensis:*

Sancti Galli (St. Gallen), episcopatus vi bullae Pii VII. „Ecclesias quae antiquitate“ d. d. 2. Jul. 1823.

Ambitus: Pagi Abbatis Cellae et Sancti Galli — 2439 kmq.

Incolae: catholici ca. 142 000, acathol. ca. 131 000,

Clerus: sac. saec. ca. 200, sac. reg. 45,

Paroeciae: 111.

4. *Dioecesis Lausannensis et Genevensis:*

Lausonium (Lausanna, Lausanne), ad lacum Lemanum, episcopatus a saec. 6.; Geneva (Genf) ad inferiorem lacus Lemani partem, episcopatus a saec. 4.; dioeceses unitae a. 1815.

Ambitus: Pagi Valdensis (Waadt, ex parte), Friburgensis, Neocomensis, Genevensis — ca. 5400 kmq. Sedes episcopalis: Friburgum ad Sanam fluvium.

[1] „Eremus“, „ad Eremitas“, „monasterium solitarum“, „monasterium, quod solitarium vocatur, teutonice Einsiedeln.“

Incolae: catholici ca. 173 000, acathol. ca. 300 000, Clerus: sac. saec. ca. 290, sac. reg. ca. 40, Paroeciae: 177.

5. *Dioecesis Sedunensis:*

Sedunum (Sitten, Sion), gemina arce nobilis urbs ad Rhodanum, episcopatus a saec. 4.

Ambitus: Pagi Valesiae (Wallis) et Valdensis (ex parte) — ca. 5856 kmq.

Incolae: catholici ca. 99 000, acatholici ca. 1200, Clerus: sac. saec. 173, sac. reg. 118, Paroeciae: 132.

## Praefecturae apostolicae.

1. *Praefectura apostolica Mesauci et Calancae:*

Valles Mesaucina (Misox) et Calanca, missio PP. Capulatorum ab anno 1635.

Concredita initio fuit PP. Capulatis provinciae Mediolanensis; ab anno 1790 ad annum 1802 successerunt patres ejusdem ordinis ex provincia Novariensi, dein ex provincia Ticinensi usque ad annum 1850, et demum ex provincia Taurinensi usque adhuc.

Ambitus: Valles Mesaucina et Calanca in pago Rhaetiae.

Incolae: catholici 6100, Sacerdotes: 11, Paroeciae: 7, Ecclesiae et sacella: 19.

2. *Praefectura apostolica Rhaetorum:*

Anno 1621 missionarii Capulati in Rhaetiam missi sunt, inter quos Sanctus Fidelis a Sigmaringa fuit.

Ambitus: Pagus Grisonum (ex parte).

Incolae: 8500, ex quibus 7387 catholici, Sacerdotes: 22, Paroeciae missionis: 20, Stationes primariae: 3, subsidiariae 7, Ecclesiae et sacella missionis: 49.

Fons: Status cleri saecularis et regularis omnium Helvetiae dioecesium pro anno 1889.

### Conspectus summarius
dioecesium in Helvetia et Liechtenstenio existentium.

| Dioeceses. | Catholici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Basileensis et Luganensis | 563 000 | 1 087 |
| Curiensis | 188 200 | 528 |
| Sancti Galli | 142 000 | 245 |
| Lausannensis et Genevensis | 173 000 | 330 |
| Sedunensis | 99 000 | 291 |
| Summa totalis | 1 165 200 | 2 481 |

# Caput octavum.

# Qua proportione catholici Germaniae et Helvetiae inter acatholicos distributi sint.

Magni plerumque interest, non singulas tantum provincias ecclesiasticas limitibus certis circumscriptas conspicere, sed illud etiam maxime, qua cujusque ditionis homines catholici frequentia cum reliquis ejusdem regionis incolis permixti ac disseminati sint, facili intuitu cognoscere. Quare conati sumus indicare, qua numerorum proportione Germaniae et Helvetiae dioecesium incolae catholici cum acatholicis cohabitarent.

## A. Imperium Germanicum.

1. Sola fere, si magnas excipimus urbes, viget religio catholica in partibus Bavariae antiquioribus, sive in iis provinciis, quae inde a saec. 16. ducibus Bavariae parebant, et in iis, quae erant dominii ecclesiastici; item in ditionibus, quae quondam erant Austriae anterioris (eae sunt Brisgovia, partes circuli Danubii in regno Wurttembergico partesque Alsatiae quaedam), in Lotharingia, in Eifeliae montibus provinciae Rhenanae et in ea, quae inde ad septentrionem versus extenditur, planitie guberniorum Coloniensis et Aquisgranensis, in pago Monasteriensi, in ducatu olim Guestfaliae, quod fere est gubernium Arnsbergense, in Eichsfeldia, in comitatu Glacensi, in majore parte Silesiae superioris ceterisque quibusdam pagis.

Simili ratione soli fere habitant protestantes in magnis orientalis Borussiae plagis, per Brandenburgiam et Pomeraniam paene omnem, per partes multo majores provinciae Saxonicae regnique Saxonici, in Megalopoli (Mecklenburg), Slesvico et Holsatia (Holstein), multis provinciae Hannoveranae partibus, in ditione Mindensi, in Thuringia fere integra, in Hassia superiore, in partibus denique Franconiae Bavaricae pagique Nicerani in regno Wurttembergico. Majores tamen passim urbes excipiendae sunt, in quibus plus minusve cultores utriusque miscentur confessionis.

2. Quodsi ad regnum Borussiae mentem convertas, catholici incolae duabus plagis conglomerati resident, altera orientali, occidentali altera.

Quae ad orientem sita est, inde ab ostiis Vistulae ad capita Viadri Vistulaeque porrigitur, atque paucas si protestantium interspersas colonias excipias, provinciis continetur Borussiae occidentalis, Posnaniae ac mediae superiorisque Silesiae.

Quae ad occidentem est catholicorum plaga, a septentrione conterminam habet Frisiam orientalem a protestantismo occupatam, complectitur Guestfaliam omissa tamen ditione Mindensi pagisque vulgo Siegen et Wittgenstein in Sauerlandia, ducatum olim Nassoviae praeter pagum, cui a Dilla rivo nomen est (Dillkreis), provinciam denique Rhenanam. Notandum vero est, ad dexteram Rheni ripam regiones, quae prope Dusseldorpium (i. e. ducatus Bergensis) et prope Neovidium adjacent, pagumque quem dicunt Rhenanum, item ad dexteram Mosellae ripam, quae circa Bernecastellum et Saravipontem (Saarbrücken) sitae sunt, passim protestanticis habitatoribus permixtas esse.

Protestantica etiam Borussiae pars duobus solidis tractibus conglobatur, orientali et occidentali. Alter ab urbe Memelia (Memel) ad Rosenberg et Neidenburg protenditur totusque in Borussia trans Vistulam situs est. Media interjacet Varmia quasi insula catholica. Alter longe amplior ab oriente circumscribitur extremis Pomeraniae ulterioris et Marchiae novae finibus, Silesiam a Grunebergo (Prasia Elysiorum) per Sprottaviam et Lignitium pertransit usque ad Bolkenhain et Hirschberg, ita tamen, ut ab oriente istorum finium in catholica Silesiae mediae parte interjaceat colonia protestantica oppidorum Olsnae et Bregae (Oels et Brieg), ad occidentem versus in Silesia protestantica sit oasis quaedam catholica Leorinum (Löwenberg). Fines autem occidentales ejusdem regionis protestanticae ab extremo Slesvico recta fere ad meridiem versus ad Biliveldam (Bielefeld) in Guestfalia descendunt, circumeunt inde per Rintelium, Hameliam, Einbeckum provinciae Hannoveranae, per Hassiae circulos Hofgeismar, Wolfhagen, Frislariae (Fritzlar), Frankenbergae, deinde inverso tramite pertingunt ad Guestfaliae circulos Siegen et Wittgenstein usque ad circulos Dillanum Nassoviae et Wetzlariensem Rhenaniae. Ab hac linea ad orientem versus tanquam insulae catholicae in terra protestantium intercluduntur dioecesis Hildesiensis, Eichsfeldia (circa urbem Heiligenstadt), dioecesis Fuldensis. Ulterius vicissim ad occidentem protenduntur circuli Lennep, Altena, Hagen, Gummersbach protestantici catholicis Guestfaliae regionibus inclusi.

3. Ut denique, quomodo judaeorum natio dispersa sit, describamus, praestat eas regiones, quibus nulli fere judaei inhabitant, easque, quibus multi, enumerare. Nulli fere judaei (i. e. non plures quam unus inter millenos homines) incolunt regionem Elbinganam, Rugiam insulam, Slesvicum septentrionalem et occidentalem, Ditmarsorum tractum, Lauenburgum, oram Holsatiae orientalem (circa Ploen et Oldenburgum), pagum Wipperfurtanum in Guestfalia, Gallobelgicos pagos Malmundarii (Malmedy) et Montisjovii (Montjoie) provinciae Rhenanae; in Silesia regionem Lignitianam, Lusatiam a Gorlitia (Görlitz) ad Kalau et Hoyerswerda, Torgaviae regionem usque ad Erfordiam et Merseburgum, circa Worbis in Eichsfeldia.

Plures quam sexageni inter millenos habitant Vratislaviae, Posnaniae, Francofurti ad Moenum, plures quam quinquageni in uno pago Schildbergensi provinciae Posnaniae, plures quam quadrageni in pagis orientalibus Kattowitz, Wreschen, Samter, Obornik, Kolmariae Borussiae atque insuper in Hassiae pagis Hünfeld et Schüchtern, Berolini denique in capite regni.

4. Quaestio hic animum pulsat, utra decurrente hoc saeculo populi pars majus incrementum ceperit, catholica an protestantica.

Priore igitur dimidio saeculo nostro per status foederatos confoederationis Germanicae protestantica natio plus profecit quam catholica. Hoc enim evincitur collatis primis connumerationibus, quibus confessiones incolarum recensebantur, cum iis, quae quarto hujus saeculi decennio institutae sunt. Longe alia est conditio inde a medio hoc saeculo. Quamvis hoc etiam tempore protestantes majus incrementum relativum sumant in illis regionibus, in quibus minore numero adsunt, excipiendae tamen sunt provinciae majorem partem catholicae regni Borussici; contra autem catholici non ibi tantum, ubi minorem efficiunt fractionem, sed iis etiam in provinciis, ubi praevalent numero, majore proportione augentur. Hoc speciatim obtinuit in Silesia et Posnania ab anno 1864 ad 1880.

5. Ab anno 1864 ad annum 1880 catholici, spectato universo regno Borussico, magis quam protestantes aucti sunt, ac speciatim in provinciis Borussiae orientalis et occidentalis, Posnaniae, Pomeraniae, Silesiae, in principatu Hohenzollerano, in Slesvico et Holsatia, Hannovera, Hassia Nassoviaque. Quodsi istarum provinciarum numeros incolarum catholicorum cum numero protestantium conferas, protestantes decrementum quoddam relativum passi sunt; opposita autem proportio obtinuit in provinciis Saxoniae, Guestfaliae, Rhenaniae, ubi protestantes magis increverunt.

Haec, quae de Borussia dicta sunt, ideo memoria digna videntur, quia, quamquam ceteroquin axioma usu et observatione stabilitum habetur, quasvis ecclesiasticas communitates, quae numerum proportione inferiorem comprehendant, citiore incremento augeri quam eas, quae relativo numero praestent (‚Quaevis ecclesia *minoritatis* citius augetur quam ecclesia *majoritatis*'), in Borussia regula ista exceptionem patitur spectatis provinciis Posnaniae et Silesiae.

Haec ita se habere, confirmatur iis, quae dicit Neumann (Geographisches Lexikon des Deutschen Reiches 1883, pag. XXXIV.): In imperio Germanico ab anno 1871 ad annum 1880 numerum evangelicorum paulo plus auctum esse quam catholicorum, in monarchia vero Borussica catholicos augmento praeivisse idque in omnibus provinciis praeter Guestfaliam atque Rhenaniam.

6. Etiam inde ab anno 1880 augmentum catholicorum non parum vincit protestantium, judaei autem a christianae religionis asseclis aliquanto superantur. Aderant enim incolae actu praesentes pridie Kal. Jan. 1884 (31. Dec. 1883) evangelici: 18 243 587, catholici: 9 621 624, alii christiani: 83 020, judaei: 366 543, aliarum religionum: 155, denique ignotae religionis: 3529.

Proinde evangelicorum proportio ad universum numerum erat $64{,}_{42}$ : 100, catholicorum $33{,}_{97}$ : 100, reliquorum christianorum $0{,}_{30}$ : 100, judaeorum $1{,}_{30}$ : 100.

Jamvero ex descriptione anni 1880 numerus evangelicorum: 17 645 462, catholicorum: 9 205 136, judaeorum: 363 790, aliarum religionum: 42 517 erutus erat. Hinc incrementum evangelicorum eruitur: 598 125, catholicorum: 416,488, judaeorum: 2752. Attamen in novissima recensione plures sectae, velut Mennonitarum et Zinzendorfianorum, qui prius inter evangelicos numerati erant, ad „reliquos christianos“ relegati sunt; praeterea graeci „orthodoxi“ e numero catholicorum non sunt segregati. Haec si in rationem adducuntur, sequitur augmentum evangelicorum esse: $3{,}_{49}$ : 100, catholicorum: $4{,}_{51}$ : 100, judaeorum: $0{,}_{76}$ : 100.

7. Alsatia et Lotharingia. Ex notitiis statisticis a ministerio rerum internarum editis (1888) resultat, in territorio imperiali (Reichslande) Alsatiae et Lotharingiae incolas indigenas intra lustrum ab a. 1880 ad a. 1885 elapsum numero 49 245 hominum diminutos esse propter plurimorum in Galliam transmigrationem. Numerus longe major eorum emigrantium Lotharingiae cedit, sunt enim 25 293. Per idem temporis spatium incolae teutonici immigratione praecipue augmentum 36 958 hominum experti sunt. Ex quo Alsatia et Lotharingia Germaniae adnexae sunt, numerus eorum, qui e reliqua Germania immigraverunt, est 151 755, ad quem numerum omnes Germaniae respublicae contulerunt, imprimis Badenia. Iisdem notitiis effertur, inter immigrantes elementum protestanticum praevalere.

Ab 1880 ad 1885 numerus catholicorum in his provinciis a 1 218 468 decrevit ad 1 210 297 eodemque tempore protestantes a 305 134 ad 312 941 aucti sunt.

Nota. Ex incolarum recensibus a. 1871, 1880, 1885 factis (de anno 1875 non suppetunt ullae circa confessiones religiosas indicationes) hi pro imperio Germanico numeri eruuntur:

| | 1871. | 1880. | 1885. |
|---|---|---|---|
| Evangelici | 25 581 685 | 28 331 152 | 29 369 847 |
| Catholici | 14 869 292 | 16 232 651 | 16 785 734 |
| Alii christiani | 82 158 | 78 031 | 125 673 |
| Israelitae | 512 153 | 541 153 | 563 172 |
| Aliarum religionum asseclae | 176 | 366 | 203 |
| Homines sine professione religiosa vel professionis indeterminatae | 16 980 | 30 249 | 11 075 |

Ab anno igitur 1871 ad annum 1885 christiani evangelici $14{,}_{8}$%, catholici $12{,}_{9}$% tantum aucti sunt. Incolae scilicet earum regionum, quae aut omnino aut ex majore parte sunt evangelicae, majus incrementum habuerunt quam regiones mere aut praevalenter catholicae. Numerus judaismi sectatorum ab a. 1871 auctus est 10%.

E centenis incolis cedunt:

| | 1871. | 1880. | 1885. |
|---|---|---|---|
| Evangelicis | $62{,}_{3}$ | $62{,}_{6}$ | $62{,}_{7}$ |
| Catholicis | $36{,}_{2}$ | $35{,}_{9}$ | $35{,}_{8}$ |
| Christianis aliis | $0{,}_{2}$ | $0{,}_{2}$ | $0{,}_{3}$ |
| Israelitis | $1{,}_{2}$ | $1{,}_{2}$ | $1{,}_{2}$ |

(Cf. Statistik des Deutschen Reichs. 32. Band.)

## B. Helvetia.

Quoad fidei professionem pagi sive cantones Helvetiae dividuntur in mere catholicos, nempe: Uroniae, Suitiae, Luceriae, Subsilvaniae, Tugiensis, Abbatis Cellae interioris (vulgo Appenzell-Inner-Rhoden), Ticini, Valesiae, et mixtos. Inter hos tamen sunt paene ex integro protestantici (reformati Zwinglio et Calvino auctoribus) pagi: Abbatis Cellae exterioris (vulgo Appenzell-Ausser-Rhoden), Valdensis, Schafhusinus, Tigurinus, Bernensis, porro ex majore parte protestantici pagi: Glaronensis, Basileensis, Grisonum sive Rhaetiae superioris, Argoviae, Turgoviae, Neocomi et Genevae.

# Caput nonum.

# Scandinavia.

## A. Dania.

1. Daniae regnum ex pluribus constat partibus. Pars, quae sita est in Germaniae continenti, Jutia sive Jutlandia (Jylland) dicitur, ab occidente et septentrione mari Germanico, ab ortu freto, quod vulgo appellatur Kattegat, a meridie Konge Aa fluvio ex parte terminatur. Altera pars regni in insulis dispersa est; in his Seelandia (Själland) ut magnitudine sic foecunditate alias antestat, in qua est totius regni caput Hafnia, indigenis Kjöbenhavn, Germanis Kopenhagen, celebre emporium regumque sedes. Seelandiae ad occidentem jacet Fionia, vulgo Fyen, cujus caput Ottonia vulgo Odense, et Langelandia, quae nomen a longitudine habet, ad meridiem Lalandia (Laaland) et Falstria (Falster). Est praeterea insula Bornholmia ad orientem insulae Seelandiae. Olim etiam ad regnum Daniae pars meridionalis paeninsulae Scandinaviae, quae divisa fuit in Scaniam (Skåne), Hallandiam, Blekingiam (Bleking), porro Slesvicum, hodie Borussiae pars, necnon aliae continentis partes et insulae in mari Baltico pertinuerunt.

Gronlandia vero polo propior, Islandia et insulae Faroae Daniae nunc adhaerent.

2. Divisio ecclesiastica Daniae secundum Provinciale Lugdunense (1546):

Archiepiscopus Lundensis — Lundia, Lund, Scaniae (Skåne sive Schonen) primaria urbs, archiepiscopatus ab a. 1104 — hos habuit suffraganeos: Roskildensem — Roschildia vulgo Roeskilde, in insula Seelandia, ad amplissimum maris sinum sita, opulenta quondam urbs, regum sepulchris clara; Othoniensem — Ottonia sive Othonium, nunc Odense, caput insulae Fioniae; Slesvicensem — Slesvica, hodie Schleswig, ad Sliam fl.; Ripensem — Ripa, Ribe, haud longe a litore maris occidentalis, in Jutia; Revaliensem — Revalia, hodie Reval nuncupata, in Harria; Viburgiensem — Viburgium, hodie Viborg, in Jutia; Arhusiensem — Arhusium (Aarhus), ad litus orientale in Jutia; Burglanensem — Burglanum, episcopatus erectus a. 1065, primus episcopus residentiam habuit Boerglum ad Liimfjord; ab initio episcopatus suffraganeus erat metropolitae Hamburgensis-Bremensis, a saec. 12. Lundensis, a. 1554 sedes Alburgium (Aalborg) ad Liimfjord translata est.

3. In Dania a. 1536 uno die omnibus episcopis in carcerem conjectis regis Christiani III. edicto ecclesia catholica abrogata paulatimque deleta est partim violentia, partim mendacio. Simili modo in Norvegia, quae tum Daniae regibus parebat, novatorum factio praevaluit. Diutius ac fortius Islandia haeresi restitit, nec frangi potuit nisi postquam episcopus catholicus in vincula conjectus et capite plexus est. Pauci postea Dani catholicae ecclesiae fidem profiteri ausi sunt, cum legibus iniquis indigenae, quominus catholicae vitae praecepta implerent, severe prohiberentur, ac vix extranei in legatorum catholicorum, qui Hafniae aderant, oratoriis domesticis permitterentur sacris interesse. Nihilominus Dominicani et Jesuitae urbes peragrabant, ut clam paucos aliquos ab errore ad catholicam ecclesiam reducerent. Anno 1623 a Congregatione de propaganda fide duo Dominicani, Jacobus Broniwer Dr. th. et Nicolaus Jansen, eo missi erant; verum legislatione crudeli obstante successus laborum exiguus fuit. Medio saeculo 17. eadem Sacra Congregatio vicariatum apostolicum missionum septentrionalium fundavit. Inter vicarios apostolicos doctrina et virtute maxime eminebat Nicolaus Steno, qui Hafniae natus, in Italia catholicam fidem amplexus, mortem sanctissimam obiit Suerini in ducatu Megalopolitano a. 1686. Post eum aliquot episcopi Germaniae septentrionalis vicariatum apostolicum administrabant, donec anno 1839 iterum proprius vicarius apostolicus creatus est Theodorus Laurent, sed, cum Daniae gubernio impeditus esset, quominus in missione consisteret, iterum episcopus Osnabrugensis titulo provicarii totam missionem septentrionalem Germaniae et Daniae administrabat. Anno 1869 per breve apostolicum d. d. 17. Aug. Dania tota cum Gronlandia, Islandia et insulis Farois (Fär-Öer), quae antea ad praefecturam Poli Arctici spectaverant, praefectura apostolica declarata est.

4. Hinc praefectura apostolica Daniae constat 1) regno Daniae, 2) insulis Farris sive Farois, hodie Fär-Öer, 3) Islandia, 4) Gronlandia Danica.

Anno 1840 in Dania numerati sunt catholici 865, e quibus 550 Hafniae, reliqui passim dispersi. Abrogatis a. 1849 veteribus legibus inhumanis statim provicarius apostolicus operam dabat, ut pro sacerdotibus legationis Austriacae missionarii e clero saeculari curam animarum gererent, quod a. 1850 factum est. Ab eo tempore numerus oratoriorum, missionariorum et hominum catholicorum continuo augetur, minime vero, ut in America et Australia, immigratione, sed vix non unice conversionibus.

Fons: Aperçu sur l'état des Catholiques dans les états du Roi de Dannemarc selon les loix du Pays. Schlegel, Copenhague, 8. Janvier 1816. Cf. Sammlung einiger wichtigen officiellen Aktenstücke. Von Augustin Theiner. Mainz 1835.

### Praefectura apostolica Daniae.

Dania, cujus regni metropolis Hafnia, separata fuit a vicariatu apostolico missionum septentrionalium et in praefecturam erecta per decretum Sacrae Congregationis de propaganda fide d. d. 29. Julii 1868.

Residentia praefecti apostolici: Hafnia, celebre emporium regumque sedes.

Ambitus: Regnum Daniae, Faroae insulae, Islandia, Gronia seu Gronlandia Danica.

Incolae: ca. 2000000, ex quibus catholici 3603,
Sacerdotes saec.: 15, reg.: 15,
Ecclesiae: 7, Sacella publica: 9.

## B. Suecia et Norvegia.

1. A regno Daniae fretis vulgo Skagerak et Kattegat divisa est Scandinaviae sive Scandiae paeninsula, cujus partes Suecia et Norvegia. Illa a septentrione clauditur Russia, a meridie et ab oriente mari Baltico (Östersjön) et sinu Botnico (Bottniska Viken), ab occidente Norvegia; haec alluitur ab occidente et a meridie mari Germanico.

2. Secundum Provinciale Lugdunense (1546) in Scandinaviae paeninsula praeter ecclesiam Lundensem supra descriptam duae erant ecclesiae metropolitanae, Nidrosiensis scilicet et Upsalensis.

Archiepiscopus Nidrosiensis hos habuit suffraganeos: Bergensem, Stavangriensem (Stavanger), Hamarensem (Hammaria, Hamar, Hamarcopia), Ansloënsem (Alstoa, indigenis Opsloe, exteris Anslo, nunc Kristiania a Christiano IV.), Orcadensem (Orkney ins. ab a. 1471 suffragan. S. Andreae), Pharensem sive Faroënsem (sedes episcopalis Kirkjubö), Sodrensem (Sudreyia, episcopatus insularum Scotiae), Gronlandiensem, Scalorensem (Skalholt in Islandia), Olensem (Hola, Holam, Holar in Islandia), Grandensem (Gardar in Gronia), Nellandensem (Norrland?).

Archiepiscopus Upsalensis hos habuit suffraganeos: Scarensem (Skara), Lincopiensem — Lincopia, Linköping, haud longe a lacu Roksen; ultimus episcopus catholicus mortuus est 1538; Stirnnensem (Strängnäs), Aguriensem – Vesterås ad lacum Mälaren, antea suffraganeus episcopatus metropolitae Lundensis, ab anno 1164 Upsalensis; Vaxionensem (Vexjö), Aboënsem (Åbo in Finland).

3. Gustavus Wasa (1524—1560), rex Sueciae, occasione perturbationis Lutheranae arrepta catholicam in Suecia fidem vi ac fraude evertere nitebatur. Quod in illo conatu reliquum erat, Ericus et Carolus filii ad finem perduxerunt. Omnis cultus catholicus lege exclusus fuit et, qui Lutheranam haeresim ejuraverat, exilio aut morte mulctatus est. Hic fuit religionis catholicae status usque ad finem saeculi duodevicesimi. Tum a. 1781 Gustavus III. rex, quem Pius VI. Papa benigne Romae exceperat, gratum se exhibere volens, catholicos deinceps in Suecia commorari et cultum catholicum publice peragere posse indulsit. Ab eo tempore catholicae in Suecia ecclesiae vicarii apostolici praesunt; conditio tamen ecclesiastica tristior esse non cessavit: catholici paucissimi, a vulgo despecti, a muneribus publicis omnibus erant exclusi; qui ad catholicismum transibat, in exilium agendus et haereditate privandus erat. Quaedam tamen ad meliora conversio circa annum 1837 obtinuit.

Favente Desideria regina catholica, regis Caroli Joannis XIV. (Bernadotte) uxore, et postea regina Josephina, Oscari I. regis uxore, primum sacellum catholicum instructum est. Paulo post schola catholica accessit, libri catholici typis excudi coepti sunt, hominesque catholici, qui erant circiter 300, ecclesiae arctius adhaerebant ac fide roborabantur.

Accidit deinde, ut sex mulieres, quae haeresim ejuraverant, a gubernio in exilium ejicerentur; quam ob immanitatem tanta per Europam indignatio est excitata, ut reipublicae moderatores leges inhumanas a. 1860 abrogare cogerentur. Anno jam ante (1859) numerus catholicorum Gotoburgi ita auctus erat, ut nova statio fieri, ecclesia et schola aedificari possent. Idem factum est a. 1869 in urbe Ellebogio sive Malmogia (Malmö). Anno denique 1873 lex est condita, quae ecclesiae catholicae plenam tribuit libertatem; via jam catholicis ad omnia munera publica patet.

Fons: Sur l'état de la religion catholique en Suède. — Par M. Gridens. Vicaire Apostolique à Stockholm. Stockholm, le 9 Novembre 1812. Cf. Sammlung einiger wichtigen officiellen Actenstücke. Von Dr. Augustin Theiner. Mainz 1835.

### I. Vicariatus apostolicus Sueciae.

Suecia, regia dignitate illustris, cujus metropolis Holmia urbs, vulgo Stockholm, vicariatus apostolicus ab anno 1783. Residentia vicarii apostolici: Holmia, emporium celeberrimum.

Ambitus: Regnum Sueciae — 444 814 kmq.
Incolae: 4 603 595, ex quibus catholici 1100,
Sacerd.: 9, Stationes primariae: 4, subsidiaria: 1,
Ecclesiae: 4, Sacella: 4.

### II. Praefectura apostolica Norvegiae.

Norvegia, regnum, separata est a vicariatu Sueciae et in praefecturam apostolicam erecta per decretum S. Congregationis de propaganda fide d. d. 29. Jul. 1868. Residentia praefecti apostolici: Nidrosia vulgo Throndhjem, olim sedes metropolitae provinciae ecclesiasticae Nidrosiensis.

Ambitus: Regnum Norvegiae — 316 694 kmq.
Incolae: 1 913 000, quorum catholici 1000,
Sacerd.: 21, Stationes: 8, Ecclesiae: 6, Sacella: 3.

**Conspectus summarius**
**missionum in regnis Daniae, Sueciae et Norvegiae exist. pro a. 1888.**

| Regna. | Catholici. | Sac. saec. et reg. |
|---|---|---|
| Daniae . . . . . . . . . | 3 603 | 30 |
| Sueciae . . . . . . . . | 1 100 | 9 |
| Norvegiae . . . . . . . | 1 000 | 21 |
| Summa | 5 703 | 60 |

## Caput decimum.

# Austria et Hungaria.

1. Imperium Austriae, cui ex edicto imperiali d. d. 14. Nov. 1868 monarchiae Austriaco-Hungaricae titulus est, duabus modo constat ditionibus politicis sive imperii partibus (Reichshälften), unione reali conjunctis et aequo jure coordinatis, constitutione autem, legislatione, administratione distinctis:

a. altera est ditio Austriaca (imperium Austriae arctiore sensu), qua regna et territoria in comitiis imperialibus (Reichsrath) repraesentata (Cisleithania) comprehenduntur;

b. altera est ditio Hungarica (Transleithania seu regnum coronae Sancti Stephani).

Nota. De antiquis dioecesibus seu provinciis in Illyrico occidentali haec habet Joseph Bingham, lib. IX. cap. IV.

„In Illyrico occidentali, sub praefecto praetorio Italiae constituto, sex fuerunt provinciae: Dalmatia, Savia, Pannonia superior, Pannonia inferior, Noricum mediterraneum et Noricum ripense.

De Dalmatia. In Dalmatia. Carolo a Sancto Paulo recensente, quatuor dioeceses episcopales fuerunt: Salona, metropolis; Jadera, hodie Zara; Epidaurus, nunc Ragusa; Scodra vel Scutari. Scodra autem male in Dalmatia ponitur, nam ea potius Praevalitanae fuit metropolis. Sed Holstenius illius in locum duas alias substituit, Docleam et Seniam, quae hodie Segna dicitur et civitas est in ora Liburniae sita.

De Savia. Proxima huic provincia Savia est, quae a Savo fluvio, qui mediam eam secat, nomen habere videtur. Interdum Pannonia Sava dicitur, quod esset pars Pannoniae ad Saviam, interdum quoque Pannonia Sirmiensis ac Cibaliensis a Sirmio et Cibali civitatibus, in hac ejus parte jacentibus. Hoc autem loco nos eam consideramus ut provinciam a Pannonia distinctam, a qua per Dravum fluvium separatur et regio illa est, quae hodie dicitur Slavonia, et pars Bosniae ac Serviae. In hac provincia sex dioeceses episcopales fuerunt: Sirmium, metropolis juxta confluentem Savi ac Danubii, Singidunum, Mursa, hodie Essek, Cibalis, Noviodunum, Siscia.

De Pannonia superiore et inferiore. Inter Dravum fluvium et Danubium utraque Pannonia superior et inferior sita, hodie pars australis Hungariae. In superiore Carolus a Sancto Paulo ex Lazio quatuor dioeceses recenset: Vindobonam seu Viennam, Sabariam, Scarabantiam, Celiam. Quibus Holstenius Petaviam ad Dravum flumen addit, hodie Petow vocitatam . . . In Pannonia inferiore tres tantum dioeceses fuerunt: Curta, Carpis, Stridonium.

De Norico mediterraneo et ripensi. Ad occasum magis a Pannonia Noricum provincia, ad boream Danubio, ad meridiem et occasum Venetiae et Rhaetiae, duabus provinciis Italicis, contermina. Haec a Romanis in duas divisa erat provincias, Noricum mediterraneum et ripense, in qua utraque Lazius quatuor tantum dioeceses memorat: Laureacum, vulgo dictum Lorch; Juvavium, hodie Salisburgum; Ovilabim, vulgo Lambach; Solvam, vulgo Şolweide . . . Reliquae non fuerunt constitutae ante saeculum 6., ubi ista Germaniae pars primum ad christianam religionem perducta fuit, quae hodie est Carniola et Carinthia cum parte Bavariae, Stiriae, Tirolis et Austriae."

## A. Austria.

1. **Superficies et incolae.** Superficies 300 024,$_{38}$ kmq. Incolae (31. Dec. 1885): 22 868 825 exceptis militibus, 23 031 248 inclusis militibus.

2. **Divisio politica.** Illa regio, quae hodie imperio Habsburgensium paret, dividitur in archiducatum Austriae (Austriae inferioris et superioris, supra et infra Annesim vel Onasum), ducatus Salisburgiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae, comitatum Goritiensem et Gradiscanum, cum marchionatu Istriae et civitate Tergestina, comitatum Tirolensem cum territorio Vorarlbergae, regnum Bohemiae, marchionatum Moraviae, ducatum Silesiae, regnum Galiciae et Lodomeriae cum magno ducatu Cracoviae, ducatum Bucovinae, regnum Dalmatiae.

3. **Divisio ecclesiastica.** Provinciae ecclesiasticae sunt: Goritiensis et Gradiscana, Leopoliensis (ritus latini et graeci Ruthenorum), Olomucensis, Pragensis, Salisburgensis, Viennensis, Jadrensis; praeterea archidioecesis Leopoliensis ritus armeniaci et dioecesis exemta Cracoviensis.

### I. Provincia ecclesiastica Goritiensis et Gradiscana.

Provincia ecclesiastica Goritiensis tam late patet quam territoria civilia Carniolae, Istriae, civitatis Tergestinae, Goritiae et Gradiscae. Ecclesiastice divisa est in archidioecesim Goritiensem et suffraganeas dioeceses: Labacensem, Pareutinam et Polensem, Tergestinam et Justinopolitanam, Vegiensem et Arbensem.

1. *Archidioecesis Goritiensis et Gradiscana:*

Goritia (Goerz), archidioecesis a d. 6. Jul. 1751, erecta e patriarchatu Aquilejensi suppresso, in episcopatum depressa unitur dioecesi Gradiscanae a. 1784, metropolis ab anno 1830.

Ambitus: Circulus Goritiensis territorii litoralis.
Incolae: catholici 223 612, acatholici ca. 500,
Clerus: sac. saec. 263, sac. reg. 68,
Paroeciae: 72, Capellauiae locales: 13.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Labacensis:*

Labacum (Aemona, Laibach), sedes erecta est d. 6. Dec. 1461; metropolis ab anno 1787 usque ad 1807 cum suffraganeis: Seniensi, Gradiscana, Tergestina; deinde usque ad a. 1839 dioecesis exemta.

Ambitus: Ducatus Carniolae.
Incolae: catholici 568 184, graeci-uniti ca. 180, acatholici 740,
Clerus: sac. saec. 546, sac. reg. 48,
Paroeciae: 273, Capellaniae locales: 2,
Expositurae: 19, Cooperaturae: 230.

3. *Dioecesis Parentina et Polensis:*

Pola (Pietas Julia), urbs maritima antiqua in excelso monte sita, dioecesis suffraganea metropoleos Aquilejensis antiquissima; Parentium (Parenzo), in paeninsula situm, dioecesis a saec. 6. ineunte; unitae vi bullae Leonis XII. „Locum beati Petri“ d. d. 30. Jun. 1828; suffraganea usque ad annum 1830 ecclesiae patriarchali Venetiarum.
Ambitus: Marchionatus Istriae.
Incolae: catholici 94 790, acatholici ?,
Clerus: sac. saec. 115, sac. reg. 7,
Paroeciae: 50,
Capellaniae locales: 11, Expositurae: 8.

4. *Dioecesis Tergestina et Justinopolitana:*

Tergestum (Triest), ad mare situm, dioecesis antiquissima; in territorio hujus dioeceseos sitae sunt sedes episcopales suppressae Petenae et Aemoniae.
Justinopolis (Caput Istriae, Capo d'Istria), a Justino imperatore, qui eam restituit, dicta, sedes unita Tergestinae.
Ambitus: Civitas Tergestina cum suo territorio et pars major septentrionalis circuli Istriae.
Incolae: catholici 328 205, acatholici ca. 5000,
Clerus: sac. saec. 275, sac. reg. 46,
Paroeciae: 112,
Capellaniae locales: 71, Expositurae: 52.

5. *Dioecesis Vegiensis et Arbensis:*

Vegia (Veglia), insula Flanatici sinus opima et fertilis, dioecesis ab anno 990; Arba, civitas in ora insulae cognominis vergente ad occasum, quae promontorium insidet mari ferme undique circumfusum, episcopatus ab a. 500; nova circumscriptio dioecesis facta est litteris apostolicis „Locum beati Petri“ d. d. 30. Juni 1828.
Ambitus: Insulae Vegiensis, Chersina, Lussina, Sansego, Unie et Arbe, Pagus (ex parte).
Incolae: catholici 51 430, acatholici nulli,
Clerus: sac. saec. 101, sac. reg. 20,
Paroeciae: 20, Expositurae: 2.

## II. Provincia ecclesiastica Leopoliensis.

(Rit. lat.)

Haec provincia continet totum regnum Galiciae et Lodomeriae et ducatum Bucovinae; metropoli Leopolitanae subjectae sunt ecclesiae episcopales Premisliensis et Tarnoviensis.

1. *Archidioecesis Leopoliensis:*

Leopolis (Lemberg), haec sedes originem duxit a translatione sedis ab Halicia d. 28. Aug. 1412.
Ambitus: Circuli vulgo Lemberg, Żółkiew, Złoczów, Brżežany, Tarnopol, Czortków, Stanisławów, Kołomyja, Czerniowce. (Cf. decretum consist. d. d. 11. Apr. 1796).
Incolae: catholici (rit. lat.) 663 400, acatholici 820 285,
Clerus: sac. saec. 478, sac. reg. 140,
Paroeciae: 202, Capellaniae locales: 41.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Premisliensis:*

Premislia (Przemyśl), sedes erecta ante 1340.
Ambitus: Circuli vulgo Przemyśl, Rzeszów, Jasło, Sanok, Sambor.
Incolae: catholici 858 200, acatholici 141 500, ex quibus judaei 137 000,
Clerus: sac. saec. 463, sac. reg. 110,
Paroeciae: 262, Capellaniae: 12.

3. *Dioecesis Tarnoviensis:*

Tarnovia (Tarnów), sedes erecta 1783 a Josepho II., confirmata a Sancta Sede apostolica 1785, suppressa 1805, restituta 1816 et 1821 in urbe vulgo Tynice nuncupata, translata Bochniam et deinde ad civitatem Tarnoviensem.
Ambitus: Circuli vulgo Tarnów, Bochnia, Sandec, exceptis decanatibus Maków, Myślenice, Neoforum (Neumarkt), Niepolomice.
Incolae: catholici (rit.-lat.) 663 100, cath. rit. graec. 12 787, acatholici 73 225 (quorum 69 225 judaei),
Clerus: sac. saec. 334, sac. reg. 23,
Paroeciae: 174, Capellaniae locales: 5.

## III. Dioecesis Cracoviensis.

Cracovia (Kraków), urbs magnifica et superba, dioecesis a tempore, quo Polonia christianam fidem suscepit, denuo circumscripta litteris apostolicis d. d. 20. Jan. 1880 et 27. Mart. 1886. Ab a. 1889 praesul hujus dioeceseos titulum habet principis episcopi.
Ambitus: Pars occidentalis regni Galiciae cum magno ducatu Cracoviae d. 27. Mart. 1886; quattuor decanatus, scilicet Makowensis, Myślenicensis, Neoforensis, Niepolomicensis ab ordinaria Tarnoviensis antistitis jurisdictione omnino subtracti et Cracoviensi dioecesi incorporati sunt.
Incolae: catholici 693 819, acatholici 46 500,
Clerus: sac. saec. 340, sac. reg. 164,
Paroeciae: 165, Capellaniae: 16,
Expositurae: 17,
Cooperaturae: 174.

## IV. Provincia ecclesiastica Leopoliensis.

(Rit. graec. Ruthenorum.)

Metropoli Leopoliensi subditae sunt ecclesiae episcopales Premisliensis et Stanislaopoliensis.

1. *Archidioecesis Leopoliensis:*

Leopolis (Lwów, Lemberg), urbs egregia ac lauta, negotiationibus sublevata; haec sedes unita est Ecclesiae Romanae 1597 et 5. Maji 1700; archiepiscopatus a die 25. Oct. 1808; unitum habet titulum Haliciensem.

Ambitus: Circuli vulgo Lemberg, Stryj, Brżežany, Złoczów, Tarnopol.

Incolae: graeci uniti 921 682,

Clerus: sac. saec. 849, sac. reg. 140, Paroeciae: 747.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Premisliensis, Sanochiensis et Samboriensis:*

Premislia (Przemyśl), dioecesis suffraganea facta est sedi Leopoliensi a. 1818; unitas habet dioeceses Sanochiensem (Sanochia, Sanok) et Samboriensem (Samboria, Sambor).

Ambitus: Circuli vulgo Przemyśl, Rzeszów, Żołkiew, Sambor, Jasło, Sandec, Tarnów, Bochnia, Wadowice. Ad dioecesim pertinet ecclesia Sancti Norberti Cracoviae.

Incolae: graeci uniti 985 972,

Clerus: sac. saec. 814, sac. reg. 25,

Paroeciae: 325, paroeciae local.: 28,

Capellaniae: 66, capellaniae local.: 15.

3. *Dioecesis Stanislaopoliensis:*

Ambitus: Circuli vulgo Stanisławów, Kolomyja, Czerniowce.

Incolae: graeci uniti 745 913,

Clerus: sac. saec. 539, sac. reg. 9,

Paroeciae: 352, Capellaniae locales: 83.

Fons: De dioecesibus ruthenis cf. Annales ecclesiae ruthenae gratiam et communionem cum S. Sede Romana habentis ritumque graeco-slavicum observantis, cum singulari respectu ad dioeceses ruthenas: Leopoliensem, Premisliensem et Chelmensem, auctore Michaele Harasiewicz. Leopoli 1862.

## V. Archidioecesis Leopoliensis Armenorum.

Tumultus civiles, quos Armenia incursionibus Turcarum, Arabum, Georgiorum, Graecorum, Tatarorum saeculo undecimo et duodecimo passa est, effecerunt, ut Armeni plurimi in varias Asiae et Europae partes immigrarent. Ii, qui hodie in Galicia austriaca inveniuntur Armeni, ab eis ducunt originem, qui circa annum 1062 Kijoviae, quae est Russiae rubrae metropolis, sedes fixerant et postea Leopolim, Camenecium, Luceorium (Łuck) transmigrarunt.

Anno 1626 Nicolaus Torosowicz facta fidei catholicae professione ab Urbano VIII. Pontifice Maximo archiepiscopus Leopoliensis renuntiatus est. Primum quidem archiepiscoporum Armenorum jurisdictio ad omnes Poloniae, Russiae minoris, Lituaniae Moldaviaeque Armenos pertingebat.

Ambitus: Post divisam Poloniam archidioecesis Armenorum Leopoliensis per Galiciam tantum et Bucovinam patet.

Incolae: catholici armeni circiter 4500,

Clerus: sacerdotes 17, Paroeciae: 10,

Ecclesiae: 9, Sacella: 13 (ex his 4 majora).

Fons: Catalogus universi cleri archidioecesis Leopoliensis ritus armeno-catholici ineunte anno 1887. Leopoli 1886.

## VI. Provincia ecclesiastica Olomucensis.

Provincia ecclesiastica Olomucensis constat ex archidioecesi ejusdem nominis et dioecesi suffraganea Brunensi:

1. *Archidioecesis Olomucensis:*

Moravia ab anno 973 usque ad annum 1063 ad dioecesim Pragensem pertinuit.

Olomucium (Olmütz), ad Marum fl., dioecesim erexit anno 1063 Alexander II., archidioecesim anno 1777 Pius VI.

Ambitus: Circuli Olomucensis, Crumaviensis (Krumau), Hradiscensis (Hradisch) in Moravia et partes Silesiae austriacae et borussicae (commissariatus Katscher).

Incolae: catholici 1 633 442, protestantes ca. 47 000, judaei ca. 28 000,

Clerus: sac. saec. 1133, sac. reg. 97,

Paroeciae: 517, paroeciae local.: 83.

Sedes suffraganea:

2. *Dioecesis Brunensis:*

Bruna (Brünn), quae est ad confluentes et Zwittae et Swartae, dioecesis erecta est bulla Pii VI. d. d. 5. Dec. 1777.

Ambitus: Circuli Brunensis, Znaimensis (Znaym), Iglaviensis.

Incolae: catholici 964 807, acatholici 51 497,

Clerus: sac. saec. 626, sac. reg. 70,

Paroeciae: 353, paroeciae local.: 71.

## VII. Provincia ecclesiastica Pragensis.

Metropoli Pragensi subjectae sunt dioeceses suffraganeae: Budoviciensis, Reginae Hradecensis, Litomericensis.

Archiepiscopus Pragensis est Sedis Apostolicae legatus natus per regnum Bohemiae, dioeceses Bambergensem, Misnensem, Ratisbonensem, princeps, regni Bohemiae primas.

1. *Archidioecesis Pragensis:*

Praga (Prag), regni Bohemiae caput, quod Moldava fluvius interluit, dioecesis suffraganea fuit ab anno 973 usque ad a. 1344 metropoli Moguntinae; in metropolim eam promovit Clemens VI. d. 3. Mart. 1344.

Ambitus: In regno Bohemiae continet circulos Pragensem, Gurimensem (Kaurzim), Veronensem (Beraun), Racovnicensem, Cubitanum (Elnbogen), Pelsinensem (Pilsen); in Borussiae regno comitatum Glacensem.

Incolae: catholici 1 949 262 (quorum 171 683 in comitatu Glacensi), acatholici 90 300,

Clerus: sac. saec. 1022, sac. reg. 392,

Paroeciae: 568 (quarum 48 in comitatu Glacensi).

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Budoviciensis:*

Budovicium (České Budějovice, Budweis), dioecesis a 20. Sept. 1785.

Ambitus: Circuli Budoviciensis, Taborensis, Klattaviensis, Prachensis.

Incolae: catholici 1 135 749, acatholici ca. 16 000,

Clerus: sac. saec. 734, sac. reg. 101,

Paroeciae: 372, Capellaniae local.: 7, Expositura: 1.

3. *Dioecesis Reginae Hradecensis:*

Regina Hradecensis (Hradec Králové, Königgrätz), dioec. erecta ab Alexandro VII. bulla d. d. 10. Nov. 1664.

Ambitus: Circuli Bidczoviensis, Reginae Hradecensis, Chrudimensis, Czaslaviensis (Čáslau).

Incolae: catholici 1 466 876, acatholici ca. 60 000,

Clerus: sac. saec. 845, sac. reg. 97,

Paroeciae: 419,

Capellaniae local.: 4, Exposituræ: 4.

4. *Dioecesis Litomeriensis:*

Litomerium (Leitmeritz), dioecesis erecta per bullam Alexandri VII. d. d. 3. Jul. 1655, denuo circumscripta bulla Pii VI. d. d. 12. Jan. 1784.

Ambitus: Circuli Boleslaviensis (Bunzlau), Litomeriensis, Zatecensis (Saaz).

Incolae: catholici 1 361 843, acatholici ca. 39 700,

Clerus: sac. saec. 652, sac. reg. 204,

Paroeciae: 386, paroeciae local.: 4, Expositurae: 8.

## VIII. Provincia ecclesiastica Salisburgensis.

Ad constituendam provinciam ecclesiasticam Salisburgensem archidioecesi ejusdem nominis uniuntur vinculo jurisdictionis metropolitanae Brixinensis, Gurcensis, Lavantina, Secoviensis, Tridentina ecclesiae.

Archiepiscopus Salisburgensis est legatus natus S. Sedis Apostolicae, primas Germaniae, princeps-archiepiscopus.

1. *Archidioecesis Salisburgensis:*

Salisburgum (Salzburg), dioecesis a saec. 6. exeunte, archiepiscopatus ab anno ca. 800. Quinque dicuntur primum suffraganei episcopatus: Reginensis seu Ratisbonensis, Pataviensis seu Passaviensis, qui praeter tractum Danubianum etiam Moraviam complexus est, Frisingensis, Neoburgensis ad Danubium, Saebensis. Notitia ecclesiarum confecta tempore Coelestini haec habet: Archiepiscopatus Salisburgensis hos habet suffraganeos: Pataviensem, Ratisbonensem, Frisingensem, Gurcensem, Brixinensem.

Gurcensem erexit archiepiscopus Gebehardus anno 1071.

Anno 1228 archiepiscopo Salisburgensi subditae erant 8 sedes suffraganeae, scilicet: Pataviensis, Ratisbonensis, Frisingensis, Brixinensis, Gurcensis, Secoviensis, Lavantina, Chiemensis. Tres postremas Eberhardus II. erexit, Chiemensem a. 1215, Secoviensem a. 1219, Lavantinam a. 1228.

Ambitus: Archidioecesis Salisburgensis amplectitur a d. 9. Maji 1818 vi bullae „Ex imposito Nobis" ducatum Salisburgensem et in comitatu Tirolensi districtus (Landgerichte) vulgo Hopfgarten, Kitzbichl (Haedicollis), Kufstein (Albianum), Rattenberg, Zell (Cella Tirolensis) nuncupatos.

Incolae: catholici 225 964, acatholici 800,

Clerus: sac. saec. 416, sac. reg. 111,

Paroeciae: 118, paroeciae local. et curatiae: 12,

Vicariatus: 47, Expositurae: 8,

Beneficia et capellaniae: 46.

Fons: Personalstand der Säcular- und Regular-Geistlichkeit des Erzbisthums Salzburg. 1888.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Brixinensis:*

Brixinum (Brixina, Brixen); sedes Saebensis saec. 10. Brixinum translata est; dioecesis denuo circumscripta a. 1818; ordinarius dioeceseos titulum habet principis-episcopi.

Ambitus: Dioecesis Brixinensis sita est in comitatu Tirolensi, ex quo continet circulos vallis inferioris et superioris Oeni et Pustrissae (Pusterthal), excipiuntur vero districtus supra ad archidioecesim Salisburgensem indicati; porro amplectitur totum territorium Vorarlbergae, quod regitur a proprio vicario generali.

Incolae: catholici 405 400, acatholici ca. 100,

Clerus: sac. saec. 781, sac. reg. 454,

Paroeciae: 201, paroeciae local.: 34, Curatiae: 156,

Expositurae: 75, Beneficia et capellaniae: 240.

3. *Dioecesis Gurcensis:*

Gurcum (Gurca, Gurk), dioecesis erecta per Gebehardum II., archiepiscopum Salisburgensem, d. 6. Martii 1071, de novo circumscripta 1. Jun. 1859. Ordinarius titulum habet principis-episcopi. Residentia episcopalis: Virunum (Klagenfurt).

Ambitus: Ducatus Carinthiae.

Incolae: catholici 342 045, acatholici 20 100,

Clerus: sac. saec. 398, sac. reg. 75,

Paroeciae: 267, Curatiae et expositurae: 86,

Capellaniae: 154, Beneficia: 21.

4. *Dioecesis Lavantina:*

Lavantum (Lavant), dioecesis erecta per Eberhardum II., archiepiscopum Salisburgensem, a. 1228, de novo circumscripta 1786 et 1859. Episcopi ex anno 1446 titulum principis receperunt. Residentia episcopalis: Marcena castra.

Ambitus: Circuli Celejensis (Cilli) et Marcenorum castrorum (Marburg) in ducatu Stiriae.

Incolae: catholici 471 613, acatholici ?
Clerus: sac. saec. 440, sac. reg. 50,
Paroeciae: 189, paroeciae locales: 31,
Capellaniae: 191, Beneficia: 7.

5. *Dioecesis Secoviensis:*

Secovia (Seckau), dioecesis erecta per Eberhardum II., archiepiscopum Salisburgensem, d. 27. Febr. 1219, de novo circumscripta 1786; ei incorporata est d. 1. Sept. 1859 dioecesis Leobensis. Episcopus titulum principis habet; residentia episcopalis: Graecium (Graz).

Ambitus: Circuli Graecii et Pruccae (Bruck) in ducatu Stiriae.

Incolae: catholici 795 564, acatholici 7600,
Clerus: sac. saec. 482, sac. reg. 132,
Paroeciae: 265, Vicariatus: 16,
Curatiae et expositurae: 55,
Beneficia: 36, Capellaniae: 356.

6. *Dioecesis Tridentina:*

Tridentum (Trient), urbs concilio oecumenico clara, dioecesis erecta saec. 2., de novo circumscripta d. 2. Maji 1818.

Episcopi titulum principis receperunt.

Ambitus: In comitatu Tirolensi circuli Tridentinus, Roboreti (Roveredo), Bauzani (Bozen).

Incolae: catholici 539 392, acatholici 100,
Clerus: sac. saec. 896, sac. reg. 323,
Paroeciae: 156, Curatiae: 249,
Expositurae: 138, Beneficia: 99.

### IX. Provincia ecclesiastica Vindobonensis sive Viennensis.

Provincia ecclesiastica Viennensis constituitur ex archidioecesi Viennensi et dioecesibus suffraganeis Sancti Hippolyti et Linciensi.

1. *Archidioecesis Viennensis:*

Vienna (Vindobona, Wien), urbs caesarea ad Danubium, dioecesis ab anno 1468, archidioecesis a d. 1. Jun. 1722.

Episcopi ab imperatore Ferdinando II. a. 1631 titulum principis imperii receperunt.

Ambitus: In Austria inferiore circuli Inferiorum Bojorum desertorum (Unter-Wienerwald) et Inferioris montis Meinhardi (Unter-Mannhardsberg).

Incolae: catholici 1 642 908, acatholici ?
Clerus: sac. saec. 666, sac. reg. 248,
Paroeciae: 420, paroeciae locales: 81,
Expositura: 1, Beneficia: 54.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Sancti Hippolyti:*

Sancti Hippolyti (St. Poelten), sedes episcopalis translata ab Urbe nova Viennensi (Wiener-Neustadt) anno 1784.

Ambitus: In Austria inferiore circuli Superiorum Bojorum desertorum (Ober-Wienerwald) et Superioris montis Meinhardi (Ober-Mannhardsberg).

Incolae: catholici 567 730, acatholici ca. 1000,
Clerus: sac. saec. 447, sac. reg. 178,
Paroeciae: 321, paroeciae locales: 66,
Expositurae: ? Beneficia: 18.

3. *Dioecesis Linciensis:*

Lincia (Lentia, Linz), dioecesis a d. 28. Jan. 1784.
Ambitus: Ducatus Austriae superioris.
Incolae: catholici ca. 749 010, acatholici ca. 17 400,
Clerus: sac. saec. 601, sac. reg. 341,
Paroeciae: 312, paroeciae locales: 38,
Vicariatus: 51, Expositurae: 13, Beneficia: 43.

### X. Provincia ecclesiastica Jadertina.

Metropoli Jadertinae ab a. 1146 usque ad a. 1826 subditae erant ecclesiae suffraganeae: Vegiensis, Ossorensis et Arbensis; bulla vero Leonis XII. „Locum beati Petri" d. d. 30. Jun. 1828 recepit dioeceses suffraganeas: Catharensem, Pharensem, Ragusinam, Sebenicensem, Spalatensem.

1. *Archidioecesis Jadertina:*

Jadera (Zara, Zadar), prae reliquis Dalmatiae urbibus clara, undique mari cincta, ponte jungitur continenti, dioecesis a saec. 4., archiepiscopatus ab a. 1146.

Ambitus: Districtus Jadertinus, Argyrunti (Obrovazzo), Pagi in circulo Jadertino.

Incolae: catholici 69 494, acatholici ?
Clerus: sac. saec. 141, sac. reg. 38,
Paroeciae: 54, Capellaniae expositae: 41,
Cooperaturae expositae: 7.

Fons: Schematismus archidioecesis Jadertinae 1888. Jaderae 1888.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Catharensis:*

Catharum (Catarum, Cattaro, Kotor)[1], dioecesis jam ante saec. 11.

Ambitus: Circulus Catharensis.

Incolae: catholici 12 042, acatholici ?

[1] De qua Palladius: Sub praerupti montis cacumine consurgit Ascrivium, quondam civium Romanorum oppidum, quod nunc propter aquarum, quae ex alto defluunt, descensum Catarum vocari constans est opinio.

Clerus: sac. saec. 24, sac. reg. 3,
Paroeciae: 18, Exposituræ: 6, Capellaniae: 3.

3. *Dioecesis Pharensis:*

Pharus (Lesina[1], Hoar), dioecesis a saec. 12.

Ambitus: In circulo Spalatensi sita dioecesis amplectitur districtus Bracchiae (Brazza), Issensem (Lissa), Pharensem.

Incolae: catholici 50 300, acatholici ?
Clerus: sac. saec. 94, sac. reg. 11,
Paroeciae: 28, Exposituræ: 14, Cooperaturae: 18.

4. *Dioecesis Ragusina:*

Epidaurus sive Epidaurum, nunc vicus est perexiguus, quem vetus Ragusium vocant; dioecesis ab anno 520 usque ad a. 630. Prope hanc Dalmaticam urbem jam olim a Gothis excisam condita scribitur esse Ragusa (Ragusium, Dubrovnik), quae hodie in litore illo celebris est; sedes episcopalis ab a. 990. Episcopus Ragusinus est administrator apostolicus dioeceseos Marcanensis et Tribunensis, suffraganeae metropolitae Vrhbosnensis.

Ambitus: Circulus Ragusinus.

Incolae: catholici 64 283, acatholici ca. 500,
Clerus: sac. saec. 102, sac. reg. 49,
Paroeciae: 42, Exposituræ: 15.

5. *Dioecesis Sebenicensis:*

Sebenicum[2] (Sebenico, Šibenik) satis amoena urbs ad sinum cognominem est, ei imminet mons S. Joannis; dioecesis erecta d. 1. Maji 1298.

Ambitus: Partes circulorum Jadertini (districtus vulgo Sebenico, Scardona, Dronio, Knin nuncupati) et Spalatensis.

Incolae: catholici ca. 70 402, acatholici ca. 26 000,
Clerus: sac. saec. 39, sac. reg. 60,
Paroeciae: 52, Exposituræ: 5, Capellaniae: 15.

6. *Dioecesis Spalatensis et Macarscensis:*

Spalatum[3] (Spalatro, Spljet) ad litus est prope Salonam, dioecesis antiquissima, archidioecesis ab anno 650; sedi episcopali unitur Macarscensis (Macaria, Macarsca), civitas non incelebris, praealto loco eminens.

Ambitus: Tota ditio continentalis circuli Spalatensis, exceptis partibus districtuum Spalatensis et Tragurii (Trau).

Incolae: catholici ca. 160 000, acatholici ca. 3000.
Clerus: sac. saec. 390, sac. reg. 71,
Paroeciae: 98, Curatiae: 36, Capellaniae: 41.

## Conspectus summ. dioecesium in Austria existentium.

(Fons: Kalender für den katholischen Clerus Oesterreich-Ungarns. 1888.)

| Dioeceses. | Catholici. | Sacerdotes saecul. | Sacerdotes regul. |
|---|---|---|---|
| Archid. Goritiensis et Gradiscana | 223 612 | 263 | 68 |
| Dioecesis Labacensis | 568 184 | 546 | 48 |
| " Parentina et Polensis | 94 790 | 115 | 7 |
| " Tergestina et Justinopolitana | 328 205 | 275 | 46 |
| " Vegiensis et Arbensis | 51 430 | 101 | 20 |
| Prov. eccles. Goritiens. et Gradiscana | 1 266 221 | 1 300 | 189 |
| Archid. Leopoliensis Latinorum | 663 400 | 478 | 140 |
| Dioecesis Premisliensis Latinorum | 858 200 | 463 | 110 |
| " Tarnoviensis Latinorum | 663 100 | 334 | 23 |
| Prov. eccles. Leopoliensis Latinorum | 2 184 700 | 1 275 | 273 |
| Dioecesis Cracoviensis | 693 819 | 340 | 164 |
| Archid. Leopoliensis Ruthenorum | 921 682 | 849 | 140 |
| Dioecesis Premisliensis Ruthenorum | 985 972 | 814 | 25 |
| " Stanislaopoliensis Ruthen. | 745 913 | 539 | 9 |
| Prov. eccles. Leopoliensis Ruthenor. | 2 653 567 | 2 202 | 174 |
| Archid. Leopoliensis Armenorum | 4 680 | 19 | 1 |
| Archid. Olomucensis (excluso commissariatu Katscher) | 1 511 400 | 1 133 | 97 |
| Dioecesis Brunensis | 964 807 | 626 | 70 |
| Prov. eccles. Olomucensis | 2 476 207 | 1 759 | 167 |
| Archid. Pragensis (excluso comitatu Glacensi) | 1 777 579 | 940 | 320 |
| Dioecesis Budoviciensis | 1 135 749 | 734 | 101 |
| " Reginae Hradecensis | 1 466 876 | 845 | 97 |
| " Litomericensis | 1 361 843 | 652 | 204 |
| Prov. eccles. Pragensis | 5 742 047 | 3 171 | 722 |
| Archid. Salisburgensis | 225 964 | 416 | 111 |
| Dioecesis Brixinensis | 405 400 | 781 | 454 |
| " Gurcensis | 342 045 | 398 | 75 |
| " Lavantina | 471 613 | 440 | 50 |
| " Secoviensis | 795 564 | 482 | 132 |
| " Tridentina | 539 392 | 896 | 323 |
| Prov. eccles. Salisburgensis | 2 779 978 | 3 413 | 1 145 |
| Archid. Viennensis | 1 642 908 | 666 | 248 |
| Dioecesis Sancti Hippolyti | 567 730 | 447 | 178 |
| " Linciensis | 749 010 | 601 | 341 |
| Prov. eccles. Viennensis | 2 959 648 | 1 714 | 767 |
| Archid. Jadertina | 69 494 | 141 | 38 |
| Dioecesis Catharensis | 12 042 | 24 | 3 |
| " Pharensis | 50 300 | 94 | 11 |
| " Ragusina | 64 283 | 102 | 49 |
| " Sebenicensis | 70 402 | 39 | 60 |
| " Spalatensis et Macarscens. | 160 000 | 390 | 71 |
| Prov. eccles. Jadertina | 426 521 | 790 | 232 |
| Dioec. Vratislaviensis (pars Austr.) | 296 410 | 156 | 10 |
| Summa summarum | 21 483 998 | 16 139 | 3 844 |

[1] Prope extremum insulae ab sole occiduo angulum duos inter montes jacet Lesina nova ad meridiem conversa et planissimo loco explicata.

[2] Sebenicum situm est ad sinistram Titii, ab mari aperto milibus fere novem disjunctum. Imminet in lacum ejusdem nominis, quem mare introrsum erumpens efficit; idemque lacus est portus urbi subjacens, in quem Titius fluvius influit, cujusque fauces tuetur arx . . . Regio circa in colles assurgit, quorum dorso urbs imposita, qua maritimam oram despectant.

[3] Infra Salonam ad meridiem litori adjacet Spalatum, ex palatio quondam Diocletiani civitas praeclara inprimis ac nobilis, a Salonitanis amissa patria profugis exstructa et in locum eversae Salonae substituta.

## B. Hungaria

sive Transleithania seu regnum coronae Sancti Stephani.

1. **Superficies et incolae.** Superficies: 322 285,$_3$ kmq. Incolae (31. Dec. 1880): 15 642 102 exceptis militibus, 15 738 468 inclusis militibus.

2. **Divisio politica.** Transleithania complectitur regnum Hungaricum[1] cum civitate Flumine vulgo Fiume, magnum principatum Transsilvaniae, regnum Croatiae et Slavoniae.

3. **Divisio ecclesiastica.** In Transleithania hac sunt provinciae ecclesiasticae: Strigoniensis, Colocensis, Agriensis, Fogarasiensis, Zagrabiensis; praeterea archiabbatia Sancti Martini de sancto monte Pannoniae.

### XI. Provincia ecclesiastica Strigoniensis.

Metropoli Strigoniensi subsunt episcopatus suffraganei: Neosoliensis, Jauriensis, Nitriensis, Quinque-ecclesiensis, Alba-regalensis, Sabariensis, Vaciensis, Veszprimiensis, Eperjesinensis, Munkácsiensis; duo postremi Ruthenorum ritum graecum sequuntur.

1. *Archidioecesis Strigoniensis:*

Strigonium (Eszergom, Ostrihom, Gran), insignis urbs Hungariae, archidioecesis a saeculo decimo exeunte.

Archiepiscopus metropolitanae ecclesiae Strigoniensis est S. Sedis Apostolicae legatus natus, inclyti regni Hungariae princeps-primas, summus et secretarius cancellarius.

Ambitus: Comitatus Strigoniensis, Hontensis, Posoniensis (Pressburg), partim comitatus Barsensis, Nitravensis (Neitra), Neogradiensis, Jauriensis (Raab), Comaroniensis (Komorn), Pestinus.

Incolae: catholici ca. 1 103 000, acatholici 385 140,
Clerus: sac. saec. 774, sac. reg. 150,
Paroeciae: 478, Curatiae: 5, Cooperaturae: 194.

Fontes: Mappa archidioecesis Strigoniensis, in vicariatus a) Strigoniensem, b) Tirnaviensem divisae. 1882.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Neosoliensis:*

Neosolium (Beszterczebánya, Neusohl), ad dexteram Granuae ripam, dioecesis erecta d. 13. Mart. 1776.

Ambitus: Comitatus Zoliensis (Sohl), Túróczіensis, Barsensis (ex parte).

Incolae: catholici ca. 166 700, acatholici 66 800 (ex quibus ca. 4900 judaei),
Clerus: sac. saec. 165, sac. reg. 12,
Paroeciae: 111, Cooperaturae: 40.

3. *Dioecesis Jauriensis:*

Jaurinum (Györ, Raab), nobilis urbs Hungariae, dioecesis a saeculo undecimo ineunte.

Ambitus: Comitatus Mosoniensis (Wieselburg), Soproniensis (Oedenburg) partesque comitatuum Jauriensis et Comaroniensis.

Incolae: catholici 387 990, acatholici 102 500.
Clerus: sac. saec. 364, sac. reg. 106,
Paroeciae: 237, Cooperaturae: 75.

Lingua vulgaris (qua preces publicae fiunt et verbum Dei praedicatur) est hungarica in paroeciis 99, germanica in paroec. 84, croatica in 28, hungarica cum germanica in 6, germanica cum hungarica in 9, germanica cum croatica in 3, croatica cum germamanica in 6, hungarica cum slavica (Slovacorum) in 2.

4. *Dioecesis Nitriensis:*

Nitria (Nitrava, Neitra, Nyitra, Neutra), slavica urbs Hungariae, ad Nitram fl., dioecesis erecta a. 1024.

Ambitus: Comitatus Trencsiniensis partesque comitatuum Nitravensis et Barsensis.

Incolae: catholici 295 328, acatholici ?
Clerus: sac. saec. 258, sac. reg. 65,
Paroeciae: 148.

5. *Dioecesis Quinque-ecclesiensis:*

Quinque ecclesiae (Serbinum, Pécs, Fünfkirchen), insignis urbs Hungariae, dioecesis erecta a. 1009.

Ambitus: Comitatus Barangensis (Baránya) et Tolnensis, partes comitatuum Sümegensis et Verovitiсensis.

Incolae: catholici 426 958, acatholici 148 500,
Clerus: sac. saec. 286, sac. reg. 49,
Paroeciae: 176.

Lingua vulgaris est germanica in 106 paroeciis, hungarica in ecclesiis 116, croatica in 50.

6. *Dioecesis Alba-regalensis:*

Alba regalis (Székes-Fehérvár, Stuhlweissenburg) in palustri planitie ad flumen, quod vulgo Sarviz dicitur, sita est, dioecesis erecta 16. Jun. 1777; antea in urbe erat ab a. 1543 ecclesia collegiata.

Ambitus: Comitatus Alba-regalensis partesque comitatuum Veszprimiensis et Pestini.

Incolae: catholici 195 564, lutherani ca. 4300, calvinistae ca. 70 000, graeci ca. 3600, judaei ca. 8700.
Clerus: sac. saec. 140, sac. reg. 28,
Paroeciae: 92, Cooperaturae: 34.

---

[1] Hungaria ampliores olim, quam nunc, fines, quidquid fere terrarum, Romanis imperitantibus, Pannoniae, Moesiae Daciaeque nominibus censebatur, longo in orientem excursu obtinebat. Nunc occidentem versus eam Styria, Austria, Moravia cingunt. Montes inde altissimi (quos Carpathicos vocant) perpetuo in septentrionem et orientem jugo porrecti, a vicinis provinciis regnisque, illinc Silesia atque Galicia, hinc Transsilvania et Valachia disjungunt. Serbiae denique et Croatiae regna a meridie terminant. Regio in immensam paene atque perpetuam diffusa planitiem fluminibus frequentibus magnisque alluitur; ceterorum princeps Danubius mediam fere permeat, atque inde agrorum fertilitas.

7. *Dioecesis Sabariensis:*

Sabaria (Szombathely, Steinamanger), urbs ad fluvium cognominem, dioecesis erecta a. 1777.

Ambitus: Comitatus Castriferrensis (Eisenburg) et Zalensis (Zala, ex parte).

Incolae: catholici 369 100, lutherani ca. 75 000, calvinistae ca. 14 000, judaei 12 000,

Clerus: sac. saec. 280, sac. reg. 46,

Paroeciae: 187, Cooperaturae: 59.

Lingua vulgaris est hungarica in paroeciis 97, germanica in 36, croatica in 6, slovenica in 15, mixta in 33.

8. *Dioecesis Vaciensis:*

Vacium (Váczinum, Vácz, Vacov, Waitzen), urbs ad sinistram Danubii, dioecesis erecta saec. 11.

Ambitus: Partes comitatuum Pestini, Csongrádensis, Hevesiensis, Cumaniae minoris.

Incolae: catholici 453 600, acatholici 275 000,

Clerus: sac. saec. 229, sac. reg. 63,

Paroeciae: 116, Curatiae: 13, Cooperaturae: 71.

Lingua vulgaris est hungarica in 68, germanica in 2, hungarica cum germanica in 5, hungarica cum slavica (Slovacorum) in 22, hungarica cum germanica et slavica in 10 paroeciis.

9. *Dioecesis Veszprimiensis:*

Veszprimium (Veszprém), urbs haud procul ab Alba regali, dioecesis erecta a. 1009.

Ambitus: Partes comitatuum Sümegensis, Zalensis, Veszprimiensis.

Incolae: catholici ca. 496 667, judaei 34 300,

Clerus: sac. saec. 296, sac. reg. 194,

Paroeciae et curatiae: 225, Cooperaturae: 81.

Lingua vulgaris est hungarica in 173, germanica in 5, hungarica cum germanica in 32, germanica cum hungarica in 12, hungarica cum croatica in 3 paroeciis.

10. *Dioecesis Eperjesinensis Ruthenorum:*

Eperiae (Eperies), urbs non ita procul a finibus Galiciae, ad fluvium Tarysa, dioecesis ritus graeci erecta d. 22. Sept. 1820.

Ambitus: Comitatus Abaujensis, Bazoariensis (Borsod), Tornensis, Sárosiensis, Scepusiensis (Szepes) parsque comitatus Zempliniensis.

Incolae: catholici (rit. graec.) ca. 150 000,

Clerus: sac. saec. 233, sac. reg. 5,

Paroeciae: 187.

Lingua vulgaris est ruthena tota dioecesi exceptis paucis paroeciis decanatuum Kaschau et Borsod, quarum incolae catholici ritus graeci lingua hungarica utuntur.

11. *Dioecesis Munkácsiensis Ruthenorum:*

Munkácsium (Munkács, Mukacovo), fortalitium non procul a finibus Galiciae, dioecesis ritus graeci erecta a. 1771; residentia episcopalis: Ungvár.

Ambitus: Comitatus Mármarosiensis, Beregiensis (Bereg), Ugocsensis (Ugocsa), Ungensis, Zempliniensis partesque comitatuum Szabolcsensis et Szathmáriensis.

Incolae: catholici ritus graeci 413 500,

Clerus: sac. saec. 466, sac. reg. 35,

Paroeciae: 379.

Lingua vulgaris est ruthena, in nonnullis paroeciis existunt incolae ritus graeci, qui lingua hungarica loquuntur.

## XII. Provincia ecclesiastica Colocensis et Bácsensis.

Metropoli Colocensi et Bácsensi subditae sunt ecclesiae episcopales Csanádiensis, Magno-Váradinensis, Transsilvaniensis.

1. *Archidioecesis Colocensis et Bácsensis:*

Colocia (Kalocsa), ad sinistram Danubii ripam, medio fere loco est inter ipsius Dravique confluentes et Budam, dioecesis ab anno 1000; Bachia (Bács), archiepiscopatus anno 1094 ex episcopatu Colocensi excisus.

Archiepiscopatus Colocensis canonice perpetuo unitus est Bácsiensi ab anno 1135.

Ambitus: Comitatus Bács-Bodrogiensis, Csongrádiensis parsque comitatus Cumaniae minoris.

Incolae: catholici (latini et graeci uniti) ca. 500 000, graeci orientales ca. 121 000, lutherani 67 000, calvinistae 41 000, judaei 21 580,

Clerus: sac. saec. 253, sac. reg. 64,

Paroeciae: 113.

Lingua vulgaris est hungarica in paroeciis 47, germanica in 19, croatica in 2, hungarica cum germanica in 11, hungarica cum croatica in 8, germanica cum croatica in 3, slavica cum hungarica in 1, armenica in 1.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Csanádiensis:*

Chonadium (Csanád), non longe ab eo loco, ubi Tibiscus Marysium flumen excipit, dioecesis erecta a. ca. 1035. Residentia episcopalis: Tibiscum (Temesvár).

Ambitus: Comitatus Csanádiensis, Aradiensis, Tibiscensis (Temes), Torontalensis, Severinensis (Szöreny), Krassoensis (Krassö), Csongrádiensis (ex parte).

Incolae: catholici latini 740 594, catholici graeci 49 175, graeci orientales ca. 956 000, lutherani ca. 453 000, calvinistae ca. 50 000, judaei ca. 33 000.

Clerus: sac. saec. 306, sac. reg. 80,

Paroeciae: 217.

3. *Dioecesis Magno-Váradinensis:*

Váradinum majus (Nagy-Várad, Gross-Wardein), dioecesis erecta a. 1077.

Ambitus: Comitatus Bihariensis, Békésiensis, Szilágiensis.

Incolae: catholici latini 112 638, catholici graeci 140 000, graeci orientales 166 000, lutherani 82 000, calvinistae 366 000, judaei 34 000.

Clerus: sac. saec. 180, sac. reg. 36,

Paroeciae: 64, Curatiae: 4.

Lingua vulgaris et hungarica in 59 paroeciis, hungarica cum germanica in 4, hungarica cum slavica in 4, slavica in 1.

4. *Dioecesis Transsilvaniensis:*

Transsilvania (Erdely, Siebenbürgen), dioecesis erecta saec. 12.; residentia episcopalis est Alba Carolina (Károly-Fehérvár, olim Gyula-Fehérvár, Karlsburg).

Ambitus: Transsilvania (fere tota).

Incolae: catholici 280 800, acatholici 1 123 200,

Clerus: sac. saec. 270, sac. reg. 113,

Paroeciae: 216.

## XIII. Provincia ecclesiastica Agriensis.

Ad provinciam ecclesiasticam Agriensem pertinent praeter archidioecesim Agriensem dioeceses suffraganeae: Cassoviensis, Rosnaviensis, Szathmáriensis, Scepusiensis.

1. *Archidioecesis Agriensis:*

Agria (Eger, Jager, Erlau), Jazygum urbs Agrio fluvio rigatur, qui deinde in Tibiscum sese exonerat, dioecesis erecta a. ca. 1000, archidioecesis ab a. 1804.

Ambitus: Comitatus Hevesiensis, Bazoariensis (Borsod), Szábolcsensis, Cumaniae majoris, Hajdu, Jazygiensis.

Incolae: catholici latini ca. 484 000, catholici graeci 60 500, graeci orientales ca. 360, lutherani ca. 20 000, calvinistae c. 371 000, judaei ca. 55 500,

Clerus: sac. saec. 322, sac. reg. 110,

Paroeciae: 198.

Lingua vulgaris est hungarica in 173 paroeciis, germanica in 3, slavica in 10, germanica cum slavica in 10.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Cassoviensis:*

Cassovia (Kosice, Kassa, Kaschau), ad Hewath fluviolum, dioecesis erecta d. 10. Aug. 1804.

Ambitus: Comitatus Abaujensis (ex parte), Zempliniensis, Sárosiensis.

Incolae: catholici latini 291 400, catholici graeci 178 000, graeci orientales ca. 100, lutherani ca. 24 200, calvinistae ca. 92 500, judaei ca. 57 800,

Clerus: sac. saec. 306, sac. reg. 69,

Paroeciae et curatiae: 197.

Lingua vulgaris est hungarica in 42 paroeciis, hungarica cum germanica in 2, hungarica cum slavica in 14, hungarica cum germanica et slavica in 4, germanica in 1, germanica cum hungarica in 2, slavica in 96, slavica cum germanica in 5, slavica cum hungarica in 22, slavica cum hungarica et germanica in 4, slavica cum germanica et hungarica in 5.

3. *Dioecesis Rosnaviensis:*

Rosnavia (Rozsnyó, Rosenau), dioecesis erecta d. 13. Martii 1776.

Ambitus: Comitatus Gömöriensis (Gömör), Tornensis, Houtensis partesque comitatuum Neogradiensis, Abaujensis, Scepusiensis.

Incolae: catholici 152 400, acatholici ca. 132 000,

Clerus: sac. saec. 157, sac. reg. 29,

Paroeciae et curatiae: 99.

4. *Dioecesis Szathmáriensis:*

Szathmarium (Szathmár), ad Lapum seu Lapessum flumen, dioecesis erecta d. 12. Aug. 1804.

Ambitus: Comitatus Szathmáriensis, Beregiensis, Mármarosiensis, Ugocsensis, Ungensis.

Incolae: catholici latini ca. 112 400, catholici graeci ca. 453 300, graeci orientales 150, lutherani ca. 2050, calvinistae ca. 168 300, unitarii 14, judaei ca. 85 500,

Clerus: sac. saec. 172, sac. reg. 38,

Paroeciae et curatiae: 93.

5. *Dioecesis Scepusiensis:*

Scepusium (Szepes, Zips, Zipsen), dioecesis erecta d. 13. Martii 1776; residentia episcopalis: Szepeshely (Kirchdrauf).

Ambitus: Comitatus Arvensis, Liptaviensis, Scepusiensis (ex parte).

Incolae: catholici latini ca. 219 000, catholici graeci ca. 14 500, lutherani ca. 67 000, calvinistae pauci, judaei ca. 12 300,

Clerus: sac. saec. 237, sac. reg. 25,

Paroeciae et curatiae: 165.

## XIV. Archiabbatia Sancti Martini de sancto monte Pannoniae.

Sancti Martini de sancto monte Pannoniae (St. Martinsberg), archiabbatia Benedictinorum, erecta a. 997 [1].

Ambitus: Partes comitatuum Jauriensis (Győr) et Veszprimiensis, praeterea nonnullae communitates comitatuum Posoniensis et Comaroniensis.

Abbates abbatiarum Tihány in comitatu Zaladiensi, Bakonybél in dioecesi Veszprimiensi et Dömölk in dioecesi Sabariensi nominantur ab archiabbate ad Sanctum Martinum.

Incolae: catholici 33 333, acatholici 6230.

---

[1] Monasterium celeberrimum montis Pannoniae in monte aedificatum erat, cujus in radicibus urbs Pannonia sita erat, a qua nomen accepit. De ordinis exordiis, incrementis, fatis cf.: Scriptores ordinis S. Benedicti, qui 1750—1880 fuerunt in imperio Austriaco-Hungarico. Vindobonae 1881.

### XV. Provincia ecclesiastica Fogarasiensis.

(Rit. graec. Rumenorum.)

Provincia ecclesiastica Fogarasiensis ritus graeci Rumenorum constat ex archidioecesi Fogarasiensi et dioecesibus suffraganeis: Lugosiensi, Magno-Váradinensi, Szamos-Ujváriensi seu Armenopolitana.

1. *Archidioecesis Fogarasiensis et Alba-Juliensis:*

Fogarasium (Fogaras, Fagarasiu), oppidum ad Alutam in confinibus Valachiae, dioecesis erecta d. 3. Febr. 1721. Alba Julia (Alb'a-Julia, Gyula-Fehérvár, Karlsburg, quondam Weissenburg) archiepiscopatus restitutus a d. 16. Nov. 1854. Residentia episcopalis: Blasiu (Balázsfalva, Blasendorf), oppidum in confluxu magnae et parvae Kokel.

Ambitus: Pars meridionalis Transsilvaniae.

Incolae: catholici rumeni 375 016,

Clerus: sac. saec. 745, sac. reg. 2 (Basiliani),

Paroeciae: 721.

Fons: Siematismulu veneratului cleru alu archidiecesei metropolitane greco-catolice a Alb'a Juliei si Fagarasiului pre anulu 1886. Blasiu 1886.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Lugosiensis:*

Lugosium (Lugosiu, Lugos), oppidum in Banatu ad fluvium Temes, non procul a Transsilvania, dioecesis erecta 1853.

Ambitus: Banatus Temesvár.

Incolae: catholici rumeni 82 660, catholici latini 238 000,

Clerus: sac. saec. 157, Paroeciae et curatiae: 154.

3. *Dioecesis Magno-Váradinensis:*

Váradinum majus (Oradea mare, Nagy-Várad), dioecesis erecta a. 1777.

Ambitus: Comitatus Bihariensis, Sziláguensis, Szathmáriensis.

Incolae: catholici graeci 110 200 (omnes Rumeni vel Valachi exceptis 4 paroeciarum incolis), graeci orientales 180 200, lutherani 186 200, calvinistae 314 400, judaei 39 500,

Clerus: sac. saec. ca. 310, Paroeciae et curatiae: 167.

4. *Dioecesis Szamos-Ujváriensis:*

Armenopolis (Szamos-Ujvárinum, Szamos-Ujvár, Gherl'a, Armenierstadt), urbs Transsilvaniae ad fluvium Szamos, dioecesis erecta a. 1777.

Ambitus: Pars septentrionalis Transsilvaniae.

Incolae: catholici graeci ca. 422 000, catholici latini 42 700, catholici armeni 1600, graeci orientales 41 000, protestantes 119 000, judaei 38 000,

Clerus: sac. saec. ca. 500, sac. reg. 3,

Paroeciae et curatiae: 502; paroeciae armeniacae sunt 4, nempe quae vulgo Szamos-Ujvár, Erzsébethváros, Gyergyó-szent-Miklós, Szépviz nominantur.

### XVI. Provincia ecclesiastica Zagrabiensis.

Partes sive dioeceses, quae constituunt provinciam ecclesiasticam Zagrabiensem, sunt praeter archidioecesim cognominem dioeceses suffraganeae: Bosniensis et Syrmiensis, Seniensis et Modrusiensis, Crisiensis.

1. *Archidioecesis Zagrabiensis:*

Zagrabia (Zagreb, Agram) in sinistra Savi ripa est; urbem ab occasu et septentrione colles amoeni circumdant vitibus consiti; a meridie planities ad Savum usque protenditur.

Dioecesis erecta a. 1093 sub archiepiscopo Colocensi; archidioecesis ab a. 1853.

Ambitus: Comitatus Varcianorum (Varaždin), Crisiensis (Križevac), Zagrabiensis, Petriniensis (Petrinia), Gradiscanus, Belováriensis, Posseganus (Požega).

Incolae: catholici latini 1 054 802, catholici graeci 1089, graeci orientales 75 482, lutherani 2305, calvinistae 1497, judaei 9218,

Clerus: sac. saec. 578, sac. reg. 74, Paroeciae: 347,

Lingua vulgaris est croatica.

Fons: Schematismus cleri archid. Zagr. 1888.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Bosniensis seu Diacoviensis et Syrmiensis:*

Haec dioecesis erecta est a 1781; residentia episcopalis: Diakovár (Djakóvo, Dakovo).

Episcopus est administrator dioecesium Bellogradensis et Semendriensis in regno Serbiae.

Ambitus: Comitatus Veroviticensis, Vinkovcensis, Syrmiensis et Mitroviceusis.

Incolae: catholici latini ca. 208 000, catholici graeci ca. 29 000, graeci orientales ca. 151 000, lutherani ca. 9400, calvinistae ca. 5300, judaei ca. 6200,

Clerus: sac. saec. 159, sac. reg. 24,

Paroeciae et curatiae: 89.

3. *Dioecesis Seniensis et Modrusiensis:*

Senia (Seuj, Segnia, Zengg), ad montis radices prope sinum Quarnero, dioecesis ab a. 1460; Modrussa (Modruš), olim Tediastum, nunc paene diruta.

Corbavia (Korbava), insignis quondam civitas eademque episcopalis, sed ubi loci fuerit et quonam fato interierit, neque memoriae proditum est, neque unde id sciri possit, ulla vestigia supersunt.

Episcopus Seniensis est administrator perpetuus dioeceseos Modrusiensis seu Corbaviensis.

Ambitus: Civitas vulgo Fiume dicta cum suo territorio (circulus Flavoniensis), comitatus Ogulin et Gospić.

Incolae: catholici latini 285 780, catholici graeci 21, graeci orientales ca. 120 383, lutherani 48, calvinistae 52, judaei 159,

Clerus: sacerdotes 201, Paroeciae: 134, Curatia: 1.

Fons: Schematismus cleri dioecesium Seniensis et Modrusiensis seu Corbaviensis. 1887.

4. *Dioecesis Crisiensis Serborum:*

Crisium (Križevac, Körös, Kríž, Kreutz), urbs Croatiae ad fluvium Glagovnica, dioecesis ritus graeci, erecta d. 11. Jun. 1777 bulla Pii VI. „Caritas illa".

Ambitus: Croatia, Slavonia, Dalmatia, comitatus Bács-Bodrog in regno Hungariae.

Incolae: catholici graeci 20 450,

Sacerdotes: 29, Paroeciae: 23,

Ecclesiae parochiales: 22, Sacella: 8, Oratoria: 2.

### Vicariatus apostolicus castrensis Viennae.

Exercituum imperii Austro-Hungarici curam spiritualem sibi demandatam habet vicariatus castrensis Viennae.

Ambitus: Totum monarchiae Austro-Hungaricae territorium, pro militum cura religiosa in quindecim regiones parochiales distributum, quarum fines cum quindecim districtibus territorialibus administrationis militaris coincidunt. His accedit districtus parochialis Sarajevo, cui omnes copiae in Bosnia, Hercegovina territorioque Novofori (Sandjak Novibazar, Jenibazar) constitutae accensentur.

### Armeni catholici Hungariae et Transsilvaniae.

a. *In dioecesi Transsilvaniensi:*

In Transsilvaniensi dioecesi quattuor sunt paroeciae Armenorum, quarum nomina: Armenopolis (Szamos-Ujvár), Elisabethopolis (Erzsébetváros, Elisabethstadt), Fanum Sancti Georgii (Gyergyó-szent-Miklós), Szépviz; armeni catholici ca. 1600.

b. *In missione Armenorum catholicorum Neoplantae:*

Haec missio Neoplantam Hungariae, Petrovaradinum Slavoniae, Singidunum vel Belgradum Serbiae, Pancsovam Hungariae comprehendit, quibus in urbibus Armeni circiter 38 sunt: Neoplantae 8 vel 9, Petrovaradini una familia et duo alii Armeni, Pancsovae et Singiduni singulae familiae Armeniacae. Neoplantae est ecclesia parochialis Armenorum.

### Conspectus summarius dioecesium in regnis coronae Sancti Stephani existentium.

(Fons: Kalender für den katholischen Clerus Oesterreich-Ungarns. 1888.)

| Dioeceses. | Catholici. | Sacerdotes | |
|---|---|---|---|
| | | saecul. | regul. |
| Archid. Strigoniensis | 1 103 000 | 774 | 150 |
| Dioecesis Neosoliensis | 166 700 | 170 | 12 |
| „ Jauriensis | 388 000 | 363 | 100 |
| „ Nitriensis | 295 855 | 253 | 65 |
| „ Quinque-ecclesiensis | 426 958 | 286 | 49 |
| „ Alba-regalensis | 195 564 | 140 | 28 |
| „ Sabariensis | 369 100 | 280 | 46 |
| „ Vaciensis | 453 500 | 229 | 63 |
| „ Veszprimiensis | 496 667 | 296 | 194 |
| „ Eperjesinensis Ruthenorum | 143 000 | 238 | 5 |
| „ Munkácsiensis Ruthenorum | 413 500 | 466 | 35 |
| Prov. eccles. Strigoniensis | 4 451 844 | 3 495 | 747 |
| Archid. Colocensis et Bácsensis | 500 097 | 253 | 64 |
| Dioecesis Csanádiensis | 690 000 | 306 | 80 |
| „ Magno-Váradinensis | 112 638 | 180 | 36 |
| „ Transsilvaniensis | 281 000 | 270 | 113 |
| Prov. eccles. Colocensis | 1 583 735 | 1 009 | 293 |
| Archid. Agriensis | 483 600 | 382 | 61 |
| Dioecesis Cassoviensis | 271 050 | 306 | 69 |
| „ Rosnaviensis | 151 100 | 155 | 28 |
| „ Szathmáriensis | 553 500 | 169 | 62 |
| „ Scepusiensis | 220 353 | 237 | 25 |
| Prov. eccles. Agriensis | 1 679 603 | 1 249 | 245 |
| Archiabbatia Sancti Martini | 22 100 | — | 46 |
| Archid. Fogarasiensis Rumenorum | 361 000 | 699 | 2 |
| Dioecesis Lugosiensis | 81 900 | 157 | — |
| „ Magno-Váradinensis | 110 200 | 210 | — |
| „ Szamos-Ujváriensis | 407 000 | 500 | 3 |
| Prov. eccles. Fogarasiensis | 960 100 | 1 566 | 5 |
| Archid. Zagrabiensis | 1 004 000 | 570 | 74 |
| Dioecesis Bosniensis seu Diacovensis et Syrmiensis | 198 000 | 159 | 24 |
| „ Seniensis et Modrusiensis | 288 240 | 203 | 30 |
| „ Crisiensis Serborum | 26 000 | 25 | — |
| Prov. eccles. Zagrabiensis | 1 516 240 | 954 | 128 |
| Summa summarum | 10 213 622 | 8 273 | 1 464 |

### Ecclesia Graecorum catholica Austriae et Hungariae.

A gradu 20. longitudinis orientalis (mensurae Greenwich) ad orientem versus situm est territorium catholicorum graecorum imperii Austro-Hungarici, quod per Galiciae, Hungariae, Transsilvaniae regiones patet. Quamvis enim cultores hujus ecclesiae in Slavonia, Croatia, Carniola, Confinio militari prope Slunj, Dalmatia atque aliis quibusdam provinciis inveniantur, ibi tamen non resident nisi rari et dispersi. Centrum autem habent in Galicia, unde per Hungariam septentrio-orientalem propagantur. Duae praecipue sunt nationes, quae hunc ritum sequuntur, Rumenorum in Transsilvania et Hungaria orientali et Ruthenorum in Galicia et Hungaria septentrio-orientali. Praeter istos pauci Hungari et Illyrii huc spectant.

1. Rumeni sive Valachi, i. e. populi illi, qui Valachiam et Moldaviam hodiernas, Transsilvaniam quoque et partes Hungariae orientalis, Bucovinae, Banatus, Bessarabiae, Bulgariae, Macedoniae, Albaniae seu Epiri, Podoliaeque incolunt, procul dubio posteri colonorum Romanorum sunt, qui christianam fidem primi in illas regiones intulisse putantur. Circa annum 384 jam Valachia suos habuit martyres. Usque ad saeculum undecimum propriis regibus parebant et Romanae uniti manebant ecclesiae. Ab illo porro tempore sub Byzantinorum ditionem redacti simulque hierarchico patriarcharum Constantinopolitanorum dominatui obnoxii facti sunt. Unde accidit, ut in schisma pertraherentur. Excusso autem post centum quinquaginta annos jugo Byzantinorum primum eorum studium erat, ut unionem Romanam restituerent. Rege Valachorum Joanne et Innocentio III. Pontifice (1198 ad 1216) conciliatio perfecta est eo modo, ut linguam ecclesiasticam, liturgiam et disciplinam servarent proprias, ac destructo etiam regno Bulgaro-Valachico in saeculum sextum decimum perduravit; ipsi concilio Florentino legati principum Valachorum et Damianus archiepiscopus Valachus intererant. Tempore eversae Valachorum reipublicae tres erant illius nationis metropolitae, Bucharestiensis, Albae Juliae (Karlsburg), tertiusque in Moldavia. Grave jam eorum fidei imminebat discrimen enascente protestantismo, cujus praecipuus fautor et patronus erat Rákóczy, princeps Transsilvaniae famosus; neque enim pauci nobiles Valachi eo auctore reformatorum dogmata amplexi sunt. Haec tamen rerum conditio, quum Transsilvania imperio Austriae uniretur, mutata est. Quotquot etiam, postea a protestantibus suae rei promovendae suscepta sunt tentamina, solidam populi fidem non potuerunt labefactare.

Eousque in territoriis, quae hodie coronae S. Stephani subsunt, praeter sedem Alba-Juliensem episcopatus graecorum catholicorum erant in Váád, Szilvás, Mármaros, Munkácz. Majora mala ecclesiae Valachorum catholicae in Hungaria inferebantur a graecis schismaticis (Rascianis), qui circa annum 1690 cum patriarcha suo Arsenio Crnojević in Hungariam a Turcis devastatam immigrarunt et a Leopoldo imperatore domicilia et solemnem religionis suae libere colendae facultatem acceperunt. Inde enim continuae lites inter Graecos unitos atque dissidentes natae sunt, quae ab istis et ab ipsis interdum eorum episcopis armis minus honestis, vi ac simulatione gerebantur ecclesiaeque catholicae inter Rumenos dimidiam sectatorum partem auferebant et usque ad praesentia tempora continuabantur, ita tamen, ut ab initio hujus saeculi conditio catholicorum melior evaderet.

2. Rutheni (populi Russiae minoris in Galicia et Hungaria septentrionali) postquam saeculo undecimo Vladimiro Magno regnante christiana religione penitus imbuti sunt, catholicam fidem profiteri aliquamdiu pergebant. Sed ex quo tempore metropolitae Kijovienses, quibus tota Ruthenorum ecclesia obediebat, Romanae Sedi obsequium denegarunt et patriarchis Constantinopolitanis adhaeserunt, ipsi quoque a S. Petri cathedra discedere coeperunt. Ita factum est, ut saeculo decimo tertio altas jam radices schisma inter Russos egisset, quare graeca earum regionum ecclesia et consequenter Haliciensis etiam metropolis (fundata a. 1160) eandem ac Constantinopolitana sortem experta est. Post concilium Florentinum tamen opera et studio regum Poloniae et Isidori, metropolitae Kijoviensis, ecclesia Ruthenorum in unione Romanae ecclesiae salva sua lingua sacra et liturgia per dimidium saeculum fida permansit, postea sensim per emissarios moscoviticos ad defectionem pellecta est, donec altera saeculi sexti decimi parte patriarchae Constantinopolitani exactionibus suis occasionem iterum recedendi praeberent. Synodis igitur Brestensibus (Brześć) a. 1590 et 1595 Ruthenia polonica cum octo dioecesibus denuo sub obedientiam Sedis Apostolicae rediit, quam unionem Clemens VIII. ratam habuit. Verum mox instigantibus quibusdam episcopis graecis novae unioni minime faventibus et aliis reformationis asseclis ortae sunt querelae atque adeo cruentae altercationes, quas rex Sigismundus III. auctoritate sua interposita et unitorum persecutores laesae majestatis reos declarans compescuit, et synodum Leopolim a. 1629 convocandam curavit, qua major nobilium Ruthenorum pars ad Romanam unionem perducta est. At Ladislao IV. ejus successore schismatici magnam iterum vim nacti sunt, maxime quod rex, ut sibi animos eorum conciliaret, larga eis privilegia concessit. Novis itaque passim enatis discordiis coactus concessiones illas irritavit et conventum a. 1647 Varsoviam indixit ad pacem restaurandam; sed praematura ejus morte haec consilia impedita sunt et Joanne Casimiro regnante unionis opus tanto labore susceptum et promotum undique labefactari coepit. Comitiis denique regni a. 1661 Varsoviae habitis Gabrielis Kolenda, metropolitae Kijoviensis, meritis et curis res in meliorem statum conversae sunt; rex quoque Joannes III. (Sobieski) strenuus unionis promotor erat. Eadem consilia Augustus II. fovebat, et quum Joseph Szumlanski, episcopus graecus Leopoliensis, Romanae ecclesiae se adjunxisset totamque suam exarchiam se ad eandem unionem perducturum esse spopondisset, Ruthenorum schismati et crudelibus bellorum civilium tumultibus finis est impositus. Quae unio cum Sede Romana usque ad praesentem diem perdurat inconcussa. Reliquae autem Ruthenorum dioeceses catholicae graeci ritus, quae post divisam Poloniam Russiae cesserunt, multis ac diuturnis schismaticorum infestationibus generosa constantia superatis unioni adhaerebant, donec a. 1830 artibus ac violentiis gubernii Petropolitani fractae occubuere.

### Ecclesia Armenorum in Austria et Hungaria.

1. Ex quo tempore Transsilvania et Galicia Austriae adjunctae sunt, ecclesiae quoque Armenorum catholicae cultores adsunt. Extra has provincias Neoplantae (Neusatz) tantum in Hungaria parvus uniti ritus armeniaci coetus ac Viennae et Tergeste (et Venetiis) singuli illius congregationis conventus sunt, quam ineunte saeculo duodevigesimo Mechitar vir clarissimus ad regulam S. Benedicti fundavit, et cujus socii ex magistri nomine Mechitaristae vocantur. Hujus autem ritus sectatores in omnibus Austriae territoriis jurisdictioni latinorum episcoporum obnoxii sunt, Galicia excepta, ubi archidioecesim unitam Leopoli habent.

2. In Galicia et Transsilvania Armeni sunt orientales, qui neglectis omnibus reconciliationis conatibus post primam saeculi sexti et septimi defectionem institutis non cultu solum ac disciplina, sed dogmaticis etiam doctrinis a catholica ecclesia discrepant, synodum Chalcedonensem respuunt et plus minusve monophysitismo vel monotheletismo infecti sunt. Lingua vernacula, qui huic ecclesiae addicti sunt, utuntur armeniaca; libri eorum ecclesiastici sermone armeniaco antiquo conscripti et a latinae ecclesiae libris, quibus correspondent, non parum diversi sunt. Missarum liturgia graecam fere Basilii et Chrysostomi formam sequitur, caeremoniae majore quam apud latinos ubertate florent, breviarium autem magis compendiosum et alia forma compositum est.

### Conspectus summarius

catholicorum in Austria et Hungaria existentium pro a. 1888.

| | Catholici. | Sacerdotes saecul. | Sacerdotes regul. |
|---|---|---|---|
| Austria . . . . . . . . . . . | 21 483 998 | 16 139 | 3 844 |
| Hungaria . . . . . . . . . . | 10 213 622 | 8 273 | 1 464 |
| Summa | 31 697 620 | 24 412 | 5 308 |

Fontes:


Historia provinciae Austriae societatis Jesu. Autore Antonio Sochero, societatis Jesu sacerdote. Viennae Austriae 1740.

Illyricum sacrum, auctore Daniele Farlato, presbytero societatis Jesu. Venetiis 1751.

Schematismus der gesammten katholischen Kirche Oesterreich-Ungarns. Nach amtlichen Quellen zusammengestellt von Dr. J. P. Jordan, Ritter des Ordens vom hl. Gregor dem Grossen. 1882. 1887.

Fromme's Kalender für den katholischen Clerus Oesterreich-Ungarns 1888, redigirt von Berthold Egger, Chorherr von Klosterneuburg.

Taschenbuch für den katholischen Clerus, 1888, redigirt von P. Conrad Eubel, O. M. C. Würzburg.

Dr. Julian Pelesz, Geschichte der Union der ruthenischen Kirche mit Rom von den ältesten Zeiten bis auf die Gegenwart. 1881.

Symbolae ad illustrandam historiam Ecclesiae Occidentalis in terris Coronae Sancti Stephani a Nicolao Nilles S. J. editae. Oeniponte 1885.


## Caput undecimum.

# De confessionum distributione in Austria et Hungaria.

1. Non ethnographice tantum, sed ecclesiastice quoque nationes imperii Austrio-Hungarici magnam prae se ferre varietatem, haec docebunt, quae nituntur descriptione incolarum Austriae et Hungariae instituta pridie Kal. Jan. 1881.

### Numerus incolarum secundum professionem religiosam.

| Professiones religiosae. | In Austria, i. e. in regnis et provinciis administrationis Cisleithanicae. | In Hungaria, i. e. in terris coronae S.Stephani subditis. |
|---|---|---|
| Catholici ritus latini . . . . . | 17 693 648 | 7 849 692 |
| Catholici ritus graeci . . . . . | 2 533 323 | 1 497 268 |
| Catholici ritus armeniaci . . . | 2 854 | 3 223 |
| Archeocatholici . . . . . . . . | 6 134 | — |
| Graeci orientales . . . . . . . | 492 088 | 2 434 890 |
| Armeni orientales . . . . . . . | 1 454 | — |
| Evangelici confessionis Augustanae | 289 005 | 1 122 849 |
| Evangelici conf. Helveticae (Calvin) | 110 525 | 2 031 803 |
| (Summa evangelicorum) . . . . | (399 530) | (3 155 652) |
| Transp. | 21 129 031 | 14 939 725 |

| Professiones religiosae. | In Austria, i. e. in regnis et provinciis administrationis Cisleithanicae. | In Hungaria, i. e. in terris coronae S.Stephani subditis. |
|---|---|---|
| Transp. | 21 129 031 | 14 939 725 |
| Unitarii . . . . . . . . . . . | 169 | 55 792 |
| Aliae sectae christianae . . . . | 1 780 | 4 645 |
| Israelitae . . . . . . . . . . | 1 005 394 | 638 314 |
| Aliae sectae non christianae . . | 4 537 | 512 |
| Nullius confessionis . . . . . . | 3 333 | 1 338 |
| Confessionis incognitae et non baptizati . . . . . . . . . . | — | 1 776 |
| Universi | 22 144 244 | 15 642 102 |

2. In Cisleithania longe praevalet ecclesia catholica ritus latini, in Transleithania eadem non praevalet nisi relative. Proxime sequitur multitudine assectarum ecclesia catholica ritus graeci, et ambae confessiones protestanticae in unum collectae, ultimo loco graeci orientales. Judaei quoque numero non spernendo gaudent, Armeni sive catholici sive orientales vix ullius sunt momenti, neque unitarii, qui in sola Transsilvania majore numero exstant, neque etiam alii coetus christiani aut coetus non christiani, quum omnes simul comprehensi ne unum quidem inter ducentos incolas efficiant.

3. Catholici igitur per totam Cisleithaniam multo majorem populi partem sibi vindicant; excipe tamen districtum Asch in Bohemia, urbem Bielitz in Silesia, Bucovinam totam, in Dalmatia Benkovacensem, Cattarensem, Tiniensem (Knin) districtus.

In Transleithania solummodo in Hungaria occidentali, majore parte Croatiae, in Transsilvaniae comitatu Csikensi plures habentur catholici.

Graeci orientales in Bucovina, in aliquibus Hungariae, Transsilvaniae et Confinii militaris tractibus, in tribus denique Dalmatiae districtibus, supra recensitis, multo majorem numerum efficiunt.

Protestantes nullibi in Cisleithania nisi in uno districtu Aschensi, qui est in extremis Bohemiae occidentalis finibus ad septentrionem versus, majorem populi partem attingunt, in Hungaria vero absolute majore numero occupant comitatus Hajdu et Turócz et urbes Debreczin, Maros-Torda, Hód-Mezö-Vásárhely. Non exiguo etiam numero adsunt in Silesia orientali (ditionis Austriacae) et in media Bohemia; in provinciis quoque alpinis districtus Gmundensis, Spittalensis, Hermagorensis et Villacensis colonias quasdam protestanticas comprehendunt.

Judaei partem praecipue regionis slavicae septentrionalem, quae ad orientem vergit, occuparunt; in regionibus Germanorum alpinis atque provinciis meridionalibus rari vagantur. Plurimus invenitur Hebraeus in urbibus Leopoli, Cracovia, Cernovitio et in regione Brodyensi.

4. Quodsi numeros erutos, qui diversas religionum professiones spectant, cum iis contuleris, qui sunt variarum Austriae nationum, haec apparent memoria digna.

Plerumque confessio sequitur gentium diversitatem. Itaque Germani ibi fere sunt catholici, ubi potiorem incolarum numerum constituunt; sed qui ex iis ut coloni immigraverunt, protestantismum sequi solent; Poloni Croataeque sunt catholici, Rutheni plerique ritus graeci uniti, minor pars ritus graeci schismatici, maxime in Bucovina et Hungaria; Moldavi, Valachi, Serbi communiter schismatici sunt, pauciores cum Romana ecclesia uniti. Unitariorum dogma sequitur pars Siculorum seu Szeclorum in Transsilvania et pars minus etiam conspicua Hungarorum (Magyarorum) et Valachorum.

5. Operae pretium esse videtur, inquirere num et qua ratione numerus asseclarum diversas religiones sequentium ad universum incolarum numerum comparatus labente tempore mutetur. Professio igitur catholica latina in iis regionibus, ubi multum praevalet, paululum ad decrementum vergere conspicitur, incrementum autem sumere, ubi inferiore numero est, quod ex. gr. in Galicia et Bucovina, item in Dalmatia et Hungaria obtinet. Graeci et uniti et schismatici in omnibus provinciis decrescere videntur. Protestantes in Cisleithaniae provinciis, maxime in Austria inferiore, ducatu Salisburgensi et Bucovina crescunt, minime vero in provinciis hungaricis. Maximo gaudent augmento judaei, quorum in Austria inferiore ab anno 1831 ad annum 1880 numerus vicies multiplicatus, in Galicia et Bucovina duplicatus est.

Fons: Karte der Vertheilung der Confessionen. Von Franz Ritter von Le Monnier, k. k. Ministerial-Concipist und Bibliothekar der k. k. geographischen Gesellschaft zu Wien.

---

## Caput duodecimum.

# Britannia Magna.

Britannia Magna dividitur in Angliam, quae austrum, Valliam, quae occasum, et Scotiam, quae boream respicit. Anglia nomen traxit ab Anglis Saxonibus, fluvios famosos habet Tamesim et Sabrinam, quorum ille Londinum, urbem regiam, hic Glocestriam alluit. Cambria sive Vallia versus occasum porrigitur ad mare Hibernicum.

### A. Anglia et Vallia.

„Britannicae insulae virtutem Verbi senserunt: sunt enim etiam illic fundatae ecclesiae et erecta altaria: illius, inquam, Verbi etc."
Chrysost. „Quod Christus sit Deus". Lib. I.

1. Illam partem Angliae, quam Romani occupaverunt, primum in duas partes diviserunt: australem, quam cum Vallia superiorem, et septentrionalem, quam

inferiorem vocaverunt; eademque postea in tres provincias distributa est, Britanniam primam, Britanniam secundam et Maximam Caesariensem.

Stetit haec divisio per aliquot tempora; sed demum Britanniam quinque partitam fecerunt, illis tribus provinciis Valentiam et Flaviam Caesariensem addentes.

Britannia prima omnem illum tractum oramque continebat, quae Tamesim, Sabrinam et Britannicum fretum interjacet. Britannia secunda totam eam regionem occupabat, quae nunc Vallia dicitur, a Sabrina ad mare Hibernicum extensa. Flavia Caesariensis inter Tamesim et Humbrum flumina porrecta fuit. Maxima Caesariensis ab Humbro ad Tinam flumen et vallum Adriani pertingebat. Valentia denique ab iisdem Tina et vallo Adriani ad vallum Severi juxta Edinburgum protendebatur, ubi Romani imperii, quo tempore haec divisio usu recepta fuit, ultimus terminus. Singulae singulis magistratibus parebant, scilicet Maxima Caesariensis et Valentia consularibus, Britanniae vero prima et secunda, et Flavia Caesariensis tribus praesidibus, ut in notitia civili imperii Romani legitur [1].

2. Angliae regni historiae testantur, christianam religionem vel a primis Ecclesiae saeculis in Britanniam invectam esse atque in ea plurimum floruisse [2]; sed medio circiter saeculo quinto, posteaquam Angli et Saxones in eam insulam advocati sunt, non modo publicas illic res, sed etiam religionem maximis fuisse detrimentis affectam. Constat vero simul Summum Pontificem Gregorium Magnum, missis primum cum sociis Augustino monacho atque eo postmodum aliisque pluribus ad episcopalem dignitatem evectis, additaque iis magna presbyterorum monachorum copia, Anglo-Saxones adduxisse, ut christianam religionem amplecterentur, et virtute sua effecisse, ut in Britannia, quae Anglia etiam appellari coepit, catholica iterum restituta undique fuerit et amplificata religio [1]. Sed ut,

[1] Caroli a Sancto Paulo Geographia sacra. 1704. p. 159.

[2] Ineunte saeculo quarto ecclesiae episcopales heic, ut in reliquis nationibus omnibus fuerunt. Nam harum ecclesiarum antistites ad concilia non minus quam alii evocati esse leguntur. Fuerunt in concilio Arelatensi episcopi britannici: Eborius de civitate Eboracensi, Restitutus de civitate Londinensi, Adelphius de civitate Colonia Londinensium (probabiliter Colonia Lindi, quod nomen antiquum Lincolniae est). Sunt, qui episcopos ex Britannia concilio Nicaeno interfuisse adfirmant, sed hoc non adeo perspicue ex antiqua historia patet. Certius est, in synodo Ariminensi tres adfuisse, uti fidem nobis facit Sulpicius Severus (lib. II. c. XLI. p. 267, edit. Lips. 1703). Athanasius (apol. contra Arianos, p. 720, edit. Par. 1627) quoque episcoporum ex Britannia in synodo Sardicensi, ann. 397 habita, mentionem injicit. Et Hilarius librum suum de „Synodis" inter alios complures episcopos provinciarum quoque Britannicarum episcopis inscripsit. At vero nullus horum auctorum certum totius collegii numerum nobis exhibet, adeoque conjicere dumtaxat possumus ex reliquiis horum episcoporum Britonum, qui in Vallia post Saxonum irruptionem manserunt ibique, adventante in Angliam Augustino monacho, exstiterunt. Beda (hist. gent. Anglor. lib. II. c. II.) septem ex hisce memorat, qui ad synodum Vigorniae, sive in loco hodie Austins Oak appellato, coactam convenerint cum Augustino de ecclesiae ritibus sermones collaturi. Hisce metropolitanus quidam praesidebat, cui obedientiam se debere in concilio isto profitebantur. Erat is archiepiscopus Meneviae seu S. Davidis sive, ut ipsi eum vocabant, archiepiscopus Caërlegionis supra Oscam, quod haec esset antiqua sedes metropolitica, antequam ad oppidum S. Davidis transferretur. Reliqui suffraganei, ut a quibusdam historicis Britannicis recensentur, tunc temporis fuerunt: Herefortensis, Tavensis, Paternensis, Banchorensis, Elviensis, Vicciensis, Morganensis. (Josephi Binghami Origines ecclesiasticae. Vol. III. p. 557 et sqq.)

[1] Secundum Beda (hist. gent. Anglor. lib. IV. c. V.) in concilio Herudfordiensi ann. 673 adfuerunt: Theodorus, Dorovernensis seu Cantuariensis ecclesiae episcopus, Bisi, orientalium Anglorum episcopus, Wilfridus, Northanhymbrorum gentis episcopus, Putta, episcopus Roffensis, Leutherius, episcopus occidentalium Saxonum, et Winfridus, episcopus totius provinciae Merciorum. Quo in concilio (c. IX. apud Bed. ibid. p. 274) canon conditus est, ut plures episcopi, crescente numero fidelium, constituerentur. Sed isthoc tempore nihil ejus in effectum deducebatur, nisi quod in Bisi, occidentalium Anglorum episcopi, qui gravissima infirmitate ab administrando episcopatu prohibebatur, locum alii duo, Ecca et Badwinus, electi episcopi consecrarentur. Ex quo tempore ad aetatem usque Bedae provincia illa duos habere solita est episcopos. Hi fuerunt episcopi Elmhami et Dunovici, qui postea uniti fuerunt, sede hinc primum Sitomagum, vulgo Thetford, et deinde Nordovicum translata, qui episcopi toti Anglorum orientalium regno successerunt, ut adeo isthac aetate dioecesis aliqua episcopalis tam late fere, quam ipsum aliquod regnum, patuerit. In regno Northumbriae primum duo duntaxat fuerunt episcopi, alter in civitate Eboracensi, alter in Lindisfarnensi ecclesia cathedram habens episcopalem. Sed non multo post, a. 678, Wilfridus, episcopus Eboracensis, sede sua ab Egfrido, rege Northumbriae, pulsus est, ejusque in locum quatuor vel quinque episcopi fuerunt substituti, alius quidem in Deirorum, alius in Berniciorum provincia, alius in Hagulstadensi ecclesia in Northumbria, alius in provincia Pictorum, quae tunc temporis Anglorum erat imperio subjecta; alius denique in provincia Lindissi, ut Beda (lib. IV. c. XII.) vocat, qui nuper ex dioecesi et regno Merciorum adscitus erat, nec multo post eo rursus relegatus. Magnum regnum Merciorum initio dioecesis fuit unius tantum episcopi, quem Beda plerumque Anglorum mediterraneorum sive Merciorum episcopum vocitat, cujus sedes Lichfeldia, regia et metropolis regni Merciae; usque dum circa ann. 678 nova sedes episcopalis Sidnacestriae in comitatu Lincolniensi et aliquando post alia Dorcestriae in comitatu Oxoniensi erigeretur, quae ambae postea unitae et Lincolniam remotae sunt. Dioecesis Vintoniensis primis temporibus admodum late quoque patuit, continens omnia Saxonum occidentalium regna, donec ab Ina rege in Vintoniensem et Clarofontanam (Sherborne) ann. 705 dispesceretur. Quarum posterior deinde subdivisa fuit in dioeceses: Cornubiensem, Devoniensem, Somersettensem, Viltoniensem et Dorcestriensem, quarum quaedam rursus unitae constituerunt dioeceses: Exoniensem, Wellensem, Salisburiensem et Bristoliensem. (Jos. Binghami Orig. eccl. Vol. III. p. 560 et sqq. De dioecesibus Bristol, Chester, Gloucester cf. A Literary and Biographical History, or Bibliographical Dictionary of the English Catholics, from the Breach with Rome in 1534 to the present time. By Joseph Gillow. Vol. III. London, Burns and Oates. — The Month. 1888. Vol. 62. p. 570 et sqq.)

quae sunt recentiora, commemorentur, nihil in tota anglicani schismatis, quod saeculo decimo sexto excitatum est, historia manifestius apparet, quam Romanorum Pontificum impensa cura et nunquam intermissa, ut religioni catholicae, in eo regno in maximum periculum et ad extremum discrimen adductae, succurrerent et quacumque possent ratione auxilium afferent. Quo inter alia spectant ea, quae a Summis Pontificibus vel ipsis mandantibus atque probantibus provisa gestaque sunt, ut in Anglia haudquaquam deessent, qui catholicarum illic rerum curam susciperent, itemque ut adolescentes catholici bonae indolis, ex Anglia in continentem venientes, educarentur atque ad scientias praesertim ecclesiasticas diligenter informarentur; qui sacris subinde ordinibus insigniti et in patriam reversi sedulam navarent operam popularibus suis verbi et sacramentorum ministerio juvandis et verae fidei ibidem tuendae ac propagandae. Verum ea sunt fortasse clariora, quae Summorum Pontificum studium respiciunt, ut Angli catholici, quos tam atrox et saeva tempestas episcoporum praesentia et pastorali cura privaverat, praesules iterum haberent episcopali charactere insignitos. Jam vero Gregorii XV. litterae apostolicae incipientes „Ecclesia Romana“ datae die 23. Mart. a. 1623 ostendunt, Summum Pontificem, ubi primum potuit, Guillelmum Bishopium, consecratum episcopum Chalcedonensem, cum satis ampla facultatum copia et cum ordinariorum propria potestate ad Angliae et Scotiae catholicos gubernandos destinasse; quod postea Urbanus VIII., Bishopio mortuo, missis ad Richardum Smith similis exempli litteris apostolicis die 4. Febr. a. 1624 renovavit, episcopatu Chalcedonensi et iisdem, quae Bishopio concessae erant, facultatibus Smithio tributis. Visa sunt in posterum, quum Jacobus II. in Anglia regnare coepisset, catholicae religioni feliciora tempora obventura esse. Hac vero opportunitate Innocentius XI. statim usus Joannem Leyburnium, episcopum Adrumetenum, totius Angliae regni vicarium apostolicum a. 1685 deputavit. Quo facto aliis litteris apostolicis d. 30. Jan. a. 1688 editis, quarum initium est „Super Cathedram“ Leyburnio tres alios episcopos, ecclesiarum i. p. i. titulis insignitos, vicarios apostolicos adjunxit; quapropter Angliam universam operam dante apostolico in Anglia nuntio Ferdinando, archiepiscopo Amasiensi, in quatuor districtus Pontifex ille partitus est, Londinensem scilicet, occidentalem, medium et septentrionalem, quibus omnibus vicarii apostolici cum opportunis facultatibus et cum ordinarii locorum propria potestate praeesse coeperunt. Eis autem auctoritate sua sapientissimisque responsis tum Benedictus XIV. edita die 30. Maji 1753 constitutione, quae incipit „Apostolicum ministerium“, tum alii Pontifices ac propagandae fidei Congregatio ad tam grave munus rite recteque gerendum normae et adjumento fuerunt. Haec vero totius Angliae in quatuor vicariatus apostolicos partitio usque ad Gregorii XVI. tempora perduravit, qui litteris apostolicis d. 3. Jul. 1840 datis, incipientibus „Muneris Apostolici“, habita praesertim ratione incrementi, quod religio catholica in eo regno jam acceperat, novaque facta regionum ecclesiastica partitione, duplo majorem vicariatuum apostolicorum numerum excitavit et Angliam totam vicariis apostolicis: Londinensi, occidentali, orientali, centrali, Valliensi, Lancastriensi, Eboracensi et septentrionali, in spiritualibus gubernandam commisit. Quae cursim hoc loco, aliis pluribus praetermissis, indicata sunt, perspicuo documento sunt, Summos Pontifices in id vehementer incubuisse, ut, quantum auctoritate sua valebant, ad Ecclesiam in Anglia ex permagna calamitate recreandam ac reficiendam adniterentur et laborarent. Tandem Pius IX. litteris apostolicis „Universalis Ecclesiae“ d. d. 29. Sept. 1850 decrevit, ut in regno Angliae reflореret juxta communes Ecclesiae regulas hierarchia ordinariorum episcoporum, qui a sedibus nuncuparentur, quas iisdem litteris apostolicis in singulis apostolicorum vicariatuum districtibus constituit [1].

### 3. Synopsis evolutionis hierarchiae catholicae in Anglia existentis.

Secundum Provinciale omnium ecclesiarum cathedralium universi orbis (Lugduni 1546) in regno Angliae fuerunt duae provinciae ecclesiasticae, scilicet Eboracensis et Cantuarensis.

Archiepiscopus Eboracensis (York) habuit hos suffraganeos: Dunelmensem (Durham), Cableolensem (Carlisle).

Archiepiscopus Cantuarensis (Canterbury) hos habuit suffraganeos: Londinensem (London), Roffensem (Rochester), Cicestriensem (Chichester), Exoniensem (Exeter), Vintoniensem (Winchester), Bathoniensem (Bath) et Wellensem (Wells) unitos, Salisburiensem (Salisbury), Vigorniensem (Worcester), Herefordiensem (Hereford), Conventrensem (Coventry) et Lichfeldensem (Lichfield) conjunctos, Lincolniensem (Lincoln), Norwicensem (Norwich), Heliensem (Ely), Menevensem (St. Davids, Valliae oppidum et monasterium in Demetia ad angulum Britanniae supra mare Hibernicum), Landavensem (Landavia vulgo Landaff), Bangorensem (Bangor), Sancti Asaph seu Assanensem (St. Asaph). Sublata deinde hierarchia catholica vicariatus apostolicus Angliae erectus est, ex quo volventibus annis provincia ecclesiastica Westmonasteriensis hoc modo enata est:

[1] Litterae apostolicae „Universalis Ecclesiae“ d. d. 29. Septembris 1850.

Vicariatus apostolicus Angliae ab a. 1685 usque ad 30. Jan. 1688.

| Vic. apost. districtus occidentalis 30. Jan. 1688—1840. | Vic. apost. districtus Londinensis 30. Jan. 1688—1840. | Vic apost. districtus centralis 30. Jan. 1688—1840. | Vic. apost. districtus septentrionalis 30. Jan. 1688—1840. |
|---|---|---|---|

Gregorius XVI. litteris apostolicis d. d. 3. Jul. 1840, nova facta regionum partitione, duplo majorem vicariatuum numerum excitavit:

| Vic. apost. districtus Lancastriens. | Vic. apost. districtus Valliensis. | Vic. apost. districtus centralis. | Vic. apost. districtus orientalis. | Vic. apost. districtus Londinensis. | Vic. apost. districtus occidentalis. | Vic. apost. districtus septentrional. | Vic. apost. districtus Eboracensis. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|

Pius IX. per litteras apostolicas d. d. 29. Sept. 1850 episcopalem hierarchiam in Anglia restituit atque sedes tredecim erexit:

D. Liverpolitana 1850—51. — 1851—
D. Salfordiensis 1850—51. — 1851—
D. Salopiensis. 1850—
D. Neoportensis et Menevensis. 1850—
D. Nottingamien. 1850—
D. Birmingamien. 1850—
D. Northanton. 1850—
Archid. Westmonasteriens. 1850—
D. Southwarcensis 1850—82. — D. Southwarcensis 1882—; D. Portusmutensis 1882—
D. Cliftoniensis 1850—
D. Plymutensis 1850—
D. Hagulstadens. et Novocastrens. 1850—
D. Beverlacensis 1850—78. — D. Loïdensis 1878—; D. Medioburgensis 1878—

Provincia ecclesiastica Westmonasteriensis.

4. **Superficies et incolae.** Superficies: Anglia 131 628 kmq, Vallia 19 069 kmq. Incolae: Anglia (1881) 24 613 926, Vallia (1881) 1 360 513. Anno 1886 numerus incolarum Angliae et Valliae aestimatus est ad 27 870 586, inter quos catholici ca. 1 439 831.

5. **Divisio ecclesiastica.** Bulla Pii IX. „Universalis Ecclesiae" d. d. 29. Sept. 1850 restituta est in Anglia et Vallia hierarchia ecclesiastica ea ratione, ut ditio tota unam provinciam ecclesiasticam Westmonasteriensem constituat. Huic metropoli initio suberant duodecim ecclesiae suffraganeae, qui tamen numerus interim ad quattuordecim auctus est.

## Provincia ecclesiastica Westmonasteriensis.

Ecclesiae Westmonasteriensi vinculo jurisdictionis metropolitanae uniuntur dioeceses suffraganeae: Birmingamiensis, Cliftoniensis, Axelodunensis et Novocastrensis, Loïdensis, Liverpolitana, Medioburgensis, Neoportensis et Menevensis, Northantoniensis, Nottingamiensis, Plymutensis, Portusmutensis, Salfordiensis, Salopiensis, Southwarcensis.

1. *Archidioecesis Westmonasteriensis:*

Westmonasterium (Westminster), archiepiscopatus a d. 29. Sept. 1850.

Ambitus: Comitatus civiles Middlesex, Essex, Hertfordshire — 6 586,$_{39}$ kmq.

Incolae: Ex 3 697 734 incolis (1881) ca. 200 000 catholici,

Sacerdotes: 350, Ecclesiae et sacella: 123.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Birmingamiensis:*

Birmingamia (Birmingham), episcopatus a die 29. Sept. 1850.

Ambitus: Comitatus civiles Oxfordshire, Warwickshire, Worcestershire, Staffordshire — 9070,$_{46}$ kmq.

Incolae: Ex 2 278 514 incolis (1881) ca. 80 000 cathol.,

Sacerdotes: 194, Ecclesiae et sacella: 150.

3. *Dioecesis Cliftoniensis:*

Cliftonia (Clifton), episcopatus a d. 29. Sept. 1850.

Ambitus: Comitatus civiles Gloucestershire, Somersetshire, Wiltshire — 10 983,$_{15}$ kmq.

Incolae: Ex 1 300 457 incolis (1881) 20 650 catholici,

Sacerdotes: 102, Ecclesiae et sacella: 70.

4. *Dioecesis Hagulstadensis sive Axelodunensis et Novocastrensis:*

Axelodunum (Hexham) et Novum Castrum (Newcastle), episcopatus a d. 29. Sept. 1850; sedes episcopalis: Tynanmuta (Tynemouth).

Ambitus: Comitatus civiles Westmoreland, Durham, Northumberland, Cumberland — 13 795,$_{12}$ kmq.

Incolae: Ex 1 616 424 incolis (1881) 121 000 cathol.,

Sacerdotes: 166, Ecclesiae et sacella: 120.

5. *Dioecesis Loïdensis:*

Loïdae (Leeds), episcopatus ab a. 1878, cum dioecesis Beverlacensis divisa est in dioeceses Loïdensem et Medioburgensem.

Ambitus: Districtus occidentalis vulgo West-Riding cum ea comitatus et urbis Eboracensis (York) parte, quae ad meridiem fluminis Ouse spectat.

Incolae: Ex 1 782 275 incolis (1881) 122 198 cathol., Sacerdotes: 109, Ecclesiae et sacella: 103.

6. *Dioecesis Liverpolitana:*

Liverpolium (Liverpool), episcopat. a d. 29. Sept. 1850.

Ambitus: Ab a. 1851 continet 4 centurias (Hundreds) comitatus Lancastriensis: Lonsdale, Amounderness, West-Derby, Leyland, porro insulam Monae (Isle of Man).

Incolae: Ex 1 265 143 incolis (1881) 322 622 cathol., Sacerdotes: 386, Ecclesiae et sacella: 186.

7. *Dioecesis Medioburgensis:*

Medioburgum (Middlesborough), dioecesis ab a. 1878, cum dioecesis Beverlacensis divisa est in Loïdensem (Leeds) et Medioburgensem.

Ambitus: East-Riding, North-Riding, parsque urbis Eboracensis, quae jacet ad septentrionem fluminis Ouse.

Incolae: Ex ca. 500 000 incolis 40 369 catholici, Sacerdotes: 71, Ecclesiae et sacella: 57.

8. *Dioecesis Neoportensis et Menevensis:*

Neoportus (Newport) et Menevia dioecesis a d. 29. Sept. 1850; residentia episcopalis: Cardiff.

Ambitus: Comitatus Breckuockshire, Cardiganshire, Caermarthenshire, Glamorganshire, Pembrokeshire, Radnorshire, Monmouthsh., Herefordsh. — $14\,680,_{88}$ kmq.

Incolae: Ex 1 212 257 incolis (1881) 39 000 cathol., Sacerdotes: 73, Ecclesiae et sacella: 68.

9. *Dioecesis Northantoniensis:*

Northantonia (Camelodunum, Northampton), dioecesis a d. 29. Sept. 1850.

Ambitus: Comitatus Northamptonshire, Bedfordshire, Buckinghamshire, Cambridgeshire, Huntingdonshire, Norfolk, Suffolk — $18\,019,_{47}$ kmq.

Incolae: Ex 1 645 039 incolis (1881) 8 181 cathol., Sacerdotes: 52, Ecclesiae et sacella: 69.

10. *Dioecesis Nottingamiensis:*

Nottingamia (Nottingham), dioec. a d. 29. Sept. 1850.

Ambitus: Comitatus Nottinghamshire, Derbyshire, Leicestershire, Lincolnsh., Rutlandsh. — $17\,643,_{81}$ kmq.

Incolae: Ex 1 665 571 incolis (1881) 26 658 cathol., Sacerdotes: 128, Ecclesiae et sacella: 113.

11. *Dioecesis Plymutensis:*

Plymutum (Plymouth), dioecesis a d. 29. Sept. 1850.

Ambitus: Comitatus Devonshire, Dorsetshire, Cornwall — $12\,756,_{16}$ kmq.

Incolae: Ex 1 124 860 incolis (1881) 14 000 catholici (1884), Sacerdotes: 88, Ecclesiae et sacella: 63.

12. *Dioecesis Portusmutensis:*

Portusmutum (Portsmouth), dioecesis erecta a. 1882.

Ambitus: Comitatus Berkshire, Hampshire, insulae Wight, Guernsey, Jersey.

Incolae: Ex 864 324 incolis (1881) 25 000 cathol., Sacerdotes: 154, Ecclesiae et sacella: 85.

13. *Dioecesis Salfordiensis:*

Salfordium (Salford), dioec. erecta d. 29. Sept. 1850.

Ambitus: Centuriae (Hundreds) Salford et Blackburn in comitatu Lancashire.

Incolae: Ex 1 821 198 incolis (1879) 211 153 cathol., Sacerdotes: 224, Ecclesiae et sacella: 152.

14. *Dioecesis Salopiensis:*

Salopia (Shrewsbury), dioec. erecta d. 29. Sept. 1850; residentia episcopalis: Birkenhead.

Ambitus: Comitatus Cheshire, Anglesey, Caernarvonshire, Denbighshire, Flintshire, Merionetshire, Montgomeryshire, Shropshire.

Incolae: Ex 1 263 300 incolis 49 000 catholici, Sacerdotes: 112, Ecclesiae et sacella: 88.

15. *Dioecesis Southwarcensis:*

Southwarcum (Southwark), dioecesis erecta die 29. Sept. 1850.

Ambitus: Comitatus Sussex, Surrey, Kent — $9801,_{81}$ kmq.

Incolae: Ex 2 903 743 incolis (1881) ca. 80 000 catholici,

Sacerdotes: 226, Ecclesiae et sacella: 156.

## 6. Conspectus summarius

**dioecesium in Anglia et Vallia existentium pro a. 1889.**

| Dioeceses: | Catholici (1888). | Sacerdotes | |
|---|---|---|---|
| | | saecul. | regul. |
| Archidioecesis Westmonasteriensis . . | 200 000 | 249[1] | 101 |
| Dioecesis Birmingamiensis . . . . . | 80 000 | 148[2] | 46 |
| „ Cliftoniensis . . . . . . | 20 650 | 42 | 60 |
| „ Hagulstadensis et Novocastr. | 121 000 | 141 | 25 |
| „ Loïdensis . . . . . . . | 122 198 | 86 | 23 |
| „ Liverpolitana . . . . . . | 322 622 | 240 | 146 |
| „ Medioburgensis . . . . . | 40 369 | 51 | 20 |
| „ Neoportensis et Menevensis | 39 000 | 36 | 37 |
| „ Northantoniensis . . . . | 8 181 | 45 | 7 |
| „ Nottingamiensis . . . . . | 26 658 | 74 | 54 |
| „ Plymutensis . . . . . . | 14 000 | 44 | 44 |
| „ Portusmutensis . . . . . | 25 000 | 54 | 100[3] |
| „ Salfordiensis . . . . . . | 211 153 | 166 | 58 |
| „ Salopiensis . . . . . . | 49 000 | 75 | 37 |
| „ Southwarcensis . . . . . | 80 000 | 151 | 75 |
| Summa | 1 359 831 | 1 602 | 833 |

[1] Inclusis presbyteris oratorii 16, oblatis Sancti Caroli 25, presbyteris societatis pro missionibus exteris 5, instituti Sancti Andreae 5.

[2] Inclusis presbyteris oratorii 10, collegii Sanctae Mariae 9, seminarii Sancti Bernardi 4, Sancti Wilfridi 4.

[3] Ex quibus 57 e Gallia expulsi.

## B. Scotia.

„Ad Scotos in Christum credentes ordinatur a Papa Coelestino Palladius, et primus episcopus mittitur."
Prosper Aquitanicus in Chron. a. 434.

1. Scotia, ab antiquis Caledonia dicta, Magnae Britanniae pars borealis est. Terminos habet ab ortu mare Germanicum, a septentrione mare Deucaledonium, a meridie fluvium vulgo Tweed nuncupatum et montes Cheviot. Ab occasu Hiberniae insulae objacet.

Hanc Romanis non ex toto subjectam fuisse satis ex hoc colligitur, quod in notitia civili Romani imperii nulla hujus mentio fiat.

2. Scotis evangelii lumen mature illuxisse, probe novit quicumque in ecclesiastica historia vel parum versatus est; siquidem narrantur S. Ninianus saec. 4. exeunte, qui, teste ven. Beda, Romae fidem et mysteria veritatis edoctus erat, et saec. 5. S. Palladius, Ecclesiae Romanae diaconus, sacra infula decorati ibi Christi fidem praedicasse; necnon S. Columba abbas, qui saec. 6. eo appulit, monasterium construxisse, ex quo plura alia prodierunt. Et quamquam a medio saec. 8. ad 11. de ecclesiastico Scotiae statu historica documenta ferme desunt, memoriae tamen proditum est, plures ibi episcopos, quamvis aliquos sine certis sedibus, extitisse. Postquam vero summa rerum Malcolmus III. a. 1057 potitus est, ejus opera, hortante sancta conjuge Margarita, christiana religio, quae sive ob exterorum populorum incursiones, sive ob varias politicas vicissitudines haud levia damna subierat, restitui et amplificari coepta est; et quae extant adhuc sacrarum aedium, monasteriorum, aliorumque religiosorum monumentorum reliquiae, splendidum pietatis veterum Scotorum praebent testimonium. Saec. 15. tredecim sedes episcopales numerabantur, nempe S. Andreae, Glasguensis, Dunkeldensis, Aberdonensis, necnon Moraviensis, Brechinensis, Dumblanensis, Rossensis et Cathanensis, Candidae Casae et Lismorensis et Sodorensis sive Insulana atque Orcadensis; quae quidem omnes Sedi Apostolicae immediate subjectae erant.

Nota. De primitivo dioecesium episcopalium statu in Scotia Carolus a Sancto Paulo, luce destitutus historica, narrare nihil potuit, ideoque recentiora duntaxat nomina consignavit, uti sequuntur:

Sub archiepiscopo S. Andreae octo sunt episcopatus, videlicet: Dunkeldensis, Brechinensis, Aberdonensis, Rossensis, Moraviensis, Cathanensis, Dumblanensis, Orcadensis.

Sub archiepiscopo Glasguensi tres: Candidae Casae, Lismorensis, Insularum, hoc est Hebridum seu occidentalium, quarum e praecipuis Jona fuit. Sodora, primaria hujus insulae civitas, a Gregorio IV. anno 840 in sedem episcopalem evecta est, unde episcopus harum quadraginta quatuor insularum omnium una cum Mannia insula, quae tunc temporis pars dumtaxat hujus dioecesis fuit, nomen episcopi Sodorensis habuit. Josephi Binghami Origines ecclesiasticae. Vol. III. lib. IX. c. 6.

Romani Pontifices Scotiae regnum sub peculiari protectione suscipientes singulari memoratas ecclesias benevolentia prosecuti fuerunt; quare dum ipsi metropolitanos se Scotiae gerebant, illarum privilegia ac immunitates, ab Ecclesia Romana omnium matre et magistra jamdiu concessas, integras servandas esse haud semel decreverunt, ita ut, quemadmodum ab Honorio III. s. m. statutum fuit, Scotiae ecclesia Sedi Apostolicae, sicut filia specialis, nullo medio esset subjecta.

Cum vero antea Scotia metropolitano caruisset, Sixtus IV., prae oculis habens dispendia et difficultates Scotis subeundas, ut Romanam adirent metropolim, apostolicis litteris XVI. Kal. Sept. a. 1472 incipientibus „Triumphans Pastor aeternus" sedem S. Andreae, quae tum originis vetustate, tum veneratione erga apostolum, regni patronum, principem facile obtinuerat locum, in metropolitanam et archiepiscopalem totius regni sedem evexit, reliquis sedibus eidem tamquam suffraganeis subjectis. Quod pariter factum est Glasguensi sedi a. 1491, quae ab ecclesiastica provincia S. Andreae distracta ad metropolitanae dignitatem ab Innocentio VIII. elata est, suasque habuit ex supradictis suffraganeas sedes [1].

Cum ita constituta Scotorum ecclesia floreret, haeresi erumpente saec. 16. ad extremam ruinam misere adducta est; nunquam tamen Scotis defuit Summorum Pontificum impensa cura, sollicitudo ac providentia, ut fortes in fide perseverarent, quod ex pluribus sane documentis liquido apparet. Nam prospicientes grassantem late tempestatem, erga illum populum commiseratione commoti, qua iteratis missionariorum ex variis regularium familiis expeditionibus, qua apostolicis legationibus, aliisque omne genus collatis subsidiis in id indefessi adlaborarunt, ut collapsae religioni auxiliarentur. Eorum opera Romae selectis ex Scotica gente adolescentibus, praeter Urbanianum [2], peculiare patuit collegium, in quo sacris disciplinis imbui et sacerdotio initiari possent ad sacrum ministerium deinde in patria exercendum et spiritualem opem popularibus suis ferendam. Et quoniam illa Dominici gregis pars suis erat viduata pastoribus, Gregorius XV., cum primum ei licuit, Guillelmum Bishopium episcopum ordinatum amplisque munitum facultatibus, etiam illis, quae ordinariorum propriae sunt, ad Angliam simul et Scotiam

[1] Provinciale (Lugduni 1546): Archiepiscopus Sancti Andreae hos habet suffraganeos: Glasguensem (Glasgow), Ergadiensem (Orkney-Islands), Candidae Casae (Whitern), Cathanensem (Caithness), Aberdonensem (Aberdeen), Dumblanensem (Dumblan), Brechinensem (Brechin), Moraviensem (Murray), Rossensem (Ross), Dunkeldensem (Dunkeld), Glawidiensem (Galloway i. e. Whitern?).

[2] Collegium Scotorum de Urbe conditum est a Summo Pontifice Clemente VIII. per bullam „In supremo militantis Ecclesiae" d. d. 5. Dec. a. 1600. Collegium Urbanum de propaganda fide erectum est a Summo Pontifice Urbano VIII. per bullam „Immortales" a. 1627.

misit, ut dispersarum illarum ovium pastoralem curam assumeret. Ad restituendam in utroque regno orthodoxam fidem et Anglorum atque Scotorum salutem procurandam Francisco S. R. E. Card. Barberinio eorum protectori magnam facultatum copiam ab Urbano VIII. attributam fuisse, ejus litterae „Inter gravissimas" in forma brevis d. 18. Maji anno a Nativitate 1630 datae ostendunt. Huc spectant etiam aliae ejusdem Pontificis litterae „Multa sunt" ad Galliarum reginam d. 12. Febr. a. 1633 scriptae, ut illius benevolentiae Christi fideles et ecclesiam illam squalore confectam commendaret.

Verum ut meliori, qua fieri posset, ratione spirituali Scotorum regimini consuleret, Innocentius PP. XII. in vicarium suum apostolicum Thomam Nicholson, episcopali Peristachii titulo ac charactere insignitum, a. 1694 deputavit, integro regno et insulis adjacentibus ipsius curae commissis. Et haud multo post, cum unus dumtaxat vicarius apostolicus illi vineae Domini excolendae par amplius non esset, Benedictus XIII. socium praedicto episcopo adjungere properavit, quod a. 1727 executioni feliciter mandari potuit. Ita factum est, ut universum Scotiae regnum in duos fuerit vicariatus apostolicos divisum, quorum alter inferiorem, superiorem partem alter complectebatur. Sed haec divisio, quae catholicis, quot tunc temporis erant, gubernandis satis idonea visa erat, cum in dies eorum numerus augeretur, opportuna amplius esse non poterat; itaque tertii vicariatus institutione novum praesidium religioni in Scotia tuendae ac dilatandae Apostolica Sedes suppeditari oportere animadvertit. Ea de causa Leo XII. litteris apostolicis datis Idibus Februariis a. 1827, quarum initium „Quanta laetitia affecti simus", Scotiam in tres districtus seu vicariatus apostolicos, orientalem nempe, occidentalem et septentrionalem partitus est.

Denique Pio Papae IX. id cordi apprime erat, ut illustrem Scotiae ecclesiam ad pristinum decus et formam iterum excitare datum esset. Dum vero ipse ad opus diu multumque optatum absolvendum se pervenisse laetabatur, ad coronam justitiae recipiendam a Justo Judice advocatus fuit. Quod hic morte interceptus perficere non potuit, id Summus Pontifex Leo XIII., ejus successor, sine mora executioni mandandum esse existimavit. Sex numero sedes erectas esse voluit, nimirum S. Andreae cum adjuncto titulo Edinburgi, Glasguensem, Aberdonensem, Dunkeldensem, Candidae Casae seu Gallovidianam, necnon Ergadiensem atque Insularum. Celebrem sedem Sancti Andreae ad metropolitanae seu archiepiscopalis dignitatis gradum, adjecto Edinburgi titulo, restituit eidemque suffraganeas quatuor ex praenuntiatis sedibus, nempe Aberdonensem, Dunkeldensem, Candidae Casae seu Gallovidianam, Ergadiensem atque Insularum adsignavit. Quod ad Glasguensem sedem attinet, decere omnino duxit ipsi sacrorum antistiti archiepiscopi nomen et insignia ita tribuere, ut praeter nominis et honoris praerogativam nullum consequeretur jus proprium veri archiepiscopi et metropolitani [1].

### 3. Synopsis evolutionis hierarchiae catholicae in Scotia existentis.

Praefectura apostolica Scotiae 1653—1694.

Vicariatus apostolicus Scotiae 1694—1727.

| | |
|---|---|
| Vic. apost. districtus inferioris (Lowland) 1727—15. Febr. 1827. | Vic. apost. districtus superioris (Highland) 1727—15. Febr. 1827. |

| | | |
|---|---|---|
| Vic. apost. districtus orientalis 1827—4. Mart. 1878. | Vic. apost. distr. occidentalis 1827—4. Mart. 1878. | Vic. apost. distr. septentrionalis 1827—4. Mart. 1878. |

Leo XIII. litteris apostolicis d. d. 4. Mart. 1878 hierarchiam episcopalem in Scotia restituit.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Archid. Glasguensis (sed. immed. subjecta). | Archid. S. Andreae et Edinburg. | D. Dunkeldensis. | D. Ergadiens. et Insular. | D. Candidae Casae seu Gallovid. | D. Aberdonensis. |

Provincia ecclesiastica Sancti Andreae.

4. **Superficies et incolae.** Superficies 78 895 kmq. Incolae (1881) 3 735 573. Anno 1886 numerus incolarum Scotiae aestimatus est ad 3 949 393, ex quibus catholici ca. 342 000.

5. **Divisio ecclesiastica.** Hierarchia Scotiae catholica a Leone XIII. Pont. Max. d. 4. Mart. 1878 restituta est, ex quo tempore Scotia dividitur in provinciam ecclesiasticam Edinburgensem et archidioecesim Glasguensem.

### I. Provincia ecclesiastica Sancti Andreae et Edinburgensis.

Haec provincia praeter archidioecesim Sancti Andreae et Edinburgensem dioeceses habet suffraganeas: Aberdonensem, Dunkeldensem, Candidae Casae, Ergadiensem et Insularum.

1. *Archidioecesis Sancti Andreae et Edinburgensis:*

Sancti Andreae (Fanum Reguli, Saint Andrews), sedes episcopalis erecta ante a. 900, archiepiscopalis et primatialis totius Scotiae ab a. 1472; vacat ab a. 1571 u. a. 1878, restituta est d. 4. Mart. 1878.

Ambitus: Comitatus Edinburgh, Linlithgow, Haddington, Berwick, Selkirk, Peebles, Roxburgh, Fife

[1] Litterae apostolicae „Ex supremo", quibus hierarchia episcopalis in Scotia restituitur.

(ex ea parte, quae est ad dexteram fluminis Eden), Stirling (demtis territoriis Baldernock et East-Kilpatrick).

Incolae: Ex ca. 797 000 incolis 52 000 catholici, Sacerdotes: 59, Ecclesiae et sacella: 64.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Aberdonensis:*

Aberdonia (Aberdeen), sedes episcopalis ab a. 1125 per translationem sedis Mortlachensis; restituta die 4. Mart. 1878.

Ambitus: Comitatus Aberdeen, Kincardine, Banff, Elgin (Moray), Nairn, Ross (excepta insula Lewis), Cromarty, Sutherland, Caithness, insulae Orcades et Shetlandicae; comitatus Inverness (ea pars, quae sita est ad septentrionem lineae rectae ductae ab extremitate septentrionali lacus Luing ad fines orientales ejusdem comitatus Inverness, ubi sibi occurrunt comitatus Aberdeen et Banff).

Incolae: Ex ca. 690 000 incolis 11 500 catholici, Sacerdotes: 54, Ecclesiae et sacella: 53.

3. *Dioecesis Dunkeldensis:*

Caledonia (Dunkeld), dioecesis erecta ante a. 1115; sedes restituta est d. 4. Mart. 1878.

Ambitus: Comitatus Perth, Forfar, Clackmannan, Kinross, Fife (excepta ea parte, quae pertinet ad archidioecesim Sancti Andreae), Stirling (eae partes, quae disjunctae jacent atque a comitatibus Perth et Clackmannan sunt circumseptae).

Incolae: Ex 437 000 incolis 30 000 catholici, Sacerdotes: 32, Ecclesiae et sacella: 29.

4. *Dioecesis Candidae Casae seu Gallovidiana:*

Candida Casa (Whithorn, Galloway), dioecesis erecta a. 397, extincta non multum post a. 803, de novo excitata a. 1189 et d. 4. Mart. 1878. Residentia episcopalis: Dumfries.

Ambitus: Comitatus Dumfries, Kirkudbright, Wigton, Ayr (ea pars, quae a rivulo Lugton [Lugton Water] austrum versus protenditur).

Incolae: Ex 333 300 incolis 16 500 catholici, Sacerdotes: 25, Ecclesiae et sacella: 38.

5. *Dioecesis Ergadiensis et Insularum:*

Arghathelia (Argyll), sedes erecta ca. an. 1200, restituta d. 4. Mart. 1878. Residentia episcopalis: Oban.

Ambitus: Comitatus Argyll, Inverness (demta ea parte, quae pertinet ad dioecesim Aberdonensem) et omnes insulae occidentales Scotiae, exceptis Cumbris majore et minore, quae inter insulam Bute et comitatum Ayr jacent.

Incolae: Ex 190 800 incolis 12 000 catholici, Sacerdotes: 26, Ecclesiae et sacella: 37.

### II. Archidioecesis Glasguensis.

Glasgua (Glasgow), dioecesis a medio saec. 6., metropolis a saec. 15. exeunte; restituta sedes archiepiscopalis d. 4. Mart. 1878.

Ambitus: Comitatus Lanark, Renfrew, Dumbarton, Stirling (ex parte, nempe territoria Baldernock et East-Kilpatrick), Ayr (ea pars, quae a rivulo Lugton [Lugton Water] septentrionem versus sese extendit); porro insulae Cumbrae, major et minor.

Incolae: Ex 1 177 476 incolis 220 000 catholici, Sacerdotes: 144, Ecclesiae et sacella: 105.

## 6. Conspectus summarius

**dioecesium in Scotia existentium pro a. 1889.**

| Dioeceses. | Catholici. | Sacerdotes | |
|---|---|---|---|
| | | saec. | regul. |
| Archidioecesis Sancti Andreae et Edinburgensis | 52 000 | 47 | 12[1] |
| Dioecesis Aberdonensis | 11 500 | 42 | 12 |
| „ Dunkeldensis | 30 000 | 25 | 7 |
| „ Candidae Casae seu Gallovidiana | 16 500 | 25 | — |
| „ Ergadiensis et Insularum | 12 000 | 26 | — |
| Prov. eccles. Sancti Andreae et Edinburgensis | 122 000 | 165 | 31 |
| Archidioecesis Glasguensis | 220 000 | 119 | 25 |
| Summa totalis | 342 000 | 284 | 56 |

Fontes:

Dr. Alphons Bellesheim, Geschichte der katholischen Kirche in Schottland von der Einführung des Christenthums bis auf die Gegenwart. Vol. 2. Mainz, Franz Kirchheim, 1883.

An ecclesiastical history of Great Britain, chiefly of England, by Jeremy Collier. M. A. Vol. 2. London 1708.

The church history of England, from the year 1500, to the year 1688. Chiefly with regard to catholics. Brussels 1737.

The Catholic Directory, ecclesiastical Register and Almanac for the year of our Lord 1889. Fifty-second Annual Publication. London, Burns and Oates, Limited.

The Catholic Directory for the Clergy and Laity in Scotland. 1889.

[1] Inclusis presbyteris Oblatis.

## Caput decimum tertium.

# Hibernia.

1. Hiberniae, Britannicarum insularum magnitudine secundae, incolae vel a Palladio, vel a Patricio, quorum alter S. Coelestini diaconus fuit, alter S. Martini discipulus, vel ab utroque potius fidem christianam susceperunt. Sub Coelestino certe christiana religio in Hibernia praedicari coepta est.

2. **Superficies:** 84 252 kmq. **Incolae** (1881): 5 174 836, inter quos catholici 3 960 891; asseclae ecclesiae anglicanae 639 574, presbyteriani 470 734, methodistae 48 839, alii 54 268; ignotae religionis 530.

3. **Divisio civilis.** Hibernia dividitur hodie in quatuor potissimum regiones vel provincias, scilicet Lauginiam vel Lageniam vulgo Leinster, in qua est Dublinum, in orientem spectantem, ut Angliae propiorem, ita cultiorem; Mononiam vulgo Munster, antecedenti haud multum absimilem, qua Galliae in meridiem obtenditur, Connaciam vulgo Connaught, et Hultoniam nunc Ulster; haec in septentrionem, illa in occasum vergens; quae singulae in majorem minoremve numerum comitatuum (counties) subdivisae sunt.

4. In eo catalogo dioecesium, quem Cambdenus exhibet, quatuor archiepiscopi cum episcopis suis suffraganeis hoc recensentur ordine:

Archiepiscopo Armacano totius Hiberniae primati subsunt: Midensis vel Elnamirand, Dunensis alias Dundalethglas, Clochorensis alias Lugundunensis, Connerensis, Ardachadensis, Rathbotensis, Rathlucensis, Dalnliguirensis, Dearrihensis.

Archiepiscopo Dublinensi parent: Glendelacensis, Fernensis, Osseriensis alias de Canic, Leclinensis, Kildarensis alias Darensis.

Archiepiscopo Cassiliensi subsunt: Laoniensis de Kendalnam, Limriciensis, de insula Gathay, de Cellumabrath, Melicensis vel de Emileth, Rossiensis alias Roscreensis, Waterfordiensis alias de Batilfordia, Lismoriensis, Clonensis alias Cluanania, Corcagiensis, de Rosalither, Ardefertensis.

Archiepiscopo Tuamensi subjiciuntur: Duacensis alias Killmacduac, de Mageo, Enachduensis, de Cellajaro, de Roscomon, Clonfertensis, Achadensis, Ladensis alias Killaleth, de Conany, de Killmunduach, Elphinensis.

5. Alter catalogus in Provinciali Romano, a Carolo a Sancto Paulo in geographiae suae appendice publicatus, numerum suffraganeorum ad quinquaginta tres adauctum hoc ordine exhibet:

Archiepiscopus Armachae, primas totius Hiberniae, hos habet suffraganeos: Connerinensem, de Connannas, de Damliagg, de Dundalehglas, de Ardarchad, de Darrich, Ingundunum, de Ralhboth, Dunensem alias Drumorensem, Elualnirand sive Midensem, de Rathlurig, Renensem vel Revelensem vel Crocorensem, Cluanensem alias Cluanerdensem, Rochinocensem vel Rathbotensem, Artagadonensem vel Ardocadensem, Conerensem, Heugamensem.

Archiepiscopus Dublinensis hos habet suffraganeos: Glandelacensem, Caldetensem alias Kiscarensem, Feruensem, Glensem vel Gluisonensem, Ossinensem, Darensem, Gaininch, Licelinensem.

Archiepiscopus Casellensis hos habet suffraganeos: Kendalnensem vel Laonensem, Rostreensem vel Wldifordianum, Artefortensem, Lunech, Lismorensem, Firmaberensem vel Fymbarrensem, de Insula, Duanamensem alias Cluanum, Laudensem, Carthax, Tubricensem, de Celleninabrach, de Coneagia vel Corcagensem, Artfertelensem, de Xulech alias Umblicensem, de Rosailitchir, Waterfordiensem.

Archiepiscopus Tuamensis hos habet suffraganeos: Mageonensem, Achadensem, Xelfinensem, de Cellaid, de Conairi, Eacdunensem, Roscomon, de Celmundaiach, Cluartifertensem, de Culuanferd, Duacensem, Bladensem.

Hic maximus episcoporum numerus videtur fuisse, quem Hibernia, ex quo tempore christianam amplexa est religionem, unquam habuit.

6. Provinciale Lugdunense (1546) easdem provincias ecclesiasticas, Armacanam, Dublinensem, Tuamensem et Casselensem habuit. Episcopos suffraganeos enumerat hoc modo:

Archiepiscopus Armacanus hos habuit suffraganeos: Dundelegalensem (Down Patrick), Lugundunensem (Louth vel Clogher), Midensem (Meath), Connarensem (Connor), Ardagadensem (Ardagh), Rachabonensem (Raphoe), Rathlugnriensem (Rathlure), Damligiriarensem (Duleek), Darcihiensem (Derry), Cluanensem (Clonmacnois), Dondalerhglan. (Dunshaughlin), Lunudinensem (Louth ?), Tubernensem (Triburna, nunc Kilmore), Cluenariensem (Clonard), Drumorensem (Dromore).

Archiepiscopus Dublinensis (Dublin) hos habuit suffraganeos: Gledolatensem (Glendaloch), Fernensem (Ferns), Ossoriensem de Cannet (Ossory), Leglinensem (Leighlin), Kildarensem vel Darensem (Kildare).

Archiepiscopus Tuamensis (Tuam) hos habuit suffraganeos: Duacensem (Kilmacduagh), de Mageo (Mayo), Enacdunensem (Enaghdune), de Roscommon (Roscommon), de Colam (Clonmacnois), Clonfertensem (Clonfert), Achadensem (Achonry), Alachdensem (Killala), de Celmunduach, Elfinensem (Elphin).

Archiepiscopus Casselensis (Cashel) hos habuit suffraganeos: Laoniensem vel Limuricensem (Killaloe), Finaborensem (Kilfenora), de insula Cathai (Iniscathy), de Kerna (Ardfert), Imilicensem (Emly), Rossensem (Ross), Waterfordiensem (Waterford), Lismorensem (Lismore), Clonensem (Cloyn), Corkarensem (Cork), de Rosahlichir (Ross ?), Lumbricensem (Limerick).

7. Hodie etiam quatuor Hibernia provincias habet ecclesiasticas, scilicet: Armacanam, Cassiliensem, Dubliuensem, Tuamensem, quarum confinia nequaquam congruunt limitibus provinciarum civilium.

## Provinciae ecclesiasticae Hiberniae.

### I. Provincia ecclesiastica Armacana.

Metropoli Armacanae subduntur ecclesiae suffraganeae: Ardagadensis, Clogheriensis, Derriensis, Dunensis et Connorensis, Dromorensis, Kilmorensis, Midensis, Rathbotensis.

1. *Archidioecesis Armacana:*

Armacha (Armagh), sedes erecta a. 444 aut 445; archiepiscopus titulo primatis totius Hiberniae insignitus est.

Ambitus: Archidioecesis amplectitur comitatum Louth fere integrum, comitatum Armagh, magnam partem ex Tyrone et parvam ex Derry.

Catholici (1880): 211 290, Sacerdotes: 176,
Ecclesiae et sacella: 155,
Ecclesiae parochiales: 55.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Ardagadensis:*

Ardachia (Ardagh), sedes erecta saec. 5.

Ambitus: Haec dioecesis constat ex 3 partibus sejunctis; media, quae est maxima pars, amplectitur fere integrum comitatum Longford, partem magnam comitatus Leitrim et partes comitatuum Cavan, Westmeath, Roscommon; pars septentrionalis continet parvas partes comitatuum Sligo et Leitrim, pars meridionalis comitatuum Kings-County et Westmeath. Residentia episcopalis: Longford.

Incolae: catholici 128 084 ex incolis ca. 140 000,
Sacerdotes: 99, Ecclesiae et sacella: 72,
Ecclesiae parochiales: 41.

3. *Dioecesis Clogheriensis:*

Clogheria (Cloceria, Clogher), dioecesis erecta a. 454. Residentia episcopalis: Monaghan.

Ambitus: Comitatus Monaghan et Fermanagh fere integer, magna pars comitatus Tyrone partesque comitatuum Donegal et Louth.

Incolae: catholici ca. 137 960 ex 212 674 incolis,
Sacerdotes: 110, Ecclesiae et sacella: 87,
Ecclesiae parochiales: 40.

4. *Dioecesis Derriensis:*

Deria (Derry, Londonderry), dioecesis erecta a. 1158. Residentia episcopalis: Londonderry.

Ambitus: Comitatus Londonderry fere integer, partes comitatuum Donegal et Tyrone, et tractus dictus Aghalee ex comitatu Antrim.

Incolae: catholici 77 000, Sacerdotes: 97,
Ecclesiae et sacella: 65,
Ecclesiae parochiales: 37.

5. et 6. *Dioecesis Dunensis et Connorensis:*

Dunum (Down), dioecesis erecta saec. 6.; Connoria (Connor), dioecesis erecta saec. 5. Residentia episcopalis: Belfast (in comitatu Antrim).

Ambitus: Prior dioecesis comprehendit partes comitatuum Antrim et Down, posterior partes comitatuum Antrim et Londonderry atque insulas Rathlin.

Incolae: catholici 140 000 ex incolis 570 000,
Clerus: sac. saec. 129, sac. reg. 5,
Ecclesiae et sacella: 103,
Ecclesiae parochiales: 52.

7. *Dioecesis Dromorensis:*

Dromorium (Dromore), dioecesis erecta a. 514. Residentia episcopalis: Newry (in comitatu Down).

Ambitus: Partes comitatuum Down et Armagh, porro tractus dictus Ballyscullion ex comitatu Antrim.

Incolae: catholici ca. 36 000,
Clerus: sac. saec. 44, sac. reg. 3,
Ecclesiae et sacella: 41,
Ecclesiae parochiales: 18.

8. *Dioecesis Kilmorensis:*

Kilmora (Kilmore). Residentia episcopalis: Cullies.

Ambitus: Comitatus Cavan fere integer, duae tertiae partes comitatus Leitrim cum exiguis tractibus comitatuum Fermanagh, Meath et Sligo.

Incolae: catholici 131 721 ex incolis 150 466,
Sacerdotes: 103,
Ecclesiae et sacella: 114, Paroeciae: 41.

9. *Dioecesis Midensis:*

Midae (Meath), dioecesis erecta a. 552. Residentia episcopalis: Mullingar (in comitatu Westmeath) alternatim cum Navan (in comitatu Meath).

Ambitus: Comitatus Meath et Westmeath cum partibus comitatuum Kings-County, Longford, Cavan.

Incolae: catholici 160 000 ex incolis 176 000,
Clerus: sac. saec. 150, sac. reg. 23,
Ecclesiae et sacella: 147, Paroeciae: 67.

10. *Dioecesis Rathbotensis:*

Rathbotum (Rapotum, Raphoë). Residentia episcopalis: Letterkenny (in comitatu Donegal).

Ambitus: Comitatus Donegal, excepta baronia Inishowen.

Incolae: catholici 113 115, Sacerdotes: 61,
Ecclesiae et sacella: 44,
Ecclesiae parochiales: 26.

## II. Provincia ecclesiastica Cassiliensis.

Archidioecesis Cassiliensis et Emeliensis praesidet ecclesiis suffraganeis: Cloynensi, Corcagiensi, Kerriensi et Aghadauensi, Fenaborensi, Laonensi, Limericiensi, Rossensi, Waterfordiensi et Lismoriensi. Dioecesis Fenaborensis, quamvis ad provinciam Cassiliensem pertineat, in perpetuam administrationem data est episcopo Galviensi, cuius propria dioecesis Galviensis et Duacensis ad provinciam Tuamensem spectat.

1. et 2. *Archidioecesis Cassiliensis cum adnexa dioecesi Emeliensi:*

Cassilia (Cashel), archidioecesis ab a. 1152; dioecesis Emeliensis erecta est a. 464. Unita est archidioecesi dioecesis Emeliensis (Emelia, Emly) saec. 17. Residentia archiepiscopalis: Thurles (in comitatu Tipperary).
Ambitus: Major pars comitatus Tipperary et pars orientalis comitatus Limerick.
Incolae: 160 000, ex quibus 154 028 catholici,
Clerus: sac. saec. 110, sac. reg. 10,
Ecclesiae et sacella: 91,
Ecclesiae parochiales: 46.

Sedes suffraganeae:

3. *Dioecesis Cloynensis:*

Momona (Cloyne), dioecesis erecta a. 580. Residentia episcopalis: Queenstown.
Ambitus: Magna pars comitatus Cork.
Incolae: 177 000, ex quibus 159 000 catholici,
Sacerdotes: 133,
Ecclesiae et sacella: 122,
Ecclesiae parochiales: 47.

4. *Dioecesis Corcagiensis:*

Corcagia (Cork), dioecesis erecta a. ca. 600.
Ambitus: Civitas Cork cum parte comitatus ejusdem nominis. Ad dioecesim pertinet etiam insula Whiddy.
Incolae: 240 000, ex quibus 200 000 catholici,
Sacerdotes: 114,
Ecclesiae et sacella: 75, Ecclesiae parochiales: 34.

5. et 6. *Dioecesis Kerriensis et Aghadanensis.*

Agadboa (Aghadoe). Residentia episcopalis: Killarney (in comitatu Kerry).
Ambitus: Comitatus Kerry et Cork (ex parte).
Incolae: 230 000, ex quibus 220 000 catholici,
Sacerdotes: 125,
Ecclesiae et sacella: 110, Ecclesiae parochiales: 48.

7. *Dioecesis Fenaborensis:*

Vide „Provincia ecclesiastica Tuamensis".

8. *Dioecesis Laonensis:*

Laonia (Killaloe). Residentia episcopalis: Nenagh.
Ambitus: Partes comitatuum Clare, Tipperary, Kings-County, Galway, Limerick, Queens-County.
Incolae: catholici ca. 180 000,
Clerus: sac. saec. 114, sac. reg. 13,
Ecclesiae et sacella: 143,
Ecclesiae parochiales: 57.

9. *Dioecesis Limericiensis:*

Limericum (Limerick).
Ambitus: Comitatus Limerick (magna ex parte) et exigua portio comitatus Clare.
Incolae: catholici 142 516 ex incolis circiter 170 000,
Clerus: sac. saec. 116, sac. reg. 40,
Ecclesiae et sacella: 99,
Ecclesiae parochiales: 49.

10. *Dioecesis Rossensis:*

Rossia (Ross), dioecesis erecta a. 570. Residentia episcopalis: Skibbereen.
Ambitus: Pars meridionalis comitatus Cork.
Incolae: catholici 37 500 ex incolis 40 000,
Sacerdotes: 25,
Ecclesiae et sacella: 22,
Ecclesiae parochiales: 11.

11. et 12. *Dioecesis Waterfordiensis et Lismoriensis:*

Waterfordium (Waterford), dioecesis erecta a. 1096; Lismorium (Lismore), dioecesis erecta a. 633; unitae ab a. 1363.
Ambitus: Comitatus Waterford et partes comitatuum Tipperary et Cork.
Incolae: catholici 126 216 ex incolis 130 392,
Clerus: sac. saec. 118, sac. reg. 40,
Ecclesiae et sacella: 76,
Ecclesiae parochiales: 40.

## III. Provincia ecclesiastica Dublinensis.

Provincia ecclesiastica Dublinensis componitur ex archidioecesi Dublinensi et dioecesibus suffraganeis: Fernensi, Kildariensi et Leighliniensi, Ossoriensi.

1. *Archidioecesis Dublinensis:*

Eblana (Dublinum, Dublin), dioecesis erecta a. 633; archiepiscopus habet titulum primatis Hiberniae.
Ambitus: Comitatus Dublin et Wicklow (fere ex integro), major pars comitatus Kildare et portiones comitatuum Queens-County, Carlow, Wexford.
Incolae: catholici 389 000 ex incolis 501 000,
Clerus: sac. saec. 242, sac. reg. 218,
Ecclesiae et sacella: 237,
Paroeciae: 65.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Fernensis:*

Ferna (Ferns), dioecesis erecta ca. a. 600. Sedes episcopalis: Wexford.
Ambitus: Comitatus Wexford et Wicklow (ex parte).
Incolae: catholici 115 794 ex incolis 122 854,
Clerus: sac. saec. 118, sac. reg. 18,
Ecclesiae et sacella: 94,
Ecclesiae parochiales: 41.

3. et 4. *Dioecesis Kildariensis et Leighliniensis:*

Cellaquercus (Kildare), dioecesis a saec. 5.; Leighlinium (Leighlin), dioecesis ab a. 632. Residentia episcopalis: Carlow.
Ambitus: Comitatus Carlow fere integer, portionesque comitatuum Kildare, Queens-County, Kings-County, Kilkenny, Wicklow, Wexford.
Incolae: catholici ca. 190 000,
Clerus: sac. saec. 128, sac. reg. 18,
Ecclesiae et sacella: 126, Paroeciae: 49.

5. *Dioecesis Ossoriensis:*

Ossorium (Ossory); sedes episcopalis erecta est in civitate Saigerensi a. 549, medio saec. 11. vero translata est in urbem Aghaboe et dein in urbem Kilkenny. Residentia episcopalis: Kilkenny.
Ambitus: Comitatus Kilkenny partesque comitatuum Queens-County et Kings-County.
Incolae: catholici 94 896 ex incolis 100 358,
Clerus: sac. saec. 122, sac. reg. 11,
Ecclesiae et sacella: 113,
Ecclesiae parochiales: 41.

## IV. Provincia ecclesiastica Tuamensis.

Partes constitutivae provinciae ecclesiasticae Tuamensis sunt praeter archidioecesim dioeceses suffraganeae: Achadensis, Clonfertensis, Elphinensis, Galviensis et Duacensis, Alladensis. Episcopus Galviensis et Duacensis retinet insuper administrationem perpetuam dioeceseos Fenaborensis in provincia ecclesiastica Cassiliensi sitae.

1. *Archidioecesis Tuamensis:*

Tuamum (Tuam), episcopatus ab a. 550, archiepiscopatus ab a. 1150.
Ambitus: Territorium archidioeceseos in complures partes diremtum est, quarum maxima totum fere comitatum Mayo et partes quasdam comitatuum Roscommon et Galway amplectitur, alia pars in comitatu Westmeath invenitur, aliae partes dioecesibus Clonfertensi, Achadensi, Galviensi circumcluduntur; porro ad archidioecesim spectant insulae Aran (Aran-Islands) in sinu Galviensi sitae et insula Achill (Achill-Island).
Incolae: catholici 197 927 ex incolis 201 450,
Clerus: sac. saec. 123, sac. reg. 1,
Ecclesiae et sacella: 124, Ecclesiae parochiales: 53.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Achadensis:*

Achada (Achonry), dioecesis erecta a. 560.
Ambitus: Partes comitatuum Mayo et Sligo, porro exigua pars comitatus Roscommon. Residentia episcopalis: Ballaghadereen (in comitatu Mayo).
Incolae: catholici 103 000 ex incolis 105 000,
Sacerdotes: 48,
Ecclesiae et sacella: 42, Paroeciae: 22.

3. *Dioecesis Clonfertensis:*

Connocia (Clonfert), dioecesis erecta a. 550.
Ambitus: Portiones comitatuum Galway, Roscommon (paroecia Taughmacannel), Kings-County (paroecia Lusmagh). Residentia episcopalis: Loughrea.
Incolae: catholici 42 771 ex incolis 44 390,
Clerus: sac. saec. 36, sac. reg. 8,
Ecclesiae et sacella: 50,
Ecclesiae parochiales: 24.

4. *Dioecesis Elphinensis:*

Elphinum (Elphin), dioecesis erecta saec. 5.
Ambitus: Comitatus Roscommon, fere ex integro, portionesque comitatuum Galway et Sligo. Residentia episcopalis: Sligo.
Incolae: catholici ca. 170 000 ex incolis 180 000,
Clerus: sac. saec. 97, sac. reg. 4,
Ecclesiae et sacella: 86, Paroeciae: 32.

5. et 6. *Dioecesis Galviensis, Duacensis et Fenaborensis:*

Galvidia (Galway), dioecesis erecta d. 26. Apr. 1831; Duacum (Kilmacduagh) et Fenabora (Kilfenora). Episcopus Galviensis et Duacensis retinet administrationem perpetuam dioeceseos Fenaborensis.
Ambitus: Comitatus Galway (ex parte) et regio Shrule, quae est in comitatu Mayo. Dioecesis Fenaborensis continet partem occidentalem comitatus Clare in provincia ecclesiastica Cassiliensi.
Incolae: catholici 86 384,
Clerus: sac. saec. 46, sac. reg. 16,
Ecclesiae et sacella: 68,
Ecclesiae parochiales: 29.

7. *Dioecesis Alladensis:*

Allala (Killala), dioecesis erecta saec. 6. Residentia episcopalis: Ballina (in comitatu Mayo).
Ambitus: Partes comitatuum Mayo et Sligo.
Incolae: catholici 74 000, Sacerdotes: 36,
Ecclesiae et sacella: 39,
Ecclesiae parochiales: 22.

## 8. Conspectus summarius dioecesium in Hibernia existentium. (Fons: Sadlier's Catholic Directory a. 1889.)

| Dioeceses. | Archiepiscopi et episcopi. | Paroeciae. | Parochi. | Administratores, curati et alii [1]. | Sacerdotes regulares. | Sacerdotes universi [2]. | Ecclesiae et sacella. | Domus religiosae sacerdotum. | Domus religiosae virorum. | Domus religiosae feminarum. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Archidioecesis Armacana | 1 | 55 | 50 | 90 | 36 | 176 | 155 | 7 | 3 | 8 |
| Dioecesis Midensis | 1 | 67 | 65 | 92 | 15 | 172 | 144 | 3 | 4 | 12 |
| „ Derriensis | 1 | 37 | 32 | 65 | — | 97 | 74 | — | 3 | 5 |
| „ Clogheriensis | 1 | 40 | 37 | 73 | — | 110 | 87 | — | 2 | 4 |
| „ Rathbotensis | 1 | 28 | 22 | 37 | — | 59 | 44 | — | — | 2 |
| „ Dunensis et Connorensis | 1 | 52 | 52 | 82 | 4 | 138 | 103 | 1 | 2 | 8 |
| „ Kilmorensis | 1 | 41 | 41 | 64 | — | 106 | 90 | — | 1 | 5 |
| „ Ardagadensis | 1 | 41 | 38 | 58 | 3 | 99 | 72 | 1 | — | 10 |
| „ Dromorensis | 1 | 18 | 17 | 27 | 4 | 48 | 41 | 1 | 1 | 4 |
| Provincia ecclesiastica Armacana | 9 | 379 | 354 | 588 | 62 | 1 005 | 800 | 13 | 16 | 58 |
| Archidioecesis Dublinensis | 2 | 58 | 52 | 143 | 36 | 231 | 155 | 21 | 18 | 55 |
| Dioecesis Kildariensis et Leighliniensis | 2 | 48 | 46 | 82 | 18 | 146 | 126 | 3 | 5 | 14 |
| „ Ossoriensis | 1 | 41 | 37 | 82 | 11 | 130 | 96 | 4 | 2 | 12 |
| „ Fernensis | 1 | 41 | 41 | 79 | 18 | 138 | 92 | 4 | 4 | 14 |
| Provincia ecclesiastica Dublinensis | 6 | 188 | 176 | 386 | 83 | 645 | 469 | 32 | 29 | 95 |
| Archidioecesis Cassiliensis et Emeliensis | 1 | 46 | 43 | 59 | 10 | 149 | 84 | 3 | 4 | 11 |
| Dioecesis Corcagiensis | 1 | 34 | 32 | 82 | 32 | 131 | 70 | 7 | 2 | 16 |
| „ Laonensis | 2 | 56 | 54 | 76 | 13 | 143 | 142 | 2 | 3 | 5 |
| „ Kerriensis | 1 | 49 | 49 | 57 | 11 | 117 | 98 | 2 | 5 | 22 |
| „ Limericiensis | 1 | 49 | 47 | 70 | 34 | 151 | 94 | 5 | 6 | 13 |
| „ Waterfordiensis et Lismoriensis | 2 | 40 | 37 | 83 | 38 | 158 | 76 | 6 | 7 | 18 |
| „ Cloynensis | 1 | 47 | 45 | 92 | — | 137 | 103 | 5 | 7 | 15 |
| „ Rossensis | 1 | 11 | 9 | 16 | — | 25 | 22 | — | — | 2 |
| Provincia ecclesiastica Cassiliensis | 10 | 332 | 316 | 535 | 138 | 981 | 689 | 30 | 34 | 102 |
| Archidioecesis Tuamensis | 1 | 53 | 46 | 58 | 1 | 105 | 115 | 1 | 14 | 8 |
| Dioecesis Clonfertensis | 1 | 24 | 20 | 21 | 14 | 49 | 50 | 3 | — | 4 |
| „ Achadensis | 1 | 22 | 20 | 28 | — | 48 | 38 | — | — | 3 |
| „ Elphinensis | 1 | 33 | 34 | 64 | 4 | 102 | 84 | 1 | 2 | 7 |
| „ Galviensis, Duacensis et Fenaborensis | 1 | 29 | 26 | 21 | 16 | 63 | 53 | 4 | 3 | 10 |
| „ Alladensis | 1 | 22 | 18 | 18 | — | 36 | 39 | — | — | 1 |
| Provincia ecclesiastica Tuamensis | 6 | 190 | 164 | 210 | 35 | 404 | 379 | 9 | 19 | 33 |
| Summa totalis | 31 | 1 089 | 1 010 | 1 719 | 318 | 3 333 | 2 336 | 84 | 98 | 288 |

A numeris hujus tabulae descriptivae differunt, qui habentur in directorio catholico Hiberniae: The Irish Catholic Directory, Almanac and Registry, by the Very Rev. Canon Keogh, P. P. — A. D. 1889. Fifty-Fourth Annual Publication. Dublin. — Ex hoc fonte patet, quod in tota Hibernia numerantur archiepiscopi et episcopi: 32 (exclusis 2 episcopis, qui non habent jurisdictionem localem in Hibernia), paroeciae: 1087, parochi: 1013, administratores, curati et alii (inclusis capellanis et professoribus etc. in collegiis et scholis): 1895, clerici regulares: 542, sacerdotes universi: 3374, ecclesiae et sacella: 2382, domus religiosae sacerdotum: 86, virorum: 103, feminarum: 303.

Totalis numerus sacerdotum, inclusis episcopis, sacerdotibus in sacellis privatis, asylis etc. fungentibus, attingit probabiliter secundum eundem fontem numerum 3 450 [2].

## 9. Conspectus summarius

### ecclesiae in Britannia Magna et Hibernia catholicae pro a. 1889.

| | Catholici. | Sacerdotes saecul. | Sacerdotes regul. |
|---|---|---|---|
| Anglia | 1 439 831 | 1 602 | 793 |
| Scotia | 342 000 | 284 | 56 |
| Hibernia | 3 815 539 | 3 015 | 318 |
| Summa | 5 597 370 | 4 901 | 1 167 |

[1] Inclusis capellanis, professoribus etc. in collegiis et scholis.

[2] Summa totalis sacerdotum, inclusis episcopis, sacerdotibus in sacellis privatis, asylis etc. fungentibus, attingit probabiliter secundum Sadlier's Catholic Directory a. 1889 numerum 3500 plus minusve.

## Caput decimum quartum.

# Russia et Polonia.

1. **Superficies et incolae.** Superfic.: 22 224 522 kmq. Incolae: 108 843 192, numerus omnium per totum imperium catholicorum probabiliter ad 9 500 000 pertingit.

2. **Divisio politica.** Ingens territorium imperii Russici politice dividitur in Russiam europaeam, Poloniam, magnum ducatum Finnlandiae, regionem Caucasiam, Asiam centralem, Sibiriam.

| Territoria. | kmq. | Incolae (1885). |
|---|---|---|
| Russia europaea | 4 826 394 | 81 725 185 |
| Polonia | 126 951 | 7 960 304 |
| Magnus ducatus Finnlandiae | 373 604 | 2 232 378 |
| Regio montis Caucasi | 463 155 | 7 284 547 |
| Asia centralis | 3 433 736 | 5 327 098 |
| Sibiria | 12 456 770 | 4 313 680 |
| Lacus Chorasmius (Aral) | 66 998 | — |
| Mare Caspium | 439 418 | — |
| Palus Maeotis (Azow) | 37 496 | — |
| Summa | 22 224 522 | 108 843 192 |

3. Saec. 10. exeunte consignari solet epocha conversionis Polonorum a Baronio aliisque ecclesiasticis scriptoribus, nempe ad a. 965. Sancti Adalberti praedicatione et miraculis paulo ante rex et innumera populi multitudo baptismum susceperat. Ad hanc gentem christianis ritibus imbuendam direxit Joannes XIII. Aegidium Tusculanum episcopum legatum a latere, qui credentem regem ejusque subditos in fide stabilivit, plures ibidem erexit episcopatus atque in iis antistites aliosque ministros instituit, quibus erudiendae plebis sacrisque mysteriis initiandae cura incumberet.

Non est dubium, quin Gnesnensis metropolis prima et antiquior sit ex his, quae in Poloniae regno reperiebantur, cui praeterea primatus honor accessit in omnes ejusdem regni ecclesias.

4. Russi tempore Vladimiri [1], magni ducis Russiae, ad christiana sacra traducti initio conversionis obnoxii fuerunt patriarchae Constantinopolitano, tunc temporis cum ecclesia Romana unito.

Tota Russia divisa fuit in 12 dioeceses seu eparchias, scilicet Kijoviae, Novgorodiae, Rostovii, Tchernigoviae, Jurjieviae, Bielogorodiae, Vladimiriae, Pereaslaviae, Polociae, Chelmae, Turovii, Tmuturakaniae. Saec. 12. plures metropolitae ecclesiae Russicae fidei dubiae erant et saec. 13., quo schisma ibidem praevaluit, omnes aut fidei dubiae aut suspectae. Idem dicendum est de iis, qui regebant ecclesiam Russicam saec. 14., licet aliqui vulgo crederentur catholici. Saec. 15. Russi circa tempus concilii Florentini in duas partes scissi fuerunt, quarum una catholica usque ad a. 1520, altera constanter schismatica. Illius partis metropolis fuit Kijovia, quae habuit suffraganeas ecclesias Branskensem, Smolenscensem (ab. a. 1582), Premisliensem, Turoviensem, Luceoriensem, Vladimiriensem, Polociensem, Chelmensem, Haliciensem; hujus partis Mosqua cum suffraganeis Novgorodiensi, Rostoviensi (ab a. 1390 archiep.), Casanensi (cujus primus archiepiscopus ca. a. 1550), Saraiskensi, Wologdensi, Rezanensi (Rjasan, ab a. 1667 archiep.), Susdalensi (ab a. 1300), Tveriensi (er. 1271), Toboliensi (ab a. 1667 archiep.), Astracanensi (ab a. 1667 archiep.), Pskoviensi (ab a. 1667 archiep.), Archangelopolitana (er. 1667), Smolenscensi (er. 1128), Kolomnensi (er. saec. 14. incunte), Wiatkiensi (Wjatka).

Ab a. 1520 usque ad a. 1594 metropolitae Kijovienses omnes fuerunt schismatici, donec in Brestensi synodo episcopi in regis Poloniae ditionibus degentes statuerint, sese Romano Pontifici subjicere, quod anno sequenti fecerunt; qui deinceps catholici manserunt, usque dum a. 1839 inaudita ignavia se suosque greges e Romanae ecclesiae ovili abreptos, inimico hominum tradiderunt [1]. Tandem ex a. 1875 organismus dioeceseos Chelmensis vexationibus Russorum destructus est, in cujus ambitu gubernia Lublinense, Siedlcense, Lomcense, Suwalkense fuerunt.

[1] Licet Vladimirus, filius Sviatoslai et Malušae, a S. Olga, avia sua, sacris fidei doctrinis fuerit imbutus, idolorum tamen cultum, majorum more, servavit, etiam postquam ex ducatu Novgorodensi ad solium Kijoviense fuerat evectus; tandem, divina gratia tangente cor ejus, christianam religionem profiteri secum statuit. Interea, pace in regno suo condita, bellum indixit Graecis lectoque exercitu Chersonesum Tauricam oppugnavit. Capta urbe repente oculis coepit laborare adeo, ut visum fere amitteret; quem, ut baptisma cum nomine Basilii a. 988 suscepit, illico recuperavit. Quare celebratis nuptiis cum Anna, Caesaris sorore, in patriam laetus rediit et exultans Kijoviam redux universa idola contrivit; zelumque apostolorum aemulatus in convertenda gente sua ad fidem Christi totus fuit. Baptizato populo Kijoviensi, edixit Vladimirus, ut Christo Domino ejusque sanctis templa ubique erigerentur; et edictum exemplo roboravit. Pluribus enim in locis ipsemet ecclesias excitavit; quarum alteram S. Basilio, patrono suo, dicavit, alteram B. M. V. sacram fecit, decima parte omnium redituum eidem addicta, unde Decimanae cognomen. Tandem cum multos annos tanto sanctius regnum administrasset, quo ante baptisma susceptum vixerat dissolutius, terrenam coronam cum aeterna commutavit anno salutis 1015, die 15. Julii, jam Jaroslai I. tempore publice coli coeptus. Corpus ejus, quod Novgorodiae asservatur, millenario imperii Russici recurrente, ex antiqua tumba in novam, e fuso argento conflatam, maxima pompa populique concursu translatum est a. 1862.

[1] Cf. Allocutio habita in consistorio secreto X. Kal. Dec. 1839.

### 5. Status cleri saecularis ecclesiae catholicae utriusque ritus in Russia a. 1804[1].

(Tabula exhibens dioeceses in imperio Russico existentes, numerum templorum, ecclesiasticorum ac parochianorum.)

| Dioeceses. | Ecclesiae tam saec. quam reg. | | | Personae ecclesiasticae. | | | Subditi ecclesiasticarum fundationum. | | | Parochiani capaces sacramentorum exceptis iis, qui nondum sacramenta suscipiunt. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | Saeculares. | Ecclesiae religiosae: religiosorum. | Ecclesiae religiosae: monialium. | Clerus saecularis. | In monasteriis: numerus religiosorum. | In monasteriis: monialium. | Penes clerum saecularem subditi mares. | Penes monasteria: subditi mares. | Penes monasteria: inservientes ecclesiis. | |
| In archiepiscopatu Mohiloviensi . . . . . . . . . . | 186 | 70 | 8 | 204 | 621 | 44 | 6 986 | 24 892 | — | 225 936 |
| „ episcopatu Vilnensi . . . . . . . . . . . . . . | 269 | 101 | 18 | 626 | 1 229 | 364 | 24 318 | 18 438 | — | 736 027 |
| „ „ Samogitiensi . . . . . . . . . . . . | 171 | 17 | 2 | 388 | 198 | 36 | 9 702 | 906 | — | 275 348 |
| „ „ Luccoriensi . . . . . . . . . . . . | 83 | 60 | 3 | 214 | 550 | 51 | 5 562 | 4 865 | — | 132 800 |
| „ „ Camenecensi . . . . . . . . . . . . | 74 | 27 | 1 | 142 | 195 | 16 | 2 766 | 2 184 | — | 153 105 |
| „ „ Minsciensi . . . . . . . . . . . . . | 94 | 44 | 5 | 143 | 353 | 108 | 6 705 | 9 724 | — | 112 274 |
| Summa latino-catholicorum | 877 | 319 | 37 | 1 717 | 3 146 | 619 | 56 039 | 61 009 | — | 1 635 490 |
| In archiepiscopatu Polocensi . . . . . . . . . . . | 445 | 19 | 3 | 605 | 124 | 31 | 1 893 | 5 977 | 1 611 | 568 787 |
| „ episcopatu Luceoriensi graeco-unito . . . . . . . | 141 | 28 | 3 | 146 | 286 | 20 | 168 | 6 099 | 473 | 81 108 |
| „ „ Brestensi „ „ . . . . . . . | 802 | 36 | 5 | 930 | 358 | 36 | 1 040 | 5 816 | 2 008 | 748 583 |
| Summa graeco-unitorum | 1 388 | 83 | 11 | 1 681 | 768 | 87 | 3 101 | 17 892 | 4 092 | 1 398 478 |
| Summa latini et graeci ritus | 2 265 | 402 | 48 | 3 398 | 3 914 | 706 | 59 140 | 78 901 | 4 092 | 3 033 968 |

### 6. Status hierarchiae graeco-unitae in Russia a. 1825.

(Juxta authenticam relationem, quae die 6. Sept. ejusdem anni redacta in curia metropolitana unitorum monasterii Orszanensis in Alba Russia deprehenditur[2].)

| Dioeceses. | Ecclesiae parochiales. | Monasteria S. Basilii Magni | | Personae ecclesiasticae | | | Parochiani utriusque sexus adulti et capaces sacramentorum. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | religiosorum. | monialium. | saeculares. | monach. | moniales. | |
| Metrop. Vilnens. | 304 | 7 | 2 | 350 | 127 | 27 | 284 292 |
| Polocensis . . . | 463 | 18 | 2 | 500 | 114 | 29 | 489 075 |
| Luceoriensis . . | 160 | 22 | 3 | 460 | 266 | 14 | 111 598 |
| Brestensis . . . | 549 | 21 | 3 | 675 | 159 | 17 | 542 614 |
| Summa | 1 476 | 68 | 10 | 1 985 | 666 | 87 | 1 427 579 |

7. **Divisio ecclesiastica hodierna:** Duae in tota Russia sunt provinciae ecclesiasticae: Mohiloviensis et Varsoviensis, quarum ista tam late patet ac Polonia, illa ac reliqua Russia. — Praeterea existit in Russia dioecesis Armenorum Artvinensis, de qua conf. patriarchatum Ciliciae Armenorum.

## A. Russia.

### I. Provincia ecclesiastica Mohiloviensis.

Metropoli Mohiloviensi subjectae sunt litteris apostol. „Univers. Eccles.“ d. V. Nonas Jul. 1848 suffraganeae ecclesiae: Camenecensis, Luceorio-Zytomiriensis, Minsciensis, Samogitiensis seu Telsensis, Tiraspolensis, Vilnensis.

1. *Archidioecesis Mohiloviensis:*

Mohilovia (Mohilów), dioecesis metropolitana pro episcopatibus ritus latini in Russia erecta a. 1783. Sedes archiepiscopalis: Petropolis.

Ambitus: Gubernia civilia Mohiloviense, Vitebscense (Witebsk), magn. duc. Finnlandiae et reliqua pars totius imperii Russiae, quae non ad aliam dioecesim pertinet.

Incolae: catholici 650 637,

Sacerdotes: 317, Paroeciae: 210.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Camenecensis:*

Camenecium (Kamenec Podolsk), episcopatus a saec. 14. Administrator hujus dioecesis est episcopus Luceorio-Zytomiriensis a d. 3. Jun. 1866.

Ambitus: Gubernium Podoliae — 42 017,$_{6}$ kmq.

Incolae: catholici (1888) 238 173,

Sacerdotes: ?

Paroeciae: 103, Ecclesiae: ?

3. *Dioecesis Luceoriensis et Zytomiriensis seu Luceorio-Zytomiriensis:*

Luceorium (Luck), episcopatus a saec. 13., cui d. 8. Aug. 1798 sedes Zytomiriensis (Żytomierz) aeque principaliter adjuncta est.

Ambitus: Gubernia Kijoviense (Kijów) et Voliniae — 122 849,$_{1}$ kmq.

Incolae: catholici (1888) 317 049 (quorum 86 291 in gubernio Kijoviensi degunt),

Sacerdotes: 331,

Paroeciae: 90 in dioecesi Luceoriensi et 70 in dioecesi Zytomiriensi.

4. *Dioecesis Minsciensis:*

Minscum (Minskia, Minsk), episcopatus a d. 9. Aug. 1798; a gubernio Russico suppressus est.

[1] Anton Theiner. Die neuesten Zustände der katholischen Kirche beider Ritus in Polen und Russland seit Katharina II. bis auf unsere Tage. Augsburg 1841. p. 369.

[2] Ibidem p. 371. In ecclesia graeco-unita in Russia numerabantur a. 1834 ecclesiae parochiales: 1339, sacerdotes saeculares: 2006, Basiliani: 342, moniales S. Basilii: 74, monasteria: 42, parochiani utriusque sexus adulti et capaces sacramentorum: 1 501 278.

Ambitus: Gubernium Minsciense — 91 405,$_7$ kmq.
Incolae: catholici ? Clerus: ? Paroeciae: ?

5. *Dioecesis Samogitiensis seu Telsensis:*

Samogitia, episcopatus a saec. 15. ineunte; dioecesis adjuncta erat usque ad a. 1798 metropoli Gnesnensi. Sedes episcopalis: Telszi (in gubernio Covnensi).

Ambitus: Gubernia Covnense (Kowno) et Curoniae seu Curlandiae — 67 925,$_6$ kmq.

Incolae: catholici (1888) 1 137 133,
Sacerdotes: 526, Paroeciae: 216.

6. *Dioecesis Tiraspolensis seu Chersonensis:*

Tiraspolis (Tiraspol), episcopatus a d. 3. Jul. 1848. Sedes episcopalis: Saratovia.

Ambitus: Gubernia Chersonis, Jekaterinoslaviae, Chersonesi Tauricae (Crimaeae), Saratoviae, Stawropolis, Bessarabiae, montis Caucasi et Transcaucasi — 805 344,$_2$ kmq.

Incolae: catholici (1882) 222 652 rit. lat. et 23 504 rit. arm.[1],
Sacerdotes: 140, Paroeciae: 114.

7. *Dioecesis Vilnensis:*

Vilna (Wilna), episcopatus a saec. 14.

Ambitus: Gubernia Vilnense et Grodnense — 81 197,$_2$ kmq.

Incolae: catholici (1888) ca. 1 157 806,
Sacerdotes: 480, Paroeciae: 289.

Fontes:

Historia hierarchiae russicae, auctore Ambrosio, hieromonacho et seminarii Novgorodensis praefecto. Mosquae a. 1807—1815.

Historia ecclesiae Russicae, auctore Macario, episcopo Vinnitsae. 3 voll. Petropol. a. 1857. Incipit a tempore Vladimiri I. et desinit in a. 1240.

Historia ecclesiae Russicae. Petropoli 1838. Desinit in annum 1723, i. e. in tempus quo synodus Petropolitana, ex nutu Petri Magni, patriarchae Mosquensis jura haereditavit, patriarcharum oecumenicorum quasi soror.

Historia ecclesiae Russicae, auctore Philareto, archiepiscopo Charkoviensi. 3 voll. Mosquae 1857 et 1859.

De monasteriis et ecclesiis Russicis. Auctore Alexandro Ratšin. Mosquae 1852.

Annus ecclesiasticus graeco-slavicus editus anno millenario Sanctorum Cyrilli et Methodii, slavicae gentis apostolorum. Scripsit Joannes Martinov, Casanensis, presbyter societatis Jesu. Bruxellis 1863.

Directorium horarum canonicarum et sacrarum missarum ad usum dioeceseos Tiraspolensis. Pro anno Domini 1888.

Directorium horarum canonicarum et missarum pro clero romano-catholico dioecesis Vilnensis in annum Domini bissextilem 1888.

Ordo divini officii et missarum pro archidioecesi Mohiloviensi in annum Domini 1888 bissextilem.

Calendarium liturgicum dioecesium Luceoriensis et Zytomiriensis necnon ecclesiarum per Podoliam. Anno Domini bissextili 1888.

Directorium horarum canonicarum et missarum pro dioecesi Telsensi in annum Domini bissextilem 1888.

[1] De Armenis cath. dioeceseos Artvinensis cf. Patriarch. Ciliciae.

## B. Polonia.

Anno 1887 graeci catholici, protestantes, judaei sequenti modo per singula gubernia distributi erant secundum: Deutsche Rundschau für Geographie und Statistik.

| Gubernia. | Incolae 1887. | Graeci catholici 1887. | Protestantes. 1887. | Judaei 1887. |
|---|---|---|---|---|
| Lublinense . . . . . | 979 700 | 193 051 | 26 015 | 140 073 |
| Piotrkoviense . . . | 968 435 | 1 690 | 119 802 | 117 311 |
| Varsoviense . . . . | 960 200 | 3 406 | 77 940 | 111 425 |
| Calissiense . . . . . | 837 317 | 1 490 | 84 457 | 75 189 |
| Radomense . . . . | 711 613 | 1 240 | 12 281 | 100 327 |
| Kielcense . . . . . | 692 328 | 803 | 2 309 | 85 825 |
| Siedlcense . . . . . | 671 846 | 146 485 | 13 571 | 109 697 |
| Suwalkense . . . . | 638 440 | 21 725 | 41 182 | 107 657 |
| Ploscense . . . . . | 604 964 | 2 117 | 37 469 | 68 942 |
| Lomcense . . . . . | 594 723 | 1 764 | 8 243 | 94 868 |
| Urbis Varsoviae . . . | 444 814 | 14 452 | 16 403 | 149 183 |
| Summa totalis | 8 104 380 | 388 223 | 439 677 | 1 160 497 |

Secundum fontem praelaudatum degebant a. 1887 incolae: 8104380, quorum catholici: 6113000, graeci catholici: 388223, protestantes: 439677, alii christiani: 1903, mahumetani: 580.

### II. Provincia ecclesiastica Varsoviensis.

Territorium provinciae ecclesiasticae Varsoviensis tam late patet ac regnum Poloniae, ecclesiastice divisum est in archidioecesim Varsoviensem et dioeceses suffraganeas: Kielcensem, Lublinensem, Ploscensem, Podlachiensem seu Janoviensem, Sandomiriensem, Sejnensem sive Augustoviensem, Vladislaviensem seu Cujavo-Calissiensem.

1. *Archidioecesis Varsoviensis:*

Varsovia (Warszawa), Poloniae centrum, episcopatus a die 15. Dec. 1798, archiepiscopatus a d. 12. Mart. 1817 et 30. Jun. 1818.

Ambitus: Gubernium Varsoviense — 14 562,$_2$ kmq.

Incolae: catholici (1888) 1 094 118 (ex quibus 231 828 in civitate Varsoviae), alii: ?
Clerus: sac. saec. 410, sac. reg. 73,
Paroeciae: 282, Ecclesiae: 330.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Kielcensis:*

Kielcum (Kielce), episcopatus a. 1807, post mortem primi episcopi sublatus (1818) restitutus est 1882.

Ambitus: Gubernia Kielcense et Piotrkoviense (ex parte); superficies gubernii Kielcensis — 10 092,$_6$ kmq.

Incolae: catholici (1888) 644 056, alii: ?
Clerus: sac. saec. 315, sac. reg. 25,
Paroeciae: 229, filiales: 17,
Ecclesiae: 256, Sacella: 118.

3. *Dioecesis Lublinensis:*

Lublinum (Lublin), episcopatus a saec. 19. ineunte, cujus regimen nunc geritur ab administratore.

Ambitus: Gubernium Lublinense — 16 831,$_7$ kmq.
Incolae: catholici (1888) 620 856, alii: ?
Clerus: sac. saec. 196, sac. reg. 22,
Paroeciae: 128, filiales: 15,
Ecclesiae: 143, Sacella: 100.

4. *Dioecesis Ploscensis:*

Ploscum (Plock), episcopatus ante saec. 11., regitur ab administratore.

Ambitus: Gubernia Ploscense et Lomcense (Lomża) (ex parte); superficies gubernii Ploscensis — 10 877,$_7$ kmq.
Incolae: catholici (1888) 690 117, alii: ?
Clerus: sac. saec. 303, sac. reg. 25,
Paroeciae: 235, filiales: 32,
Ecclesiae: 269, Sacella: 65 (publica).

5. *Dioecesis Podlachiensis seu Janoviensis:*

Podlachia, episcopatus ab a. 1818; cujus administratio d. 22. Maji 1866 unita est cum ea dioeceseos Lublinensis.

Ambitus: Gubernium Siedlcense 14 334,$_4$ kmq.
Incolae: catholici (1888) 421 456, alii: ?
Clerus: sac. saec. 138, sac. reg. 12,
Paroeciae: 103, filiales: 3, Ecclesiae 106.

6. *Dioecesis Sandomiriensis:*

Sandomirium (Sandomiria, Sandomierz) in scopulo eminenti ad Vistulam situm, dioecesis erecta a. 1818.

Ambitus: Gubernium Radomense — 12 350 kmq.
Incolae: catholici (1888) ca. 600 000, alii: ?
Clerus: sac. saec. ? reg. ?

7. *Dioecesis Sejnensis sive Augustoviensis:*

Sejna (Sejny); Augustovia (Augustów). Pius Papa VI. d. 25. Mart. a. 1798 erexit dioecesim Vigrensem, cathedra sedeque episcopali assignatis in eremo PP. Camaldulensium dicto Wigry; Pius Papa VII. vero bulla „Ex imposita Nobis" d. d. 30. Jun. a. 1818 denuo designatis finibus nuncupavit dioecesim de Sejna sive Augustovien. cathedra sedeque episcopali fixis in civitate Sejny.

Ambitus: Gubernia Lomcense (ex parte) et Suwalkense — 24 637,$_8$ kmq (utriusque gubernii).
Incolae: catholici (1888) 655 400, alii: ?
Clerus: sac. saec. 300, reg. 21,
Paroeciae: 119, filiales 13,
Ecclesiae: 139, Sacella publica: 101.

8. *Dioecesis Vladislaviensis seu Cujavo-Calissiensis:*

Vladislavia (Włocławek) in Cujavia, dioecesis erecta saec. 10. (a. 966), Calissum (Kalisz) urbs ad Przosnam fl. inter paludes jacens, episcopatus ab a. 1818.

Ambitus: Gubernia Calissiense et Piotrkoviense (ex parte) — 23 622,$_5$ kmq (utriusque gubernii).
Incolae: catholici (1888) 1 011 272, alii: ?
Clerus: sac. saec. 389, reg. ?
Paroeciae: 338, filiales: 34,
Ecclesiae: 405, Sacella: 158.

Nota ad dioecesim Kielcensem. Post mortem primi episcopi dioeceseos Kielcensis, Adalberti de Boża Wola Górski, ecclesia cathedralis et dioecesis Kielcensis per Sedem Apostolicam suppressa et pars hujusce dioecesis dioecesi Cracoviensi adjuncta est. Decreto vero p. m. Stephani Hołowczyc, archiepiscopi Varsoviensis et primatis regni Poloniae, in sequelam commissionis Pii Papae VII. d. 7. Jun. 1822 a. Varsoviae dato ecclesiae Kielcensi sub titulo Assum. B. V. Mariae antea cathedrali antiquus titulus „Insignis Collegiatae" restitutus est. Demum praedicta ecclesia vigore litterarum apostolicarum Papae Leonis XIII. Romae quinto Kal. Jan. 1882 a. datarum extincto priori titulo Collegiatae ad dignitatem cathedralis dioeceseos Kielcensis evecta est.

## Conspectus summ. dioecesium in imperio Russico exist.

(Fontes: Schematismi. Calendaria, Directoria etc. dioecesium.)

| Dioeceses. | Catholici. | Sacerdotes. | |
|---|---|---|---|
| Archidioecesis Mohiloviensis . . . . | 650 637 | 317 | |
| Dioecesis Camenecensis . . . . . . | 238 173 | — | |
| „ Luceoriensis et Zytomiriensis | 317 049 | 331 | |
| „ Minsciensis . . . . . . . | ? | ? | |
| „ Samogitiensis . . . . . . | 1 137 133 | 526[1] | |
| „ Tiraspolens. seu Chersonensis | 246 156 | 140 | |
| „ Vilnensis . . . . . . . . | 1 157 800 | 480 | |
| Prov. eccles. Mohiloviensis | 3 746 948 | 1 791 | |
| | | Sac. saecul. | Sac. regul. |
| Archidioecesis Varsoviensis . . . . | 1 094 118 | 410 | 73 |
| Dioecesis Kielcensis . . . . . . . . | 644 056 | 315 | 25 |
| „ Lublinensis . . . . . . | 620 856 | 196 | 22 |
| „ Ploscensis . . . . . . . | 690 117 | 303 | 25 |
| „ Podlachiensis seu Janoviensis | 421 456 | 138 | 12 |
| „ Sandomiriensis . . . . . | 600 000 | ? | ? |
| „ Sejnensis sive Augustoviensis | 655 400 | 300 | 21 |
| „ Vladislaviensis seu Cujavo-Calissiensis . . . . . | 1 011 272 | 389 | ? |
| Prov. eccles. Varsoviensis | 5 737 275 | 2 051 | 178 |
| Dioecesis Chelmensis et Beltiensis . . | ? | ? | ? |
| Summa totalis | 9 484 223 | 4023 sacerd. | |

### Fontes:

Elenchus cleri saecularis et regularis archidioecesis Varsoviensis pro anno Domini 1888.

Elenchus omnium ecclesiarum et universi cleri tam saecularis quam regularis dioecesis Kielcensis pro anno Domini 1888.

Catalogus ecclesiarum et utriusque cleri tam saecularis quam regularis dioecesis Vladislaviensis seu Calissiensis pro anno Domini 1888.

Catalogus ecclesiarum et utriusque cleri tam saecularis quam regularis dioecesis Ploscensis pro anno Domini 1888.

Catalogus ecclesiarum et utriusque cleri tam saecularis quam regularis dioecesis Lublinensis pro anno Domini 1888.

Elenchus cleri saecularis ac regularis dioecesis Sejnensis seu Augustoviensis pro anno Domini 1888.

L'église catholique en Pologne sous le gouvernement Russe par Le R. P. Louis Lescoeur, Prêtre de l'oratoire de l'Immaculée Conception. Paris. A. Franck, Rue Richelieu 67. 1860.

[1] Inclusis dioeceseos Camenecensis sacerdotibus.

# Caput decimum quintum.

## Paeninsula Haemimontana. Graecia.

„Ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia et Achaja: a vobis enim diffamatus est sermo Domini, non solum in Macedonia et Achaja, sed et in omni loco fides vestra, quae est ad Deum, profecta est."
1 Thess. c. 1.

1. Omnes Illyrici provinciae, quae tempore Constantini fuerunt, septemdecim enumerantur a Sexto Rufo in Breviario; scilicet Noricorum duae, Pannoniarum duae, Valeria, Savia, Dalmatia, Moesia, Daciarum duae, Macedonia, Thessalia, Achaja, Epiros duae, Praevalis et Creta.

Quum imperium Romanum omne in duas distributum est partes, orientalem et occidentalem, facta est quoque bipartita divisio Illyrici, quod partim cum imperio orientis, partim cum imperio occidentis conjunctum est. Huic sex adnexae, quae a vicario Illyrici occidentalis regebantur, illi undecim sub praefecto praetorio Illyrici.

Divisionem Illyrici orientalis notitia imperii Romani habet: „Sub dispositione virorum illustrium praefectorum praetorio per Illyricum dioeceses infrascriptae: Macedonia, Dacia.

Provinciae Macedoniae 6: Achaja, Macedonia, Creta, Thessalia, Epirus vetus, Epirus nova et pars Macedoniae salutaris.

Provinciae Daciae: Dacia mediterranea, Dacia ripensis, Moesia prima, Dardania, Praevalitana et pars Macedoniae salutaris."

Duos sub se vicarios hic praefectus habebat, quorum unus provinciis Macedoniae praeerat, alter aliis Daciae[1].

Moesia secunda et Scythia, ut ex eadem notitia patet, vicario Thraciae subjiciebantur; verba notitiae sunt: „Sub dispositione viri spectabilis vicarii dioeceseos Thraciarum provinciae infrascriptae: Europa, Thracia, Haemimontis, Rhodope, Moesia secunda, Scythia."

Haec fuit omnis regio a Macedonia et Strymone fluvio ad Danubium usque.

2. Compertum est certisque testatum historiae monumentis, Illyrici provincias evangelica luce ab initio fuisse illustratas Apostoli gentium ministerio, qui ad Romanos scribens ac memorans ea, quae per ipsum Christus operabatur „verbo et factis in virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus Sancti", ajebat, se „ab Hierusalem per circuitum usque ad Illyricum replevisse evangelium Christi" (Rom. 15, 19). Quum itaque Doctor gentium divini verbi semen iis regionibus diffudisset, quas postea discipuli ejus et apostolorum Principis, Lucas, Clemens ac Titus sedulo excoluerunt, mirum dictu est, quantopere res christiana profecerit quantaque habuerit incrementa, ecclesiastica hierarchia constituta, in qua episcopales sedes Thessalonicensis, Salonitana ac Syrmiensis principatum obtinebant, quae merito a duobus Principibus apostolorum primos pástores suos accepisse gloriantur. Neque regionibus illis defuit martyrum decus aut doctorum illustrium, in quibus memorare praestat clarissimum illud occidentalis ecclesiae lumen ac eximium divinarum litterarum interpretem, Hieronymum, qui apud veteres fines Pannoniorum et Dalmatarum primam lucem hausit.

Romani autem Pontifices nullam suarum curarum partem Illyrici provinciis unquam deesse passi sunt; imo in finibus iis, quae orientem magis spectant, quosdam constituerunt sacrorum antistites, qui vicaria Apostolicae Sedis potestate praeessent, adhibitis nempe Thessalonicensis ecclesiae episcopis, qui hoc ministerio fungerentur. Ita provinciae illae Romanorum Pontificum non intermissis curis prospere floruerunt, quod Nicolaus I. Pontifex Maximus datis ad Michaelem imperatorem litteris declarabat his verbis: „Illyricana dioecesis antecessorum Nostrorum temporibus, scilicet Damasi, Siricii, Innocentii, Bonifacii, Coelestini, Sixti, Leonis, Hilarii, Simplicii, Felicis atque Hormisdae sanctorum Pontificum sacris dispositionibus augebatur."

At vero fatiscentibus Romani imperii viribus quum ii, qui suprema potestate pollebant, impares essent cohibendis gentium exterarum copiis irrumpentibus undique et omnia late populantibus, etiam regiones illae florentissimae a Gothis et ab Hunnis primo, mox ab Avaris et a Slavonis occupatae sunt. Quare in ea tristi vice caedium et vastationum non modo plures ex urbibus vetustate et amplitudine insignibus excisae sunt, sed etiam plures e nobilioribus sedibus episcopalibus omnino defecerunt. Sed neque vis animi, neque studium defecit Romanorum Pontificum, qui curis collatis ad sarcienda damna, ad ruinas fulciendas omnem operam dedere partim solandis miseris et jacentibus erigendis, partim instituendis ad christianae vitae mores rudibus illis convenis, ut ex eis tanquam vivos lapides honori spiritualis domus et nobiles christianae humanitatis alumnos bono civilis societatis conflarent. Et sane saeculo septimo, quum Serbii et Croatae e Carpathiis montibus profecti in regionibus

[1] Praeter quinque provincias dioecesis Daciae ad meridionale Danubii latus alia ad septentrionale extra Romani imperii limites fuit, vocitata Dacia antiqua et Gothia ab eo tempore, quo Gothi in ea consederunt. Gothia tunc fuit, quae nunc Valachia aut Transsilvania dicitur.

Slavoniae, Croatiae, Serbiae, Dalmatiae et Istriae sedes suas figerent, Joannes IV. Pontifex Maximus dum ecclesiae Romanae fundebat opes in levamen eorum, quos misera servitus premebat, ac sanctorum martyrum reliquiis tutam quietis sedem parari curabat, sui etiam muneris duxerit novorum convenarum saluti consulere, misso ad eos Martino abbate, viro sanctissimo, qui ipsos ex errorum tenebris ad evangelicae veritatis lucem adduceret.

Haec Romanorum Pontificum sollicitudo insigniter etiam eluxit in sequentibus saeculis, quibus studio Nicolai I., Hadriani II. et Joannis VIII., adjutoribus sanctissimis viris Cyrillo et Methodio, germanis fratribus, slavicae gentes, quae ab austro ad boream pertinent, plenius hauserunt evangelicae doctrinae lumen ac per eam ad humanum civilemque cultum deductae sanctae religionis et justitiae formam induerunt.

Quum igitur slavonicae gentes mirum in modum ad catholicam veritatem conversae in communionem fidei et caritatis cum Apostolica Sede venissent, arctam cum ea conjunctionem, filialis studii nexibus devinctae, diu retinuerunt et ex illa, unde unitas sacerdotalis, unde salutis doctrina manat in totum orbem, tanquam e vivo fonte roris coelestis hauserunt ubertatem. Regnis imo ac principatibus slavici nominis constitutis, positum in more fuit slavicorum regum et principum, ut in fidem et tutelam sese reciperent beatissimi Petri, quem colebant in ipsius successoribus, utpote haeredibus potestatis ejus, quam ipse a Pastore aeterno in gregem christianum universum acceperat. Sed enim, postquam nonnullae ex iis gentibus, rebellis sequutae Photii vestigia, e materno complexu recesserunt catholicae ecclesiae frustra retinere abeuntes et devios revocare conantis, quasi palmites e vite abscissi exaruerunt, et e florenti statu in eas aerumnas miserosque casus prolapsae sunt, quos suis monumentis historia posteritati tradidit. Quare potiori jure licet eas gentes compellare et alloqui iis verbis, quibus Joannes VIII., quasi rerum futurarum praescius, eas ad unitatem catholicam revocare contendebat. Ajebat enim: „Reminisci debetis, quanta eosdem praedecessores vestros prospera evidentissime comitabantur, quando ad limina Petri apostoli, coelestis regni clavigeri, devoto pectore quasi proprii filii confluebant, et quanta postmodum nunc usque sustinetis adversa, quum ab ea Sede B. Petri vos quasi alienos separare non dubitastis.“ [1]

3. Notitia antiqua episcopatuum:

*Macedonia:*

Provincia Macedoniae. Carolus a Sancto Paulo septemdecim dioeceses recenset, quae sequuntur: Thessalonica, Philippi, Stobi, Berrhoea, Dium, Particopolis, Doberus, Cassandria, Neapolis, Heraclea Pelagoniae, Torone, Lete, Topiris, Serre, Heraclea Strymonis, Thassus insula, Hephaestia in Lemno insula. Quibus Holstenius adjungit Primulam et Zaparam, Topirim autem rejicit, utpote ad Rhodopen provinciam dioecesis Threiciae spectantem, et de Serre observat, quod sit aliud modo Philipporum nomen.

Provincia Thessaliae. Secundum Carolum a Sancto Paulo octo fuerunt in hac provincia dioeceses: Larissa, Demetrias, Echinus, Cypera, Metropolis, Lamia, Triccae, Thebae Phthioticae. Quibus Holstenio auctore tres aliae accedunt Dicaesarea, Gomphi et Scarphia, quarum ultimam Carolus a Sancto Paulo cum Echino confundit.

Provincia Epiri veteris. Secundum Carolum a Sancto Paulo decem dioeceses inveniuntur: Nicopolis, Anciasmus, Phoenica, Dodonea, Corcyra insula, Adrianopolis, Buthrotum, Euria, Photica, Cephalenia insula.

Provincia Epiri novae. In hac provincia tantum octo enumerat, videlicet: Dyrrhachium, Scampes, Apollonia, Aulon, Amantia, Lychnidus, Bullidum, Prina vel Prisna. Quibus Listram sive Helistrâm addit Holstenius, addubitans, num ne potius ad Lycaoniam spectet.

Provincia Achajae. In hac, Carolo a Sancto Paulo recensente, 26 dioeceses reperiuntur, quarum quatuor in Euboea insula fuerunt: Corinthus, Athenae, Patrae, Argos, Megalopolis, Lacedaemon, Corone, Helice, Tegea, Messene, Naupactus, Oreum, Porthmus, Carystus, Marathon, Megara, Thebae, Plataeae, Opus, Thespiae, Tanagra, Elatia, Chalcis ad Euripum, Carsia, Strategis, Secorus. Holstenius addit Coronem sive Coroniam in Boeotia praeter illam Coronem, quae in Peloponneso fuit.

Provincia Cretae. In insula Creta a Carolo a Sancto Paulo undecim nominantur dioeceses: Gortyna, Gnossus, Hierapetra, Lappa, Subrita, Eleuthera, Cherronesus, Cydonia, Cysamus, Siteum, Cantanum.

*Dacia:*

Provincia Praevalitana. Carolus a Sancto Paulo duas dumtaxat dioeceses in illa nominat, Scodram et Achidram, quae olim dicta fuit Praevalis; postea autem Justinianus suo ipsius eam honorans nomine Justinianam primam appellavit eique in dignitatem patriarchalem evectae omnes quinque provincias dioecesis Dacicae et utramque Pannoniam Illyrici occidentalis limites jurisdictionis suae adsignavit. Praeter hosce duos episcopatus Holstenius duos alios invenit, Rhizinium et Lissum, hodie Alessio ad mare Adriaticum.

Provinciae Moesiae primae et Daciae utriusque. Carolus a Sancto Paulo invenit in his provinciis dioeceses: Sardicam, Remessianam, Aquas, Castrum Martis; sed Holstenius paullo accuratior est et Moesiae primae Castrum Martis ad Margi amnis et Danubii confluentem situm adsignat, Daciae mediterraneae Sardicam, Romatianam et Naissum attribuit, in Dacia ripensi Aquas ponit et Iscum seu Iscopolim.

[1] Litterae apostolicae, quibus hierarchia episcopalis in Bosnia et Hercegovina instituitur.

Provincia Dardaniae. In hac provincia a Carolo a Sancto Paulo quatuor dioeceses observatae sunt: Scupi, Ulpianum alias Justiniana secunda, Diocletiana, Nessyna alias Nessus. Holstenius aliam addit Pantaliam.

*Thracia:*

Provincia Europae. In hac provincia a Carolo a Sancto Paulo 13 dioeceses numerantur: Heraclea, Panium, Coelos, Callipolis, Cyla, Aphrodisias, Theodosiopolis, Chersonesus, Drusipara, Lysimachia, Bizya, Selymbria, Arcadiopolis; re ipsa tamen non nisi novem fuerint. Nam Coelos et Cyla, ut Holstenius adnotavit, duo nomina ejusdem civitatis fuerunt, et Callipolis in eadem dioecesi ei fuit conjuncta, perinde ut Panium ad Heracleam et Arcadiopolis ad Bizyam spectavit.

Provincia Thraciae. In hac provincia quatuor tantum dioeceses fuerunt: Philippopolis, Diocletianopolis, Nicopolis, Diospolis.

Provincia Haemimontis. In provincia Haemimontis sex fuerunt dioeceses: Hadrianopolis, Mesembria, Sozopolis, Plotinopolis, Develtus, Anchialus.

Provincia Rhodopes. In hac provincia Carolus a Sancto Paulo sex invenit dioeceses: Trajanopolim, Maximianopolim, Abderam, Maroniam, Aenum, Cypselam. Quibus Holstenius adjicit Topirim, quam alii per errorem in Macedonia ponunt.

Provincia Moesiae secundae. In Moesia secunda a Carolo a Sancto Paulo novem dioeceses recensentur: Martianopolis, Nicopolis, Novae, Abritum, Durostorum, Dionysiopolis, Odessus, Apiaria, Comaea. Quibus Holstenius aliam addit Tristam vel Pristam.

Provincia Scythiae. Unus totius hujus regionis episcopus fuit, videlicet episcopus Tomitarum.

## Paeninsula Haemimontana.

### A. Bosnia et Hercegovina.

1. Iisdem fere temporibus apostolicis, quibus Dalmatia et Pannonia, Bosnia quoque intermedia christianam fidem suscepit. Easdem prioribus ecclesiae saeculis, quas finitimae christianae provinciae, etiam religio Bosniensium vexationes, vicissitudines, calamitates sive ab hostibus christiani nominis, sive ab haereticis perpessa fuit. Cum Bosnienses sub dominatu supremo imperatorum orientis regibus Serbiae suberant, post Graecorum ab ecclesia Romana defectionem, ipsos quoque Photiano schismate infectos vel certe afflatos fuisse accepimus. Hanc labem purgavit delevitque omnino ex ecclesia Bosniensi Bela II., cum hanc provinciam ad regnum Hungariae adjunxit. Sed non ita multis post annis immigravit huc e Bulgaria pestis longe perniciosior. Patarenos vulgo appellabant vel Catharos et Albigenses. Brevi totam Bosniam pervasit et annos fere tercentos obrutam oppletamque tenuit. Nihil curae industriaeque praetermissum fuit a Romanis Pontificibus, a legatis apostolicis, ab episcopis, a regibus Hungariae, ut sectam exterminarent. In id egregiam et constantem operam navarunt patres tum Dominicanae, tum Franciscanae familiae, quorum non pauci ab haereticis interfecti gloriosam pro Christo mortem oppetierunt.

Nunc hanc regionem incolunt christiani cum Turcis permisti, partim catholici ritusque latini, sed linguae slavonicae, partim schismatici ritusque graeci, sed linguae itidem slavonicae.

### 2. Conspectus summarius[1]

**incolarum Bosniae et Hercegovinae indigenarum ex descriptione publica 1. Maji 1885.**

| Districtus. | Urbes. | Oppida. | Vici. | Summa incolarum. | Mahumetani. | Graeci orthodox. | Catholici. | Judaei. | Aliarum rel. asseclae. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| **Bosniae:** | | | | | | | | | |
| Sarajevo (urbis) | 1 | — | 116 | 26 268 | 15 787 | 4 431 | 3 326 | 2 618 | 106 |
| „ (districtus) | 8 | 4 | 1 375 | 166 651 | 85 297 | 57 539 | 23 296 | 462 | 57 |
| Banjaluka | 7 | 6 | 601 | 265 456 | 60 065 | 158 800 | 45 818 | 667 | 106 |
| Bihać | 4 | 8 | 309 | 158 224 | 71 130 | 80 434 | 6 502 | 151 | 7 |
| Dolnja-Tuzla | 12 | 4 | 1 018 | 313 746 | 141 218 | 132 730 | 38 590 | 1 051 | 157 |
| Travnik | 7 | 6 | 987 | 218 172 | 66 975 | 73 850 | 76 554 | 717 | 76 |
| **Hercegovinae:** | | | | | | | | | |
| Mostar | 8 | 3 | 855 | 187 574 | 52 238 | 63 466 | 71 702 | 139 | 29 |
| Summa | 47 | 31 | 5 261 | 1 336 091 | 492 710 | 571 250 | 265 788 | 5 805 | 538 |

[1] Fons: Ortschafts- und Bevölkerungs-Statistik von Bosnien und der Hercegovina nach dem Volkszählungsergebnisse vom 1. Mai 1885. Sarajevo 1886.

### Provincia ecclesiastica Vrhbosnensis.

Leo XIII. per litteras apostolicas d. 5. Jul. 1881 hierarchiam ecclesiasticam in Bosnia et Hercegovina restituit. Metropoli Vrhbosnensi subditae sunt ecclesiae suffraganeae: Banialucensis, Marcanensis et Tribuniensis, Mandatriensis et Dumnensis.

1. *Archidioecesis Vrhbosnensis:*

Vrhbosna alias Varbosania, quae antiquitus et ambitus magnitudine et moenium munitione et incolarum frequentia inter praecipuas regni urbes habita fuit, archidioecesis erecta a. 1881; archiepiscopus residet in civitate Bosna Sarajo vulgo Bosna Seraj, Sarajevo, quae ab aliis Saralium dicitur.

Ambitus: Pars orientalis Bosniae.
Incolae: catholici 150 408 ex incolis 858 661,
Clerus: sac. saec. 7, sac. reg. 86,
Paroeciae: 73, Ecclesiae: 37, Sacella: 36.
Lingua croatica exclusive adhibetur.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Banialucensis:*

Banialucus (Banjaluka), dioecesis erecta die 5. Jul. 1881.

Ambitus: Pars occidentalis Bosniae.
Incolae: catholici ca. 39 000, acatholici 413 200 (schismatici, mahumetani, judaei, zingari),
Clerus: sacerdotes 39, clerici 9,
Paroeciae: 26, Ecclesiae: 22, Sacella: 12.
Lingua vulgaris est croatica.

3. *Dioecesis Marcanensis et Tribuniensis:*

Tribunium nunc Trebinje ad fluvium cognominem, dioecesis a saec. 9., cujus administrationem Gregorius XVI. episcopo Ragusino demandaverat; suffraganea metropolitae Vrhbosnensi a d. 5. Jul. 1881.

Ambitus: Pars meridionalis Hercegovinae.
Incolae: catholici ca. 17 000, acatholici ca. 143 000,
Clerus: sacerdotes 8, clerici 4, Paroeciae: 7.
Lingua vulgaris est croatica.

4. *Dioecesis Mandatriensis et Dumnensis:*

Mandatrium (Mostar), ad ripam sinistram Naronis fl., dioecesis erecta d. 5. Jul. 1881; unitum habet titulum Dumnensem. Dumno vulgo Duvno exiguum oppidum, ubi olim Delminium, quod inter Tilurum et Naronem in locis mediterraneis atque alpinis positum erat.

Ambitus: Pars septentrionalis Hercegovinae.
Incolae: catholici ca. 66 000, acatholici ca. 118 000,
Sacerdotes: 51, Paroeciae: 28,
Ecclesiae: 13, Sacella: 16.
Lingua vulgaris est croatica.

## B. Principatus Montis Nigri.

*Archidioecesis Antibarensis*[1]*:*

In principatu Montis Nigri seu Cernagorae vulgo Crnagora est Antibarum sive Antibarium seu Antibaris vulgo Antivari, e regione Barii, ex quo nomen accepit, quod idem valet ac contra Barium. Praecelsi montis et undique praerupti tergo in meridiem obverso incumbit.

Episcopatus Antibarensis instituti epocha ignota est. Primum tamen, de quo dubitari nequit, episcopum a saeculo nono repetamus licet. Episcopatus initio metropolitae Diocletano subjectus fuit, ut docent acta concilii Delmitani, quod a. ca. 877 habitum fuit. Initia archiepiscopatus Antibarensis in a. 1034 ejusque pontificia institutio ad Benedictum IX. referri possunt.

Provincia Antibarensis has ecclesias episcopales ex epistola Alexandri II. ad Petrum archiepiscopum a. 1062 complectebatur: Ecaterensem, Palachiensem, Svacinensem, Scodrensem, Drivastensem, Pulatinensem, Serbiensem, Bosoniensem, Tribuniensem.

De plerisque harum ecclesiarum Antibarensi cum Ragusino archiepiscopo multae et magnae contentiones fuerunt.

Ex notitia episcopatuum orbis christiani, lib. V apud Aubertum Miraeum:

Antibarum, cui suffraganeae sedes fuerunt: Ecaterensis, Palcciensis, Svacinensis, Scodrensis, Drivastensis, Pulatensis, Serbiensis, Bosoniensis et Tribuniensis, ut in diplomate Alexandri II.

Ex codice provinciali vetere, lib. II. apud eundem Miraeum:

Antibarensis Archiepiscopus; Dulcinensis, Drivastensis, Suacinensis, Pulatensis, Scodrensis, Albanensis, Serbiensis, Ejacarensis.

Ex notitia ecclesiarum tempore Coelestini III. conscripta a Milone abbate, apud Emanuelem a Schelstrate tomo II.:

Archiepiscopus Antibarensis hos habet suffraganeos: Dulcinensem, Drivastensem, Pulatensem, Scodrensem, Albanensem, Sardanensem.

Ex notitia ecclesiarum urbis et orbis, quam descripsit Meliciacca sive Meliciates, episcopus Catharensis, saeculo decimo quarto:

Archiepiscopus Antibarensis hos habet suffraganeos: Dulcinensem, Drivastensem, Suasionensem, Pulatensem, Albanensem, Sardanensem, Scutarensem.

Ex veteri ms. bibliothecae Thuanae, apud Carolum a Sancto Paulo:

Archiepiscopus Antibarensis hos habet suffraganeos: Dulcinensem, Suacinensem, Drivastensem, Pulatensem, Scodrensem (?) al. Pulatensem minorem, Sardanensem, Scutarensem.

---

[1] Cf. Conventionem initam inter Sanctam Sedem et principem Amaniensem d. 18. Aug. 1886.

Ex ms. bibliothecae regiae, apud eundem et Franciscum Orlendium in tomo I. orbis sacri et profani:

Archiepiscopus Ananarensis (Antibarensis) hos habet suffraganeos: Dulcinensem, Pulatensem, Sardanensem, Suacinensem, Scodrensem al. Pulatensem minorem, Scutarensem, Drivastensem, Albanensem.

Ex libro taxarum ecclesiarum et monasteriorum, apud Franciscum Blanchinum:

Antibarensis archiepiscopus habet suffraganeos: Dulcinensem, Suacinensem, Drivastensem, Pulatensem, Scodrensem, Sardanensem, Scutarensem vel Ascitarensem.

Ex codice provinciali novo, apud Aubertum Miraeum lib. IV.:

Antibarensis archiepiscopus regni Serbiae, primas per Alexandrum II. a. 1062, nunc sub tyrannide Turcarum; Buduanensis, Dulcinensis sub Turcis, Drivastensis ibidem, Suacinensis ibidem, Pulatensis ibidem, Scodrensis vulgo Scutarensis ibidem, Serbiensis ibidem, Ecatarensis ibidem, Sappatensis ibidem, Alexiensis ibid.

Ex notitia nova episcopatuum orbis catholici nunc existentium, auctore Michaele Baudrando:

In Albania archiepiscopatus Antibarensis sub Turcis; episcopatus suffraganei: Scutarensis, Pulatensis, Drivastensis, Dulcinensis, Sappatensis et Sardanensis invicem uniti, Prisrenensis in Serbia, Semandriensis ibidem, Belgradensis ibidem, Buduensis sub Venetis.

Ex tomo I. atlantis Coronelliani:

In Albania archiepiscopatus Antibarensis sub dominat. Turcarum; episcopi suffraganei: Scodrensis, Pulatensis, Dulcinensis, Sappatensis, Prisrenensis in Serbia, Semandriensis in Serbia, Belgradensis in Serbia, Buduensis sub imperio Venetorum, Drivastensis.

Ante 1886 archidioecesis Antibarensis habuit suffraganeos: Bellogradensem, Scodrensem, Alexiensem, Pulatensem, Sappensem sive Sappatensem. Ab anno vero 1886 ex decreto sacrae congreg. d. d. 4. Oct. ab Antibarensi Scodrensis archidioecesis cum suffraganeis sejuncta est.

Ambitus: Principatus Montis Nigri.

Incolae: 289 000, quorum catholici 5 200,

Sacerdotes: 11, Paroeciae: 16,

Ecclesiae: 10, Sacella: 6.

## C. Serbia.

*Dioecesis Belgradensis et Semendriensis:*

Ecclesiae Belgradensis, quae si cum Singidunensi conjungitur, ortus ad priora ecclesiae saecula rejiciendus est, si vero sejungatur, post Serbiorum adventum in Moesiam superiorem saec. 7. Serbiis itaque Singiduni dominis, quam Belegradam dixere, episcopatus Belgradensis saec. 9. a S. Ignatio, patriarcha Constantinopolitano, institutus esse videtur. Cum Bulgari vero Moesiaca Serbiorum regione potiti essent, et schisma Photianum etiam ante obitum S. Ignatii patriarchae a. 878 hac illac serperet haud latenter, Georgius quidam, natione Bulgarus, se jactabat episcopum et hos schismaticae factioni magis adstringere et Serbios a Romana Sede avellere conabatur.

Usque ad saec. 15. ignoti sunt episcopi Belgradenses. Antequam Georgius Semendriae dynasta Belgradum cederet Sigismundo regi, pacta cum aliis Hungariae oppidis commutatione a. 1425 latini ritus episcopus Belgrado praeerat.

Decreto sacrae congregationis de propaganda fide d. d. 23. Sept. 1851 episcopatuum Belgradensis et Semendriensis (Smederovo) in principatu, nunc vero regno, Serbiae administrator apostolicus constitutus est episcopus Bosniensis seu Diacoviensis et Syrmiensis Josephus Georgius Strossmayer.

## D. Bulgaria.

*Dioecesis Nicopolitana.*

1. Plures Nicopolis nomine urbes enumerant graeci et latini geographi seu veteres seu recentiores easque diversis in provinciis sitas. Ex his una in Moesia inferiori „Nicopolis ad Istrum“ dicta, ne cum altera ad Haemum in Thracia confundatur.

Verisimile est, religionem christianam jam saec. 2. ibidem initium habuisse. Nicopolitana ecclesia suffraganea erat metropolitae Marcianopolitano.

2. Bulgarorum natio saeculo septimo (ca. a. 679) regionem Moesiae inter Danubium et Haemum (Balkan) sitam vi occupavit bellisque frequentibus orientales imperatores afflixit. A Graecis captivis, imprimis a Manuele, archiepiscopo Adrianopolitano, quem a. 813 expugnata ea metropoli in captivitatem abduxerant, religionem christianam primum edocti sunt. Cum aliquanto postea Bulgarorum regis soror a Graecis capta et Constantinopoli baptizata esset annoque 845 reditum in patriam impetrasset, Bogori regi fratri, ut christianus fieret, persuasit, qui ca. a. 864 baptismum suscepit. Ab eo tempore Bulgari non solum a sacerdotibus graecis, sed etiam a missionariis latinis, quos Nicolaus I. Papa, a rege Bogori legatione missa rogatus, ad eos delegavit, in fide christiana instructi sunt. Postea tamen cum ritum graecum sequi maluissent, in schisma etiam Graecorum implicari se permiserunt.

Saec. 15. cum Bulgaria Turcarum jugo premeretur, in catholicos tamquam in imperii hostes animadversum est. Plures pro fide passi, plurimi in finitimas regiones, Hungariam praesertim, sese receperunt. Paucos, qui ibi permanserant, opem ac solatium a Roma exspectantes Pius VI. a. 1781 curis demandavit congregationis clericorum a SS$^{ma}$ Cruce et Passione D. N. J. Ch.

Ii varias inter persecutiones et aerumnas, occulti, insidiati, in solitudinibus errantes animarum salutem procurarunt. Anno demum 1820, aliquali libertate restituta, publicos conventus agere ecclesiasque aedificare catholicis concessum est.

Ab a. 1789 post mortem Pauli, episcopi Nicopolitani XII. (natus Philippopoli in Bulgaria honesta familia Dovanlia a. 1704, ecclesiae Nicopolitanae praepositus a Pio VI. P. XVII. Kal. Octobr. a. 1776), sex ad haec usque tempora antistites Nicopolitani recensentur. Ii Valachiae utriusque administrationem ad a. 1883 adnexum habuere, cum a Leone Papa XIII. ecclesia Bucharestiensis ad archiepiscopalem honorem assumpta est.

Ambitus: Dioecesis Nicopolitana terminatur a septentrione per flumen Istrum et regnum Rumeniae, ab oriente per Pontum Euxinum, a meridie montibus Haemi definitur, ab occidente adjacet regno Serbiae.

Incolae: 1 400 000, quorum catholici ritus latini ca. 10 000,

Sacerdotes: 13,

Stationes primariae: 7, subsidiaria: 1, Ecclesiae: 7.

*Vicariatus apostolicus Sophiae et Philippopolis:*

In ea parte Bulgariae, quae ab Ischari, Ciabro ab antiquis dicto, flumine alluitur, sita olim Sardica fuit, urbs nobilissima; media non modico intervallo distans hinc Naisso, Niš), illinc Philippopoli (Filibe, Plovdiv), illa Moesiae primae (Serbiae), hac Thraciae urbe.

Usque ad imperium Justiniani Sardica eas vices experta est, quae barbaricis irruptionibus in Illyricas provincias illatae sunt; quare jam semiruta ab ipso ad pristinum statum revocata fuit ac deinceps Sophia vocari coepit. Capta postea urbs a Bulgaris, iisdem usque ad dimidium saec. 11. paruit. Horum regno imminuto Graecorum subiit potestatem. Cum Serbiorum jugum uno alterove saeculo tulisset, in Turcarum servitutem circiter saec. 15. incidit.

Saeculo primo Sardica jam christiana et episcopali honore insignita fuit, sed ignoratur, quinam episcopatum Sardicensem gesserint usque ad initium saec. 4. (316).

Post Felicem episcopum a. 595, quem S. Gregorius Magn. per epistolam monuit, obtemperandum illi esse Joanni, primae Justinianae episcopo et Sedis Romanae vicario, nulli latini dogmatis ac ritus memorantur episcopi Sardicenses, nisi post restitutam Sophiae titulo ecclesiam saec. 17. Indubium id sane est, P. Petrum Salinatem, ordinis Franciscani alumnum, a. 1595 apostolicum visitatorem Bulgariae ac Thraciae septentrionalis effectum, episcopum Sophiae postea (1600) creatum esse ob apostolicos labores, quos in ea provincia felici exitu subierat. Ipsi ejusque successoribus episcopis, ab a. 1643 archiepiscopis, utraque Sophiae ac Philippopolis provincia veluti propriis pastoribus usque ad a. 1759 subdebatur. Inde ab hoc anno nonnisi vicarios apostolicos eas moderatos novimus. Ab a. 1834 missio haec congregationi SS^mi^ Redemptoris commissa est, postea ab a. 1841 patribus Capucinis, qui apostolicos labores continuarunt.

Ambitus: Fere dimidia pars Bulgariae et tota Rumelia orientalis.

Incolae: 1 500 000, ex quibus catholici ritus latini 12 000,

Sacerdotes: 24, quorum 4 indigenae,

Stationes: 10, Ecclesiae: 13, Sacella: 6.

## E. Rumenia.

*Archidioecesis Bucharestiensis:*

Bucharestinum (Bucuresci), sedes archiepiscopalis ritus latini ab a. 1883. Missionarii: PP. e congregatione SS$^{mae}$ Crucis et Pass. D. N. J. Ch.

Ambitus: Valachia.

Incolae: 2 843 770, ex quibus catholici 45 000,

Sacerdotes: 34, omnes alienigenae,

Paroeciae: 18, Ecclesiae: 19, Sacella: 6.

*Dioecesis Jassiensis:*

Jassium (Jassy, Jaš), ad rivum Bachlui, haud procul ab amne Pruth, sedes episcopalis erecta d. 27. Jun. 1884. Missionarii: PP. societatis Jesu et Minores Conventuales.

Ambitus: Moldavia.

Incolae: 1 844 000, ex quibus catholici 63 684,

Sacerdotes: 32, quorum 2 indigenae, Paroeciae: 26,

Ecclesiae: 37 ex lapidibus et lateribus, 60 ex ligno, Sacella: 15.

## F. Imperium Turcicum.

### I. Provincia ecclesiastica Scodrensis.

Provincia ecclesiastica Scodrensis constat ex archidioecesi Scodrensi et dioecesibus suffraganeis Alexiensi, Pulatensi et Sappensi.

1. *Archidioecesis Scodrensis:*

Scodra, nunc vulgo Scutari, civitas perantiqua non longe a mari Adriatico, arduo et praecelso loco imposita; ad ripam orientalem Barbanae, nunc Bollianae fluminis assidet, quod ab occasu haud procul supra urbem ex Labeatide palude emittitur. Hanc latere in orientem obverso Drinassus amnis praeterfluit, neque ita longe infra in Barbanam delabitur.

Institutio episcopatus Scodrensis ignota est; postea archidioecesis facta primum subjecta fuit antistiti Thessalonicensi, primati totius Illyrici orientalis, deinde vero, cum imperator Justinianus saec. 6. praefecturam Illyricam, tum civilem, tum ecclesiasticam, transtulit Achridam in patriam suam, in hujus novi primatis Illyrici jus ditionemque migravit.

Saec. 9., cum in concilio Delmitano instituta fuit metropolis Diocletana, ecclesia Scodrensis e metropolitico in ordinem episcopalium ecclesiarum redacta est et novo archiepiscopo Diocletano attributa; a Dioclea enim solius Labeatidis paludis interjectu Scodra distat. Dioclea eversa saeculo decimo, et illius ecclesiastica dignitate cum jure metropolitico Antibarim translata proximo saeculo, episcopatus Scodrensis cum aliis provinciae Diocleensis ecclesiis in potestatem archiepiscopi Antibarensis concessit, uti epistola Alexandri II. testatur a. 1063, in qua Pontifex nominatim Scodram metropolitae Antibarensi subjicit. Tandem per litteras apostolicas d. d. 15. Mart. 1867 iterum ad dignitatem archiepiscopalem evecta est et simul „aeque principaliter“ archidioecesi Antibarensi conjuncta. Per decretum Sacrae Congregationis de propaganda fide d. d. 4. Oct. 1886 denuo ab Antibarensi ecclesia separata est Scodrensis sibique retinuit suffraganeas ecclesias, quae ambabus simul archidioecesibus conjunctis antea suberant.

Ambitus: Pars Albaniae septentrionalis.

Incolae: catholici ca. 25 000, acatholici ca. 55 000,
Clerus: sacerdotes 44, clerici 10, Paroeciae: 23,
Ecclesiae: 25, Sacella: 12.

Lingua vulgaris est albanensis et italica catholicis, turcica turcis, slavica graecis orientalibus.

### Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Lissensis seu Alexiensis:*

Lissus, hodie Alessio Italis, urbs Albaniae regionis in colle arduo sita prope ostia Drilonis. Ecclesiae Alexiensis initia, quamvis ignota, ad idem fere tempus referri possunt, quo Dyrrhachium christiana religio invecta est; sedes tamen episcopalis non ante saeculum sextum in historia ecclesiastica primum innotuit Gregorio Magno Pontifice, quamquam verisimile est fuisse antea institutam. Restituta est dioecesis saec. 14. Residentia episcopalis: Calmeti.

Ambitus: Pars Albaniae septentrionalis.

Incolae: catholici ca. 21 500,
Clerus: sac. saec. 16, sac. reg. 2, clerici 5,
Paroeciae: 24.

3. *Dioecesis Pulatensis:*

Pulatum, civitas pervetusta in recessu intimo asperrimorum montium eminenti jugo insidebat, nunc pagus ad radices montis Scardi.

Inde a saeculo nono civitas erat episcopalis, ut constat ex concilio Delmitano, cujus decreto attributa fuit provinciae Diocleensi.

In tabulis ac monumentis ecclesiasticis duplex Pulatum, majus et minus, reperitur, et duo episcopi, suus cuique, praefici solebant; sed difficile est utriusque positionem investigare et alterum ab altero circumscriptis certisque finibus internoscere, siquidem duplicis Pulati memoria prorsus intercidit.

Ambitus: Ab austro sive meridie Drinum flumen et Posterippensem regionem habet pro termino. Qua vergitur ad occidentem et septentrionem, Biscavo et Calogero montibus circumscribitur. Qua vero spectat ad orientem, per fluvium Casterigium sive Castranichium aut Valbonam, tria enim nomina haec idem fluvius sortitur, a regno Serbiae sejungitur. (Cf. Synodus provincialis Albana. 1703. part. 3. c. 5.) Residentia episcopalis: Giovagni.

Incolae: catholici ca. 13 000,
Sacerdotes 7, Paroeciae: 10, Ecclesiae: 10.

4. *Dioecesis Sappatensis seu Sappensis:*

Sardum sive Sarda civitas perantiqua ad ripam orientalem fluvii Drilonis in ea regione, quam Postripensem vocant. Infra Sardum ad meridiem, non longe ab Drilone, sub ipsis radicibus montis praealti et praerupti insidet Sappa, civitas olim neque infrequens, neque ignobilis, cujus nunc vix apparent vestigia.

Utraque civitas Sarda et Sappa episcopali jure et sede condecorabatur atque inter ecclesias provinciae Antibarensis locum obtinuit.

Sardensis episcopatus multo est antiquior Sappatensi; hujus siquidem ante saeculum decimum quintum nulla in tabulis ecclesiasticis mentio invenitur; ille vero intra finem saeculi duodecimi in episcopali hierarchia locum suum obtinebat. Sub initium vero saeculi decimi quinti et antea fortassis utraque Sardensis et Sappatensis ecclesia sub uno eodemque episcopo conjuncta fuit.

Ambitus: Ad septentrionem habet dioecesim Pulatensem et ad occidentem Scodrensem, a quibus per fluvium Drinum separatur, ad orientem Scopiensi adjacet et ad meridiem Alexiensi. Residentia episcopalis: Nensciati.

Incolae: catholici 20 000, acatholici 3000,
Clerus: sacerdotes 20, clerici 10, Paroeciae: 26,
Ecclesiae: 26, Sacella: 25.

## II. Abbatia Nullius Orosci.

Haec abbatia Nullius, quae sita est in dioecesi Alexiensi, in regione Albaniae, quae vocatur Miriditia, denuo erecta est a Summo Pontifice Leone Papa XIII. a. 1888.

„Prae caeteris antiquitate ac celebritate, scribit auctor Illyrici sacri tom. VII. p. 386. a. 1817, praestitit monasterium S. Alexandri inter Miriditas situm, quae gens montana et effera, armis praepotens ac Graeco imperio exstincto nullum unquam ne turcicum quidem dominatum experta, hactenus sibi libera catholicae ecclesiae constanter adhaeret. Postquam monachi desiere, cuinam locus commendatus fuerit, prorsus ignoramus. Inter monumenta mss. congregationis Domi-

nicanae Ragusiensis quidam F. Thomas Coscievichius dicitur abbas S. Alexandri ineunte saec. 16. Clemens VIII. monasterium postea fratribus Franciscanis attribuit; paroecia nunc est juris episcopalis, sed abbatis Alexandrini nomen adhuc perstat."

### III. Archidioecesis Dyrrhachiensis.

Dyrrhachium, antea Epidamnus, hodie Durazzo alias Dratsch, infra sinum Illyricum ad meridiem mari adjacet prope ostia fluminis Argentari moenia praeterlabentis.

Primordia christianae religionis apud Dyrrhachinos inde a temporibus apostolicis repetamus licet, nec videtur dubitari posse, quin Paulus apostolus, qui ab Hierosolymis usque ad Illyricum replevit evangelium Christi, ut est in ep. ad Rom. c. 15, et Macedoniam atque Graeciam evangelica luce collustravit, eam quoque partem Macedoniae peragraverit, quae postea dicta est Epirus nova, et Dyrrhachium nobilissimam illis temporibus civitatem adierit et non paucos e civibus ad Christi cultum traduxerit.

Saeculo quinto jure ac titulo metropolitico praeditam fuisse, ex conciliis et monumentis illius aetatis non obscure perspicitur.

Principio provincia Dyrrhachiensis ecclesiastica iisdem ferme atque Epirus nova terminis circumscripta erat; et eodem saec. 5. has urbes episcopales ex epist. Lucae, metropolitae Dyrrhachiensis, ad Leonem imperatorem complectebatur: Scampem, Lychnidum, Villidum seu Bullidum, Apolloniam, Aulonam, Prinam seu Prisnam aut Prinistam. His adde Amantiam ex Carolo a S. Paulo.

Provincia nova Dyrrhachiensis ritus latini secundum Le Quien in ejus Oriente christ. tomo III. ex his episcopalibus ecclesiis constituitur: Kerniccnsi, Priscensi, Crojensi, Lissiensi, Candariensi; in novo autem codice provinciali ab eo prolato hae solum ecclesiae videntur attributae Dyrrhachino archiepiscopo: Bendensis, Crojensis, Lissiensis, Albanensis, Canoviensis. Residentia archiepiscopalis: Delbenisti.

Ambitus: Archidioecesis Dyrrhachiensis omnes regiones amplectitur, quae sitae sunt inter Alexiensem dioecesim ad septentrionem et delegationem apostolicam Graeciae ad meridiem, inter vicariatum Constantinopolitanum ad orientem et mare Adriaticum ad occidentem.

Incolae: 140 000, ex quibus catholici 11 310,
Clerus: sacerdotes 13, sac. reg. 6, Paroeciae: 22,
Ecclesiae: 21, Sacella: 23.

### IV. Archidioecesis Scopiensis.

Scopia (Scopi, Scupi vulgo Skoplje, Üsküp) ad Axium fluvium sedet, cui nunc Vardar nomen, unde modice per declivia Orbeli et leniter assurgens camporum planitiem prospicit.

Saec. 5. inter metropoles ecclesiasticas locum tenuit. Saec. 13. in tabulis consistorialibus Electus Scopiensis nominatur solummodo episcopus et quidem in partibus infidelium; iisdemque in tabulis a. 1316 episcopatus Scopiensis dicitur „immediate subjectus ecclesiae Romanae". At in catalogis recentioribus ecclesiarum rursum censetur inter metropoles, sed nullos habet, qui ei pareant, episcopos. Residentia archiepiscopalis: Prisra vulgo Prisren.

Ambitus: Archidioecesis Scopiensis conterminas habet ad septentrionem Hercegovinam et Serbiam, ad orientem Rumeliam et Bulgariam, ad occidentem Bosniam, Hercegovinam et Albaniam cum Montis Nigri principatu, ad meridiem sese protendit usque ad portam ferream (Demir-Kapu).

Incolae: ca. 1 000 000, quorum catholici 15 000,
Sacerdotes: 17, Paroeciae: 17, Statio: 1,
Ecclesiae: 6, Sacella: 2.

## Patriarchatus Constantinopolitanus.

1. Byzantium Megarenses condidere anno secundo Olympiadis trigesimae, teste Eusebio (in Chron.). „Constantinus autem, inquit Zosimus (Hist. lib. 2), hujus urbis situm admiratus, eam quam maxime statuit amplificare aptamque efficere, quae principis domicilium esset. In colle sita est, ejus isthmi partem complexa, quem id, quod Ceras sive cornu vocant, et Propontis efficiunt. Murus ejus per collem demissus ab occidentali parte usque ad Veneris aedem et ipsum mare pertingebat e regione Chrysopolis. Eodem modo et ab aquilonari colle deorsum ductus erat usque ad portum navalem dictum et ulterius usque ad mare, quod directo situm est ad id ostium, quo in Euxinum Pontum navigatur. Et arctum quidem hoc terrae spatium ad Pontum usque trecentis plus minus stadiis in longitudinem patet. Haec prisca civitatis amplitudo erat. Constantinus autem eo loco, quo prius porta erat, exstructo foro rotundo, quod porticibus distegis inclusit: fornices duos e marmore Proconneso maximos fecit oppositos sibi, per quos ire licet in Severi porticus et urbe prisca egredi. Cumque multo majorem urbem efficere vellet, eam ultra veterem murum decem et quinque stadiis novo muro circumdedit, qui totum isthmum a mari ad mare complecteretur. Hoc modo cum urbem priore multo ampliorem reddidisset, palatium quoque condidit Romano non multum cedens. Itidem circum ad omnem elegantiam perpolivit, necnon quibusdam Roma secutis cum senatoribus domos aedificavit. Eam novam Romam ex hoc appellavit, quod primaria urbs esset omnium gentium, quae versus septentrionem, austrum, solem orientem et mare Mediterraneum, a civitatibus ad Istrum positis et Epidamno et aliis ad sinum Jonium locatis usque ad Cyrenen et Libyes illius incolas prope locum, qui

Borium vocatur, habitant imperiumque Romanum agnoscunt."

2. Constantinopolis Heracleensi metropolitae obnoxia diu fuit, deinde crevit in archiepiscopatum cum titulo αὐτοκεφάλεως, utpote quae nullius superioris legibus subderetur propter secundae synodi generalis, in ea habitae a. 381, canonem tertium, quo secundus ei post Sedem Romanam et ante Alexandrinam atque Antiochenam locus assignatus. Praefato canone nihil juri praesulis Heracleae Thraciae dioecesis detractum erat, at hujus civitatis imperialis antistites saeculo sequenti nondum medio in dioeceses Thracicam, Ponticam et Asiaticam auctoritatem suam protulerunt, quibus Atticus, Constantinopolitanus patriarcha, ut Illyricum orientale subjungeretur curavit. Reclamavit quidem statim Bonifacius I. Papa remque in pristinum statum restituit. At id ipsum rursus Anatolius et Epiphanius, Attici successores, licet incassum, tentaverunt.

Saec. 6. praesules Constantinopolitani insuper titulum patriarchae oecumenici sibi imponi ambierunt, quorum ausibus restitere Pelagius II. et Gregorius Magnus, Romani Pontifices. Sed sub Heraclio imperatore eum titulum resumpserunt antistites Constantinopolitani, monotheliticum errorem amplexati. Profecto titulus iste, quem sibi vindicare, renitentibus semper Romanis Pontificibus, non destiterunt Constantinopolitani patriarchae, fons infaustus fuit, unde tandem emanatum est schisma, quod ecclesiam orientalem ab occidentali ex tot saeculis dividit.

3. Translato imperio Romano in orientem a Constantino praefectum praetorio orientis quinque majores dioeceses administrasse, in notitia civili imperii Romani dicitur, nimirum Asiam [1], Pontum, Thraciam, Orientem et Aegyptum, quarum tres priores ad patriarchatum Constantinopolitanum spectabant.

Dioecesis Asiae in has 11 apud notitiam civilem imperii Romani sic dividitur, nempe: Asiam proconsularem, Pamphyliam, Hellespontum, Lydiam, Pisidiam, Lycaoniam, Phrygiam Pacatianam, Phrygiam salutarem, Lyciam, Cariam et Insulas.

Ponticae dioecesis 11 provinciae: Galatia, Bithynia, Honorias, Cappadocia prima, Cappadocia secunda, Paphlagonia, Pontus Polemoniacus, Hellenopontus, Armenia prima, Armenia secunda, Galatia salutaris.

Dioecesis Thraciae 6 provincias habuit, scilicet: Thraciam, Haemimontem, Moesiam inferiorem, Scythiam, Rhodopen, Europam.

[1] Asia multifariam sumitur, nunc pro una ex quinque mundi partibus, alias pro ea tantum provincia, quae inter Lydiam et Cariam ad mare Aegaeum sita a proconsule regebatur, tandem pro una ex quinque dioecesibus praefecto praetorio orientis subditis. Hoc ultimo modo accepta in provincias undecim supra dictas, quarum una est Asia proconsularis, dividitur.

4. In tribus dictis dioecesibus proconsul 1, vicarii 3.

| | | |
|---|---|---|
| Asia | Proconsuli. | Proconsul Asiae, sub quo prov. 3 subditae. |
| Insulae | Praesidi. | |
| Hellespontus | Consulari. | |
| Pamphylia, Lydia | Consularibus 2. | Vicarius dioec. Asiaticae, sub quo provinciae 8 subditae. |
| Pisidia, Lycaonia, Phrygia Pacatiana, „ salutaris, Lycia, Caria | Praesidibus 6. | |
| Galatia, Bithynia | Consularibus 2. | Vicarius dioeces. Ponticae, sub quo prov. 11 subditae. |
| Honorias, Cappadocia prima, Cappadocia secunda, Hellenopontus, Pontus Polemoniacus, Armenia prima, „ secunda, Galatia salutaris | Praesidibus 8. | |
| Paphlagonia | Correctori 1. | |
| Europa, Thracia | Consularibus 2. | Vicarius dioeces. Thraciae, sub quo prov. 6 subditae. |
| Haemimons, Rhodopes, Moesia secunda, Scythia | Praesidibus 4. | |

5. Divisio ecclesiastica:

*Asiatica dioecesis civilis:*

Provincia Asiae proconsularis. In hac provincia, ex Caroli a Sancto Paulo observatione, 42 antiquae dioeceses fuerunt: Ephesus metropolis, Hypaepa, Trallis, Magnesia ad Maeandrum fluvium, Elaea, Adramyttium, Assus, Gargara, Mastaura, Brullena, Pitane, Myrrhina, Aureliopolis, Nyssa, Metropolis, Valentinianopolis, Aninetum, Pergamus, Anaea, Priene, Arcadiopolis, Nova Aula, Aegea, Andera, Sion, Fanum Jovis, Colophon, Lebedus, Teos, Erythrae, Antandrus, Pepere vel Perpere, Cuma vel Cyme, Aulium alias Aulii Come vel Vicus, Naulochus, Palaeopolis, Phocaea, Bargaza alias Baretta, Thymbria, Clazomenae, Magnesia, Smyrna. Hisce quatuor subjunguntur ab Holstenio: Evaza, Areopolis, Temnus et Argiza.

Provincia Hellesponti. In hac provincia a Sancto Paulo 19 dioeceses ex antiquis conciliis observatae sunt: Cyzicus metropolis, Germa, Poemanium, Occa, Bares alias Barea, Adrianothere, Lampsacus, Abydus, Dardanum, Ilium, Troas, Melitopolis, Adriana, Scepsis, Pionia, Proconnesus, Ceramus, Parium, Thermae regiae. Sed harum civitatum ultima Holstenio ex corrupta antiquarum subscriptionum lectione pro Germa posita videtur.

Provincia Phrygiae Pacatianae. In Phrygia Pacatiana prima 29 episcopatus fuerunt: Laodicaea metropolis, Tiberiopolis, Azana, Itoana alias Bitoana, Ancyra ferrea, quam Holstenius Lydiae interdum tribui observat, Cydissus, Egera, Pelte, Apira, Cadi, Tranopolis vel Trajanopolis, Sebasta, Eumenia, Timenothyrae vel Tremenithyri, Aliona, Trapezopolis, Silbium, Ilusa,

Nea, Chaeretopa, Colossa vulgo Chome, Sinaus, Philippopolis, Themisonium, Sanis, Aemonia, Theodosiopolis, Bleandrus, Athanassus. Holstenius Neam expungit et alium episcopatum Diocleam supplet.

In Phrygia Pacatiana altera: Hierapolis metropolis, Dionysiopolis, Anastasiopolis, Mosynus, Attudi.

Provincia Phrygiae salutaris. In hac provincia, computante Carolo a Sancto Paulo, 20 dioeceses fuerunt: Synnada metropolis, Dorylaeum, Polybotus, Nacolia, Midaium, Hipsus, Prymnesia, Myrum vel potius Merum, Eucharpia, Lysias, Augustopolis, Brysum, Otrum, Stectorium, Cinaborium, Amadassa, Cotyajum, Praepenissus, Docimaeum, Amorium.

Provincia Lydiae. In hac provincia, Carolo a Sancto Paulo supputante, 26 dioeceses fuerunt: Sardis metropolis, Philadelphia, Tripolis, Thyatira, Septe, Gordus, Trallis, Silandus, Maeonia, Apollinis-Fanum, Mostena, Apollonia, Attalia, Bana, Balandus, Hierocaesarea, Acrassus, Daldus, Stratonicia, Satala, Gabala, Heraclea, Areopolis, Hellene, Sena alias Setta, Civitas Standitana. Quibus tres ab Holstenio subjunguntur: Mastaura, Cerasa et Orcanis vel Hircani.

Provincia Cariae. A Carolo a Sancto Paulo 25 inveniuntur dioeceses: Aphrodisias metropolis, Stauropolis, Cybira, Heraclea Salbaci, Apollonias, Heraclea Latmi, Tabae, Antiochia, Harpasa, Neapolis, Orthosias, Alabanda, Stratonice, Alinda, Amyzon, Jassus, Bargyla, Alicarnassus, Loryma, Cnidus, Myndus, Ceramus, Anastasiopolis, Erisi, Miletus.

Provincia Cycladum insularum. In insulis, quas Cyclades dixerunt 11 distinctae dioeceses fuerunt: Rhodus, Samos, Chios, Cos vel Coos, Naxus, Paros, Thera, Delos, Tenus, Melos, Carpathus.

In ipsa insula Lesbo Carolus a Sancto Paulo 4 dioeceses invenit: Mitylenen, Methymnam, Tenedum et Proselenen. At vero Proselene et Tenedos per se distinctae insulae fuerunt.

Provincia Lyciae. In hac provincia secundum Carolum a Sancto Paulo 28 dioeceses fuerunt: Myra metropolis, Mastaura, Telmissus, Limyra, Araxa, Podalaea, Sidyma, Olympus, Zenopolis, Tlos, Corydalla, Caunus, Acarassus, Xanthus, Marciana, Choma, Phellus, Antiphellus, Phaselis, Aucanda, Eudocias, Patara, Nesus vel Nysa, Balbura, Oenoanda, Bubon alias Bunum, Calinda, Rhodia.

Provincia Pamphyliae. In Pamphylia prima fuerunt secundum Carolum a Sancto Paulo 12 dioeceses: Sida metropolis, Aspendus, Etene, Erymne, Cassus, Semneum, quod idem est cum Senna, Carallus, Caracesium, Syedera, Lyrbae, Colibrassus, Selga.

In Pamphylia altera 26: Pergae metropolis, Termessus, Eudoxias, Maximianopolis, Palaeopolis, Pentenesus, Dicizozanabrus, Ariassus, Pugla, Adriana, Attalia, Magidis, Olbia, Corbasa, Lysinia, Cordylus, Lagania, Panemoticus, Geone, Commacum, Silvium, Pisinda, Talbonda, Unzela, Gilsata, Pella. Quibus ex Holstenii observatione 5 accedunt: Colibrassus, Caracesium, Senna, Primopolis et Seleucia, quarum tres priores in Pamphylia prima a Carolo a Sancto Paulo collocantur.

Provincia Pisidiae. In hac provincia, Carolo a Sancto Paulo recensente, 19 dioeceses habentur: Antiochia metropolis, Sagalassus, Sozopolis, Apamea, Tytiassus, Baris, Adrianopolis, Limenopolis, Laodicea combusta, Seleucia, Adada, Mallus, Siniandus, Metropolis, Paralaus, Bindeum, Philomelium, quod quibusdam in Phrygia est, Prostama, Gortenus.

Provincia Lycaonia. In hac provincia 19 dioeceses fuerunt: Iconium metropolis, Lystra, Onasade, Amblada, Honomada, Laranda, Barattha, Derbe, Hyda, Sabatra, Canna, Berinopolis, Ilistrum, Perte, Arana, Isaura, Misthium, Corna, Pappa. Quibus ab Holstenio additur Hydmautus vel Gadamautus in actis concilii Chalcedonensis.

*Pontica dioecesis civilis:*

Provincia Cappadociae primae. Ex Caroli a Sancto Paulo recensione praeter Caesaream metropolim non nisi 5 episcopatus in hac provincia fuerunt: Thermae, Nyssa, Camuliana sive Justinianopolis nova, Ciscissa et Theodosiopolis.

In provincia Cappadociae secundae fuerunt 6 dioeceses: Thyana metropolis, Cybistra, Faustinopolis, Sasimi, Justinopolis et Asuna. Sed ut Holstenius observavit, duae harum falso positae, scilicet Asuna pro Sasima et Justinianopolis, quae alio nomine Mocissus dicitur.

In provincia Cappadociae tertiae fuerunt 5 episcopatus: Mocissus metropolis, Nazianzum, Colonia, Parnassus, Doara.

Provincia Armeniae primae. In hac provincia a Carolo a Sancto Paulo non nisi 5 episcopatus reperti sunt, scilicet: Sebastea metropolis, Sebastopolis, Nicopolis, Satala et Berisse.

In provincia Armeniae secundae numerus a Carolo a Sancto Paulo ad 10 augetur: Melitene metropolis, Arca, Comana, Arabyssus, Cocusum (Cocosus), Ariarathia, Amasa, Zelona, Sophene, Diospontum. Sed Holstenius in notis suis in hunc locum quatuor ex isto catalogo expungi debere observat; nam Amasam sive Amaseam ad Hellespontum spectasse, Zelonam eamdem fuisse cum Zela in eadem provincia, Sophenem ad Armeniam majorem pertinuisse, et Diospontum non episcopatus nomen, sed antiquam tantum provinciae Hellenoponti appellationem fuisse dicit.

In provincia Galatiae primae 7 episcopatus fuerunt: Ancyra metropolis, Tabia, Juliopolis, Aspona, Berinopolis, Cinna, Anastasiopolis, quarum postrema exeunte saeculo septimo demum constituta videtur.

Galatia secunda 4 episcopatus tantum habuit initio: Pessinum, Orcistum, Petenesium, Trocmos; sed saeculis

posterioribus numerus duplicatus fuit; accedebant enim Eudoxias, Mericium, Therma alias Germocolonia et Justinianopolis, alias dicta Spalea.

Provincia Ponti Polemoniaci. In hac provincia fuerunt secundum Carolum a Sancto Paulo 6 episcopatus: Neocaesarea metropolis, Trapezus, Cerasus, Polemonium, Comana Pontica, Ptyusa. Pityunta, ut Holstenius observat, de hac provincia proprie non fuit, sed in solo barbarico sita nullam per se constituebat provinciam.

Provincia Hellenoponti episcopatus habuit 6 duntaxat tempore concilii Chalcedonensis: Amasiam metropolim, Amisum, Sinopen, Iboream, Andrapam, Zelam; quibus una tantum sequentibus saeculis addita fuit.

Provincia Paphlagoniae. In hac provincia Carolus a Sancto Paulo 5 episcopatus recenset: Gangram metropolim, Junopolim, Soram, Pompejopolim et Amastrim; quibus Holstenius Dadibram addit.

Provincia Honoriadis. Huic provinciae olim 5 episcopatus fuerunt: Claudiopolis, Heraclea Ponti, Tium, Cratia, Prusa; in recentioribus notitiis adjungitur Adrianopolis.

Provincia Bithyniae. In provincia Bithyniae primae a Carolo a Sancto Paulo 14 dioeceses recensentur: Nicomedia metropolis, Chalcedon, Prusa ad Olympum montem, Praenetum, Helenopolis, Basilinopolis, Apollonias, Hadriana, Caesarea, Arista, Patavium, Dablis, Neocaesarea, Cius.

In provincia Bithyniae secundae tantum 4: Nicaea, Apamea, Linoë, Gordus.

Provincia Iberiae. Provincia Lazicae.

*Thraciae dioecesis civilis:*

De episcopatibus antiquis hujus dioeceseos civilis vide p. 119.

Hactenus de sedibus episcopalibus sub patriarcha Constantinopolitano eique subditis metropolitanis constitutis. (De hac materia cf. „Geographia sacra" Caroli a Sancto Paulo; porro „Origines ecclesiasticae" Josephi Binghami.)

### Vicariatus patriarchalis Constantinopolitanus.

1. Constantinopolis, turcice Istambul, urbs in declivis collibus aedificata undique amphitheatri instar assurgit atque moschis, tholis, turribus, palatiis ornata spectantibus a Chrysocerate sinu (cornu aureo) pulcherrimum praebet aspectum. Urbs propria triangulum occupat, quod a septentrione Chrysocerate, a meridie Propontide circumluitur.

Inter suburbia Constantinopolitana majoris momenti sunt: 1) Sycae sive Galata, civitas quondam Genuensium, quae majorem partem ab Europaeis habitatur; 2) Pera, muro a Galata diremta, sedes est legatorum Europaeorum; 3) Tophane; 4) in litore Asiatico Chrysopolis (Scutari).

Extra suburbia secundum litus Bospori Europaeum ad Pontum Euxinum versus complurium vicorum velut Therapiae, Böjükdere etc. series protenditur. Böjükdere, ad sinum Bospori situm, domicilia aestiva habet plurium legatorum christianorum.

2. Latina ecclesia jam sub finem saeculi decimi in oriente pedem fixisse videtur. Ab anno namque 994 Veneti suam Constantinopoli communitatem propriis juribus praeditam et ecclesiis propriis instructam habuerunt. Pisani quoque ab imperatoribus facultatem latinarum ecclesiarum obtinuerunt erigendarum. Ecclesia Sanctis Nicolao et Augustino sacra tempore Michaelis Caerularii schismatici exstructa est. Saeculi duodecimi initio Veneti monasterium S. Georgii Constantinopoli fundaverunt. Emmanuele Comneno imperatore Genuenses Constantinopolim advenerunt, ubi comiter excepti et amplis ecclesiarum construendarum facultatibus praediti sunt. Sed cum novis istis colonis multa mala supervenerunt; rixis enatis Graecorum invidia suscitata est adeo, ut mortuo imperatore (1182) seditio fieret; ecclesiae latinorum dirutae, sacerdotes contumeliis affecti, caesi ac trucidati, imo laici quoque nullo aetatis aut sexus facto discrimine interemti sunt; sex milia christianorum latinorum uno die perierunt.

Primi post hanc cladem Pisani vetere privilegio nixi, ut latinas ecclesias erigere sibi liceret, postulaverunt; cui postulato Isaac imperator, qui cognominatur Angelus, non obnitendum esse ratus est. Novem annis post (1201) Genuenses quoque eandem facultatem obtinuerunt. At Veneti non privilegiorum tantum restaurationem quaerebant, sed multo majora consilia volvebant.

Postquam Innocentius III. Papa a. 1202 expeditionem sacram suscipiendam curasset, Dandolus, Venetorum dux astutus, exercitum rei christianae ad Byzantinos debellandos adhibere noverat; urbs igne primum admoto perterrita armis expugnata est. Latinum imperium tunc erectum ab a. 1204 stetit ad a. 1261. Ecclesiae metropoleos numerabantur circiter mille ducentae; monasteria fere trecenta sexaginta; quarum ecclesiarum praestantissimas, ut Divae Sapientiae (Sanctae Sophiae), Sanctorum Apostolorum, Sancti Georgii, Sancti Joannis, latini occuparunt. Numerus christianorum latinorum quantus fuerit, non facile definiri potest, cum tamen fuisse permagnum inde concluditur, quod urbe a Turcis occupata census a. 1572 non minus 40 000 exhiberet. Ecclesiae latinorum Turcis ingruentibus (a. 1452) decem Constantinopoli erant: Sancti Francisci, S. Annae, S. Benedicti, S. Clarae, S. Georgii, S. Joannis, SS. apostolorum Petri et Pauli, B. Mariae V. etc.

In his maxime ecclesiae parochiales S. Francisci et SS. apostolorum Petri et Pauli insignes erant, nec minus ecclesia abbatialis S. Benedicti. Ecclesiae et monasteria ritus latini, quae Constantinopoli imperii

orientalis temporibus existebant, Romanae Sedi immediate subjecta erant et directioni aut vicarii pontificii (cf. Baudurius: Imperium Orientale, Venetiis 1729) aut patriarchae Gradensis concreditae erant (Epist. Hadriani IV. ad Henricum Graden. patriarcham a. 1157).

Expugnata urbe et latino imperio constituto a. 1204 tempus adesse visum est latini patriarchatus Constantinopoli suscitandi, quo exemplo impulsae aliae quoque imperii urbes praeter Graecorum episcopatus latinos erexerunt.

Restituto imperio Graecorum a. 1261 latinus patriarcha Constantinopolitanus in Italiam se recepit, ejusque vicarii patriarchatum administrabant. Idem rerum status post stabilitam Turcarum dominationem aliquamdiu mansit. Quia tamen vicarius patriarchalis episcopali dignitate non erat auctus, Sacra Congregatio propagandae fidei d. 5. Jun. a. 1634 patriarcham praeter vicarium patriarchalem episcopum quoque suffraganeum constituere jussit. Sed ei, qui ad hoc munus vocatus erat, Constantinopolim adire non licuit, cumque a. 1643 in insula Creta mortuus esset, eadem Congregatio anno proxime sequente absque ulla patriarchae ingerentia episcopum suffraganeum instituit, quem d. 20. Nov. etiam vicarium patriarchalem renuntiavit. Ita factum est, ut patriarchatus Constantinopolitanus, maxime cum capta a Turcis Creta bona et reditus periissent, patriarchatus mere titularis superstes maneret nomenque „suffraganei patriarchae“ obsolesceret. Subsequente tempore archiepiscopi titulares mittebantur, qui ordinaria jurisdictione (juxta decretum Benedicti XIV. 15. Apr. 1742) ecclesiam Constantinopolitanam regebant et titulo vicarii patriarchalis apostolici praediti erant.

Haec appellatio usque ad praesens tempus in usu permansit, a die tamen 3. Mart. 1868 ad eam dignitas delegati apostolici accessit.

Quoniam archivia vicariatus patriarchalis apostolici magno urbis Constantinopolitanae incendio a. 1831 tota misere perierunt, documenta, quae exactam latinae ecclesiae Constantinopolitanae profectus descriptionem suppeditent, non praesto sunt. Novo etiam incendio, quo a. 1870 ecclesia S. Chrysostomi et vicarii patriarchalis residentia absumta est, recentiorum etiam documentorum pars in cineres est redacta.

3. Temporum lapsu vicariatus patriarchalis apostolicus latinorum Constantinopolitanus has limitum coarctationes expertus est: 1) A. 1629 fundata est dioecesis Ispahanensis in Persia; 2) a. 1638 (vel 1742) dioecesis Babyloniensis in Mesopotamia; 3) a. 1762 Syria, Cyprus, Aegyptus, Arabia constituto vicariatu apostolico Aleppensi sejunctae sunt; 4) a. 1833 delegatio apostolica Graeciae erecta est; 5) a. 1843 insula Lesbos seu Mytilini ac postea etiam sinus Adramyticus archiepiscopo Smyrnensi conceduntur; 6) regiones Georgiae, quae a. 1808 et sequentibus annis a Russis occupatae sunt, a. 1850 dioecesi Tiraspolensi adscribuntur; 7) a. 1874 dioecesis Cretensis erigitur; 8) post tractatum Berolinensem a. 1878 Batum et Kars ad dioecesim Tiraspolensem, Volo et Larissa Thessaliae ad delegationem Graeciae, Burgas in Rumelia orientali ad vicariatum apostolicum Philippopolitanum, Barnae (Varna) in Bulgaria et Constantiana (Kostendsje) et Caramuratum in Rumenia ad dioecesim Nicopolitanam translata sunt.

Ambitus: In Turcia Europaea vicariatus patriarchalis quattuor provincias civiles comprehendit: Constantinopolitanam, Adrianopolitanam, Thessalonicensem, Bitolianam (Monastir, Bitoliae) adjuncta insula Thaso; ex Turcia Asiatica inclusae sunt provinciae Hellesponti seu Mysiae superioris (hodie Vilajet seu provincia Balikesri), Bithyniae (Vilajet Chodawendikjar), Galatiae et Cappadociae superioris (Vilajet Angora), Paphlagoniae (Vilaj. Castamuni et Vilaj. Sivas), Ponti et Armeniae occidentalis (Vilajet Tarabison), insulae praeterea Proconnesus (Marmara) et quae vocantur Principum (Kizil-Adalar) in Propontide atque in archipelago Tenedos, Lemnos, Imbros, Samothrace, Hagio Strati sive Agiostrati insulae.

Incolae [1]: Omnium vicariatus patriarchalis Constantinopolitani incolarum numerus ca. 4 500 000 est. Jurisdictioni vicarii patriarchalis subsunt catholici 45 000 (inter quos Melchitae, Graeci, Georgiani, aliquot etiam Maronitae, Syri Chaldaeique numerantur, quod hi in vicariatu patriarchali non habent propriam hierarchiam, qua catholici Armeni et Bulgari praediti sunt). Veteres familiae catholicae Constantinopolitanae ab illis Venetis et Genuensibus prognatae sunt, qui Turcis invadentibus non aufugerunt. Postea tamen ad has aliae accesserunt familiae, quae ab insulis archipelagi, praesertim a Tino, Syra, Chio et ex urbe Smyrna advenerunt. Moderno denique commercio internationali et cosmopolitico mercatores diversarum plane gentium Constantinopolim pellecti sunt.

Clerus: sac. saec. 35 (ritus latini 25, ritus orientalis 10), sac. reg. 147, universi 182.

[1] Recente incolarum dinumeratione (cf. libell. period. „Das Ausland“, 1886, n. 4. p. 77) summa omnium urbis Constantinopoleos habitatorum 871 562 inventa est, qui pro diversitate nationum et religionum hoc modo sint dispertiti:

| | Universi. | Mares | Feminae. |
|---|---|---|---|
| Mahumetani . . . . . . . . | 384 910 | 201 339 | 183 581 |
| Graeci . . . . . . . . | 152 471 | 91 704 | 60 937 |
| Armeni . . . . . . . . . . . | 149 590 | 83 770 | 65 720 |
| Bulgari . . . . . . . . . . . | 4 377 | 3 977 | 400 |
| Catholici . . . . . . . . . | 6 442 | 3 209 | 3 233 |
| Judaei . . . . . . . . . . | 44 361 | 22 394 | 21 967 |
| Protestantes . . . . . . . . | 819 | 488 | 331 |
| Latini . . . . . . . . . . . | 1 082 | 528 | 544 |
| Peregrini . . . . . . . . . | 129 243 | 101 205 | 28 038 |

Unusquisque videt, hunc censum ab omni vitio remotum non esse.

Ecclesiae parochiales: 1) Cathedralis ecclesia Sancti Spiritus in Pancaldi Perae — sacerdotes saeculares; 2) S. Antonii Perae — monachi Conventuales; 3) S. Mariae Perae — fratres Minores Reformati; 4) SS. apostolorum Petri et Pauli Galatae — Dominicani. Ecclesia succursalis B. M. V. a Rosario in Macri-kjöi — Dominicani. 5) Ecclesia S. Ludovici, legationis Gallicae, Perae — Capucini; 6) Sanctissimae Trinitatis, ecclesia parochialis Melchitarum Perae; 7) S. Mariae, ecclesia parochialis Georgianorum Perae — religiosi Georgiani; 8) Ecclesia Nativitatis B. M. V. in Böyükdere — monachi Conventuales; 9) S. Stephani in vico cognomine (S. Stefano) — Capucini; 10) S. Mariae, Rhaedesti (Rodosto) in Thracia — Conventuales. Ecclesia succursalis in Omurdscha; 11) Ecclesia B. M. V. Thessalonicae (Saloniki) — Lazaristae. Ecclesia succursalis Bitoliae (Monastir) — Lazaristae; 12) Ecclesia S. Antonii Adrianopoli (Thraciae) — Conventuales. Ecclesia succursalis B. M. V. in Kara-agatsch — Conventuales. Statio subsidiaria in Dede-agatsch — Conventuales; 13) Ecclesia B. M. V. Chalcedone — sacerdotes saeculares; 14) Ecclesia S. Joannis Baptistae Chrysopoli (Scutari) — religiosi Georgiani. Ecclesia S. Pacifici in insula Principum — Minores Reformati.

Sacella vel stationes cum residentia missionarii: 1) Nosocomium Gallicum in Taxim — Lazaristae; 2) Nosocomium Austriacum Galatae — Observantes; 3) Nosocomium Italicum Perae — Conventuales; 4) Sacellum B. M. V. pro Dardanellis et Callipoli — sacerdotes saeculares; 5) Sacellum B. M. V. Adampoli — Conventuales; 6) Statio Trapezunte — Capucini; 7) Statio Amisi (Samsun) — Capucini; 8) Statio Theodosiopoli (Erzerum) — Capucini.

### Instituta religiosa.

#### a. Virorum.

1. *Augustiniani ab assumptione B. M. V. (ab a. 1868).*

Stationes: 1) Kara-agatsch (religiosi 8) cum orphanotrophio puerorum 43 et scholis externis; 2) Cum-Kapu (Constantinopoli, religiosi 6) cum sectione superiore alumnatus ecclesiastici puerorum 10 et schola mixta externa; 3) Fanaraki (religiosi 4) cum convictu alumnorum 15 et schola; 4) Prusae ad Olympum in Bithynia (religiosi 4) cum capellania et schola puerorum externa.

2. *Praefectura S. Ludovici provinciae Parisiensis Capucinorum.*

Stationes: 1) Perae, conventus apud ecclesiam S. Ludovici (sacerdotes 8, laici 3), Therapiae; 2) Chalcedone, hospitium (sacerdotes 2, fratres laici 2).

3. *Praefectura Smyrnensis Capucinorum (ab a. 1881).*

Statio: Sancti Stephani prope Byzantium cum parochiali ecclesia (sacerdotes 3, clerici 11, fratres laici 4).

4. *Praefectura Trapezuntina seu Ponti Euxini Capucinorum (ab a. 1845).*

Stationes primariae: 1) Tarabison (religiosi 7); 2) Erzerum, Ersirum (religiosi 2); 3) Samsun (religiosi 3); 4) Sinope, Sinob (religiosi 4).

Stationes subsidiariae: 1) Rizeh, 2) Kerasun, Kiresün, 3) Ordu, 4) Ünieh, 5) Ineboli.

Sacerdotes: 7, Fratres laici: 6.

5. *Conventuales Franciscani provinciae ac praefecturae Orientis (ab a. 1220).*

Stationes: 1) Perae, conventus Sancti Antonii (sacerdotes 8, fratres laici 2); 2) Adrianopoli, hospitium Sancti Francisci (sacerdotes 2, frater laicus 1); 3) apud Rodosto, hospitium assumptionis B. M. V. (sacerdotes 2, frater laicus 1); 4) Kara-agatsch, hospitium assumptionis B. M. V. (sacerdos 1); 5) Böjükdere, hospitium S. Mariae (sacerdotes 3, fratres laici 2); 6) Bejkjös, hospitium Sancti Francisci (sacerdos 1).

Sacerdotes: 17, Fratres laici: 6.

6. *Praefectura Constantinopolitana Dominicanorum (a saec. 13).*

Stationes: 1) Galatae, conventus SS. apost. Petri et Pauli cum ecclesia parochiali pro suburbio Galatae et urbe Byzantio ac suburbio Makri-kjöi (sacerdotes 7, conventuales 2); 2) Makri-kjöi, hospitium; 3) Jedikule seu Septem turrium, hospitium (sacerdos 1).

Sacerdotes: 9, Fratres laici: 2.

7. *Georgiani seu servi B. M. V. Immaculatae (ab a. 1861).*

Stationes: 1) Feri-kjöi, conventus; 2) Scutari; 3) Perae, Papas-köprü, hospitium.

Sacerdotes: 10, Clerici: 2, Fratres laici: 4.

8. *Patres societatis Jesu provinciae Siculae (ab a. 1864).*

Stationes: Perae, collegium S. Pulcheriae.

Sacerdotes: 13, Clerici: 3, Fratres laici: 5.

9. *Patres societatis Jesu provinciae Lugdunensis.*

Stationes: 1) Marsivan (sacerdotes 3, frater laicus 1); 2) Amasiae (sacerdotes 3, frater laicus 1); 3) Tokat (sacerdotes 3, frater laicus 1); 4) Sebaste seu Sivas (sacerdotes 3, frater laicus 1); 5) Caesareae in Cappadocia (sacerdotes 4, frater laicus 1); 6) Perae, domus procuratoria (sacerdos 1, frater laicus 1).

Sacerdotes: 17, Fratres laici: 6.

10. *Praefectura presbyterorum e congregatione S. Vincentii a Paulo.*

Stationes primariae: 1) Galatae, domus S. Benedicti abb. (sacerdotes 16, fratres laici 3) cum alumnatu ecclesiastico et collegio; 2) Galatae, domus S. Georgii cum instituto germanico puerorum (sacerdos 1); Taxim, capellania nosocomii gallici in Pera. Vide etiam, quae dicuntur de vicariatu apostolico Bulgarorum Macedoniae et de missione inter Macedo-Valachos.

11. *Observantes Franciscani.*

Statio: Perae, hospitium cum oratorio B. M. V. Perdolentis.

Sacerdotes: 3.

12. *Praefectura Constantinopolitana Franciscanorum Reformatorum (ab a. 1642).*

Stationes: Perae, conventus cum ecclesia parochiali S. Mariae Draperis (sacerdotes 6, fratres laici 4); 2) in insulis Principum (Prinkipo), hospitium cum ecclesia parochiali S. Pacifici a S. Severino (sacerdos 1, frater laicus 1).

Sacerdotes: 7, Fratres laici: 5.

Vide vicariatum ap. Bulgarorum Thraciae.

13. *Fratres doctrinae christianae.*

Domus: 1) Kadi-kjöi, collegium, 2 scholae (religiosi 24); 2) Galatae, schola (religiosi 5); 3) Perae, Agha-Hamam, externatus (religiosi 6); 4) Perae, Taxim, schola (religiosi 5); 5) Pancaldi, schola (religiosi 5); 6) Trapezunte, schola (religiosi 5); 7) Erzerum, schola (religiosi 5).

#### b. Mulierum.

1. *Puellae charitatis S. Vincentii a Paulo (ab a. 1839).*

Domus: 14, Sorores: 175.

2. *Sorores Sancti Joseph apparitionis in praefectura Trapezuntina (ab a. 1851).*

Domus: 2, Sorores: 13.

3. *Sorores Dominae Nostrae de Sion (ab a. 1856).*

Domus: 2, Sorores: 70.

4. *Oblatae assumptionis (ab a. 1868).*

Domus: 4, Sorores: 46.

5. *Sorores charitatis ab Imm. Concept. (ab a. 1869.)*

Domus: 3, Sorores: 28.

6. *Georgianae servae B. M. V. Imm. (ab a. 1871.)*

Domus: 2, Sorores: 15.

7. *Franciscales tertii ordinis missionariae instituti Glemonensis (ab a. 1872).*

Domus: 2, Sorores: 15.

8. *Sorores charitatis instituti Zagrabiensis (Agram) (ab a. 1881).*

Domus: 1, Sorores: 17.

9. *Tertiariae Dominicanae instituti Montis regalis (Mondovì) (ab a. 1882).*

Domus: 2, Sorores: 10.

### Vicariatus apostolici Bulgarorum.

Ducenti nationis Bulgaricae deputati d. 30. Dec. 1860 ex ecclesia Armenorum unitorum Constantinopoli solemni agmine ad delegatum apostolicum, archiepiscopum Brunoni, se contulerunt, ut in ecclesiam catholicam reciperentur, rogantes simulque litteras ad Summum Pontificem tradentes, quibus fidem ecclesiae catholicae integram suscipiebant et id unum petebant, ut ecclesiae Bulgarorum ritum graecum retinere liceret et liturgia slavica restitueretur. Legati deinde electi sunt, qui documentum unionis plurimorum nominibus signatum Papae deferrent. Die igitur 21. Jan. 1861 Pius IX. petentes in unionem ecclesiasticam recepit per breve, quo eorum liturgiam confirmavit. Magna permultorum Constantinopoli, in Macedonia et Thracia Bulgarorum approbatione haec conversio salutabatur, vici et oppida integra numero non exiguo aut in unionem cum ecclesia ingrediebantur aut se paratos esse declarabant.

Attamen adversariorum et inprimis Russorum machinationibus et minis, quibus ob paucitatem ecclesiarum, scholarum, sacerdotum linguae bulgaricae peritorum etc. non satis occurri poterat, effectum est, ut faustis illis exordiis progressus minime responderent, imo multi e conversis ad schisma redirent. Nihilominus 20 000 Bulgarorum fere cum sacerdotibus circiter viginti in unione constantes manserunt, quibus paulatim alii velut vici quidam prope Adrianopolim, Iskitsch et Tirnowa oppida se adjunxerunt.

A. 1862 Pius IX. congregationi Augustinianorum ab assumptione B. M. V. recens erectae hanc vineae Domini partem demandavit. His missionariis, quorum superior et institutor erat P. D'Alzon, superior congregationis Resurrectionistarum Polonorum, P. Carolus Kačanowski sese adjunxit, qui cum fratre laico mense Novembri 1863 Adrianopolim venit statimque scholam et sacellum in ea urbe constituit. Eidem Resurrectionistarum congregationi delegatus apostolicus Brunoni asylum sacerdotum e schismate conversorum dirigendum commisit. Congregationi autem ab assumptione B. M. V. Summus Pontifex seminarium clericorum instituendum mandaverat; quamdiu vero opes ad hoc necessariae collectae nondum erant, interim scholam Philippopoli habendam susceperunt (mense Jan. 1864).

Inter Macedoniae et Epiri (Albaniae) Bulgaros Lazaristae non sine successu operabantur. A Thessalonica profecti a. 1852 Bitoliae (Monastir) missionem bulgaricam fundaverant. A. 1863 in illis regionibus jam viginti vici uniti numerabantur, quibus tamen non erant nisi tres sacerdotes uniti.

Ecclesia Bulgarorum ab a. 1883 in tres vicariatus apostolicos, Constantinopolitanum, Thraciae, Macedoniae, divisa est. Duobus annis postea (a. 1885) haec ecclesia auctoritate Portae Ottomanicae civili agnita est.

*Vicariatus apostolicus Constantinopolitanus Bulgarorum:*

Erectus d. 12. Jun. 1883.

*Vicariatus apostolicus Bulgarorum Thraciae:*

Erectus d. 12. Jun. 1883.

Ambitus: Thracia.

Incolae: Bulgari uniti 2945,

Clerus: sacerdotes indigenae 13, sacerdotes e congregatione Resurrectionistarum 8, quorum 5 ritus graeci; 1 diaconus ejusdem congregationis rit. graeci; sacerdotes e congregatione Augustinianorum ab assumptione B. M. V. 7, quorum 2 rit. graeci,

Paroeciae: 13, Stationes: 2, Ecclesiae: 9, Sacella: 4.

Lingua vulgaris est bulgarica, liturgica slavica.

*Vicariatus apostolicus Bulgarorum Macedoniae:*

Erectus d. 12. Jun. 1883. Sedes vicarii apostolici: Thessalonica (Saloniki), urbs ampla Macedoniae, emporium celebre prope ostia Echidorii fluvii cum portu commodo in intimo recessu sinus cognominis.

Ambitus: Macedonia.

Incolae: Bulgari uniti 60 000 (?)

Sacerdotes: 12 (rit. lat.) e congregatione missionariorum Sancti Vincentii a Paulo,

Stationes: 36, Ecclesiae: 22, Sacella: 30.

Lingua vulgaris est bulgarica, liturgica slavica.

*Missio inter Macedo-Valachos:*

Haec missio originem nacta est ca. a. 1877.

Ambitus: Regio, quae sita est ad ripam sinistram fluminis Vardar.

Incolae: ?

Clerus: sacerdotes indigenae 3, sacerdotes e congregatione missionariorum Sancti Vincentii a Paulo 3,

Stationes: 3, nempe Grebena (Grewena), Perivolia, Ochrida, Ecclesiae et sacella: ?.

Lingua vulgaris domi est rumena, foris graeca.

## Graecia.

1. Episcopatus Atheniensis ab ipso Sancto Paulo apostolo institutus est, qui Sanctum Dionysium Areopagitam primum Athenarum episcopum creasse fertur. Primis decem saeculis in Graecia graeci tantum erant episcopi, postea et in continente et in vicinis insulis dioeceses latinae sunt erectae. Dioecesis Atheniensis exeunte saeculo sexto metropolitica saeculoque nono totius Graeciae primatialis evaserat. Cum igitur Michael Choniates, archiepiscopus Athenarum graecus, unionem cum Romana ecclesia inire renueret, Innocentius III. Papa archidioecesim Atheniensem latini ritus creavit eique undecim dioeceses suffraganeas attribuit; e quibus tres: Andrensis et Chiensis et Syrensis postea provinciae ecclesiasticae Naxiensi unitae sunt, ceterae octo: Negropontensis, Thermopylensis, Diauliae, Avalonensis, Zorconensis, Caristyae, Coronensis, Megarae inter episcopatus titulares tantum superstites sunt.

Usque ad a. 1834 catholici in Peloponneso degentes jurisdictioni episcopi Zacynthii, ceteri vicario patriarchali Constantinopolitano suberant. Instaurato autem regno Hellenico, cum legibus poenalibus suprema regni auctoritate promulgatis cunctis sacerdotibus in Graecia ministerio fungentibus severe interdictum esset, quominus ullum scriptis epistolis commercium cum qualibet auctoritate superiore ecclesiastica extra Graeciae fines constituta haberent, res in Graecia ecclesiasticae a Gregorio XVI. Papa d. 19. Aug. 1834 in novam formam compositae sunt. Et episcopus enim Zacynthius et vicarius patriarchalis Constantinopolitanus jurisdictione in Peloponneso et in continente exercenda soluti atque omnium Graeciae catholicorum spiritualis cura et in Peloponneso et in continente et in insulis maris Aegaei illis, qui eousque nulli alii episcopo in spiritualibus subditae erant, episcopo Syrensi Aloysio Mariae Blancis collata est, qui ab eo tempore titulum episcopi Syrensis et delegati apostolici regni Graeciae gerebat. Hinc episcopus Syrensis sacerdotes misit Athenas, Navarinum, Naupliam, Patras initioque mensis Septembris a. 1838 visitationem ecclesiasticam ingressus est, quo in itinere regem Graeciae salutavit, qui exhibitis documentis episcopum Syrensem superiorem spiritualem catholicorum Syri et Graeciae declarantibus ejus auctoritatem agnovit et agnitionem regni diario publicari mandavit. Haec res componendis catholicorum in Graecia negotiis secundissima accidit. (Cf. inter alia ephemerides „Kirchencorrespondent" 1838. p. 509.) Denique d. 13. Jul. 1875 Sancta Sedes archidioecesim Atheniensem restituit et Joannem Marangò, qui anno priore delegatus apostolicus designatus erat, primum restitutae sedis praesulem creavit.

2. Delegatio apostolica Graeciae primum eam tantum Graecae continentis partem, quae usque ad a. 1882 regno suberat, et Peloponnesum aliquasque insulas (Sciathum, Scopelum, Scyrum) ambiebat. A. 1882 eidem delegationi regio Ambraciae (Arta) et ea Thessaliae pars adjecta est „ad beneplacitum Sanctae Sedis", quae Graeciae adjuncta erat et antea delegationi Constantinopolitanae obnoxia fuerat.

### I. Archidioecesis Atheniensis.

Athenae, sedes archiepisc. restituta d. 13. Jul. 1875.

Ambitus: Provincia Attica in regno Graeciae. Archiepiscopo Atheniensi ut delegato apostolico Graeciae subsunt Peloponnesus et tota continentalis Graecia.

Incolae: catholici in archidioecesi 8000, in territorio adnexo 10 000. Numerus omnium incolarum in archidioecesi cum territorio adnexo: 1 281 400.

Sacerdotes: 9, in territorio adnexo 4,

Paroeciae: 4, Ecclesiae: 5.

### II. Provincia ecclesiastica Corcyrensis.

Fidei christianae semen in insulis Jonicis primo jam saeculo sparsum est, atque, ut fert traditio, Sancta Veronica Romam iter faciens Zacynthi insulae incolis primam evangelii notitiam attulisse creditur. Sed lugubre ecclesiae orientis exemplum imitata ecclesia insularum Joniarum in Photii et Caerularii schisma

incidit, ita ut ab a. 1054 ad a. 1268 non essent ibi incolae Romanae ecclesiae adhaerentes. Nunc metropolitanae ecclesiae Corcyrensi subdita est ecclesia episcopalis Zacynthiensis et Cephaloniensis.

1. *Archidioecesis Corcyrensis:*

Carolus I. Andegavensis, rex Neapolitanus, pro graeco archiepiscopo Corcyrensi latinum instituit, ejusque nepos Philippus Andegavensis in perpetuum omnes terras incultas et liberas insulae Corcyrae ecclesiae latinae donavit; cujus donationis authenticum exemplar adhuc in archivio archiepiscopali servatur. A. 1386 Corcyra in Venetorum dominationem transiit, qui omnia jura ecclesiae latinae acquisita tuebantur et propriis sumptibus magnificam archiepiscopo domum construxerunt. A. 1797 in Gallorum potestatem redacta jam 1799 unita Turcarum et Russorum classe expugnatur et reipublicae Septem Insularum dictae unitur. Ab a. 1807 ad 1814 iterum Gallis paret. Ab a. 1814 ad d. 2. Jun. 1864 Corcyra reipublicae Insularum Joniarum sub Anglorum tutela constitutae pars est. Tandem cum reliquis insulis regno Graeciae incorporatur. Ex quo Veneta respublica cessavit, archidioecesis multum a veteri splendore depressa est.

Ambitus: Insulae Corfú (Kerkyra), Erikusa (Merlera), Salmastraki, Paxo, Antipaxo aliaque nonnulla loca Epiri in continenti sita inter urbes Parga et Sasino dictas.

Incolae: 80 000, quorum catholici 4000,
Clerus: sacerdotes 10, clericus 1.
Paroecia: 1, Ecclesiae: 4, Sacella: 2.

Sedes suffraganea.

2. *Dioecesis Zacynthiensis et Cephaloniensis:*

Zacynthiensis et Cephaloniensis ecclesiae quinto jam saeculo suffraganeae Corinthi metropoleos referuntur. Graeci autem ritus episcopi ab unitate catholica deficientes subditos quoque in Photii et Caerularii schisma pertraxerunt. Saeculo deinde tertio decimo Zacynthi et Cephaloniae episcopatus latini erecti sunt, qui usque ad a. 1386 archidioecesi Corinthiae metropoli parebant. Cum vero anno illo insulae Joniae in Venetorum dominium pervenissent, senatus reipublicae, ut ambae dioeceses unirentur et Corcyrae metropoli subderentur, impetravit a Sancta Sede.

A. 1859 dioecesis Zacynthiensis et Cephaloniensis archiepiscopi Corcyrensis administrationi concredita est, sed a. 1872 iterum proprium pastorem a Pio IX. accepit Evangelistam Boni. Omnia jura et privilegia, quibus dioecesis a. 1864 fruebatur, gubernium Hellenicum servatum iri spopondit, quando possessionem insularum Joniarum adiit.

Ambitus: Insulae Zacynthus (Zante), Cephalonia (Kephalonia), S. Maura, Ithaka, Cerigo.

Incolae: 150 000, quorum catholici 1000,
Sacerdotes: 7, Paroeciae: 3, Ecclesiae: 6, Sacella: 3.

### III. Provincia ecclesiastica Naxiensis.

Metropolis Naxiensis quinque suffraganeas ecclesias habet: Andrensem, Sanctoriensem, Chiensem, Syrensem, Tinensem et Myconensem.

1. *Archidioecesis Naxiensis:*

Naxus (Naxia, Naxos), Aegaei maris insula, Paro alteri insulae vicina, sedes latina erecta fuit saec. 13. et suffraganea metropolitae Rhodio. Cum vero a. 1522 Rhodum Turcae expugnassent, sedes metropolitana in insulam Naxum translata est.

Ambitus: Insulae Cycladum Naxus, Parus, Antiparus in mari Aegaeo.

Incolae: 16 000, quorum catholici 350,
Sacerdotes: 6, Paroecia: 1,
Ecclesiae: 7, Sacella: 5.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Andrensis:*

Andros (Andro), sedes latina erecta fuit saec. 13., dioecesis a. 1824 administrationi episcopi Tinensis et Myconensis concredita est.

3. *Dioecesis Sanctoriensis:*

Thera (Santorin), quam geologi inter insulas, quae e mari enatae sunt, habent, sedes latina erecta fuit a. 1204. Dioecesis Milensis administratur ab antistite Sanctoriensi.

Ambitus: Insulae Cycladum Santorin, Milo, Nio, Amurgó, Sípheno in mari Aegaeo.

Incolae: 16 000, quorum catholici 460, fere omnes in insula Santorin,
Sacerdotes: 8, Paroecia: 1,
Ecclesiae: 3, Sacella: 7.

4. *Dioecesis Chiensis:*

Chius (Chio), insula Turcica, sedes latina erecta fuit medio saec. 13.

Ambitus: Insulae Chio, Samo, Nikaria aliaeque minoris momenti in mari Aegaeo.

Incolae: catholici 300 fere omnes in insula Chio,
Sacerdotes: 8, Paroeciae: ? Ecclesiae: 3.

5. *Dioecesis Syrensis:*

Syra, sedes suffraganea ecclesiae Atheniensi ab initio saec. 13. usque ad a. 1525, quo Naxiensi metropoli attributa est.

Ambitus: Insula Syra aliaeque minoris momenti.
Incolae: 40 000, ex quibus catholici 7000,
Sacerdotes: 25, Paroeciae: 6,
Ecclesiae: 5, Sacella: 60.

6. *Dioecesis Tinensis et Myconensis:*

Tinos (Tino), Cycladum insula, sedes latina erecta fuit saec. ineunte 13., ca. a. 1400 ecclesia Myconensis Tinensi juncta est. Ab antistite Tinensi administratur dioecesis Andrensis.

Ambitus: Insulae Cycladum Tino, Mýkono aliaeque minoris momenti; porro insula Andro.

Incolae: 40 000, quorum 5000 catholici in insula Tino degentes,

Sacerdotes: 26, Ecclesiae: 26, Sacella: 40.

## Conspectus summarius

**dioecesium in paeninsula Balcanica et regno Graeciae existent.**

(Fons: Missiones catholicae, 1888 et 1889.)

| Dioeceses. | Incolae. | Catholici. | Sacerdotes. | Eccles. et sacella. |
|---|---|---|---|---|
| Archidioec. Vrhbosnensis . . | 858 661 | 150 408 | 93 | 73 |
| Dioec. Banialucensis . . . . | 452 200 | 39 016 | 49 | 34 |
| „ Marcanens. et Tribuniens. | 160 000 | 10 810 | 8 | 9 |
| „ Mandatriensis et Dumnensis . . . . . . | 180 830 | 66 000 | 51 | 29 |
| Prov. eccles. Vhrbosnensis | 1 651 691 | 266 234 | 201 | 145 |
| Archioec. Antibarensis . . . | 289 000 | 5 200 | 11 | 16 |
| Archidioec. Scodrensis . . . | 80 000 | 25 211 | 44 | 37 |
| Dioec. Alexiensis . . . . . | ? | 21 487 | 16 | 24 |
| „ Pulatensis . . . . . | 12 951 | 12 951 | 7 | 20 |
| „ Sappensis . . . . . | 23 000 | 20 000 | 20 | 51 |
| Prov. eccles. Scodrensis | 115 951 | 79 649 | 87 | 132 |
| Dioec. Belgradensis et Semendriensis . . . . . | 2 013 691 | ? | ? | ? |
| Archidioec. Dyrrhachiensis . . | 120 000 | 11 310 | 19 | 43 |
| „ Scopiensis . . . | 1 000 000 | 15 000 | 15 | 8 |
| Dioec. Nicopolitana . . . . | 1 400 000 | 10 000 | 13 | 7 |
| Archidioec. Bucharestiensis . . | 2 843 770 | 45 000 | 34 | 25 |
| Dioec. Jassiensis . . . . . | 1 841 000 | 63 684 | 32 | 112 |
| Vicariatus apostol. Sophiae et Philippopolis . . . . . . | 1 500 000 | 12 000 | 21 | 19 |
| Vicariatus patriarchal. Constantinopolitanus latinorum . . | 4 500 000 | 45 000 | 182 | 86 |
| | 13 207 770 | 201 994 | 319 | 300 |
| Vicariatus apost. Const. Bulgar. | | ? | ? | ? |
| „ „ Thraciae „ | | 2 945 | 28 | 13 |
| „ „ Macedon. „ | | 60 000 | ? | 55 |
| Missio inter Macedo-Valachos | | ? | 3 | ? |
| Archidioec. Atheniensis . . . | 1 281 400 | 18 200 | 13 | 5 |
| Archidioec. Corcyrensis . . . | 80 000 | 4 000 | 10 | 6 |
| Dioec. Zacynthiensis et Cephaloniensis . . . . . . . . | 150 000 | 1 000 | 7 | 9 |
| | 230 000 | 5 000 | 17 | 15 |
| Archidioec. Naxiensis . . . . | 16 000 | 350 | 6 | 12 |
| Dioec. Sanctoriensis . . . . | 16 000 | 460 | 8 | 10 |
| „ Chiensis . . . . . . | 60 000 | 30 | 8 | 3 |
| „ Syrensis . . . . . . | 40 000 | 7 000 | 25 | 65 |
| „ Tinensis, Myconensis et Andrensis . . . . | 40 000 | 5 000 | 26 | 60 |
| Prov. eccles. Naxiensis . . . | 172 000 | 12 840 | 73 | 150 |
| Summa totalis | 18 961 503 | 652 062 | 752 | 831 |

### Provincia ecclesiastica Smyrnensis.

Metropolitanae ecclesiae Smyrnensi subdita est dioecesis suffraganea Candiensis. Ab a. 1818 vicariatus apostolicus Asiae minoris unitus est cum archidioecesi Smyrnensi.

1. *Archidioecesis Smyrnensis:*

Smyrna, urbs in Asia minori, partim in monte, partim in planitie ad Melem fluvium sita est cum portu capaci et tuto in ora maris Aegaei et sinus Smyrnaei, estque emporium celebre cum castro antiquo in monte. Sedes latina episcopalis erecta a. 1346; archiepiscopalis restituta a. 1818.

Ambitus: Archidioecesis Smyrnensis amplectitur Smyrnam cum oppidis circumstantibus. Vicariatus apostolicus continet partem occiduo-meridionalem Asiae minoris cum insulis adjacentibus, exceptis Samo, Nikaria et Psara.

Incolae: 2 000 000, quorum catholici 15 500, fere omnes ritus latini,

Clerus: sac. saec. 17, sac. reg. 39,

Paroeciae: 8, Ecclesiae et sacella: 14.

### Sedes suffraganea:

2. *Dioecesis Candiensis:*

Creta (Candia) omnium insularum Graeco litori objacentium maxima, sedes latina erecta saec. 13. ineunte, restituta d. 21. Dec. 1874. Residentia episcopalis: Canea, olim Cydone egregie munita, quam Venetis eripuerunt Turcae a. 1646.

Ambitus: Insula Creta (Kreta, Kriti, Kirid), quae inter ortum et occasum porrigitur tractu longissimo, hinc Asia, illinc Africa objacentibus.

Incolae: 360 000, quorum catholici 600,

Sacerdotes: 5 ex ordine Capucinorum,

Paroeciae: 3, Ecclesiae: 3, Sacella: 2.

### Fontes:

Illyricum sacrum, auctoribus Daniele Farlati et Coleto. 8 vol. in fol. Venetiis a. 1751—1819.

Bosnie, Servie, Herzegovine, Bulgarie, Slavonie, Croatie, Dalmatie, Monténégro, Albanie, dans l'Univers pittoresque. Paris, Didot, 1856.

J. P. D. Rattinger S. J., Der Patriarchatssprengel von Constantinopel und die bulgarische Kirche zur Zeit der Lateinerherrschaft in Byzanz. Historisches Jahrbuch, Heft I, 1880.

## Caput decimum sextum.

# Syria. Mesopotamia. Persia.

### I. Patriarchatus Antiochenus.

„Cum primum Antiochenam fundasset ecclesiam, Romam proficiscitur."

Euseb. in Chron.

1. Quum ab initio Antiocheni patriarchae potestas totam Asiam et orientem complexa sit, quatuor sub illo primates fuere: duo videlicet in Asia et Ponto, et duo in oriente proprie dicto. Asiae primatialis sedes Ephesi fuit, Ponti autem in Caesarea Cappadociae, sub istis metropolitani Sebastae in Armenia, Antiochiae in Pisidia, Sidae in Pamphylia, Myrae in Lycia, Hierapolis in Phrygia, Sardorum in Lydia, Aphrodisiadis in Caria et Iconii in Lycaonia. Sed postquam a Constantino imperatore in urbem Byzantium sedes imperii translata est, ejus urbis episcopo tam antedictae duae primatiales Ponti et Asiae, quam Thracica dioecesis aliaeque etiam ad Romanam Sedem spectantes ecclesiae per imperatorum potentiam, Byzantinorum episcoporum ambitionem et orientalium antistitum assentationem adjectae fuere.

Duo alii in oriente primates seu catholici sub patriarcha Antiocheno diutius mansere: nimirum Persidis metropolita, qui christianos extra Romani imperii fines constitutos in toto Persarum regno et magna India versantes regebat, et Seleuciae archiepiscopus, qui Assyriis, Chaldaeis et Arabibus christianis sub Persarum item regno positis praeerat. Horum institutio Nicaeni concilii tempora antecedit. Nam Joannes Persidis episcopus, qui apud Gelasium Cyzicenum ecclesias in tota Persia et magna India repraesentasse dicitur, eidem Nicaeno concilio se subscripsit; Simon vero, qui anno Christi 330 sub Sapore Persarum rege coronam martyrii adeptus est, a Sozomeno archiepiscopus Seleuciae et Ctesiphontis appellatur.

Circa ejusdem concilii Nicaeni tempora duo alii emersere catholici seu primates: Armeniae nimirum et Iberiae. Quum enim, Constantino imperatore et Tiridate Armenorum rege, S. Gregorius Armenos, Iberos vero christiana quaedam ancilla, quam Nunc Armeni vocant[1], ad Christi fidem adduxissent, utrique genti episcopus datus fuit: Armenis quidem ipse Gregorius Illuminator, Iberis vero Gregorius alter, ejusdem nepos; horum successores catholici appellati. Et Iberi quidem, qui Albani, Georgiani, Colchi et Mengrellenses dicuntur, usque ad Mauritii tempora Armenis fide et ritu conjuncti fuere, postea Graecis adhaeserunt. Quorum metropolitanus seu primas Iberiae Antiocheno patriarchae subjectus fuit et ab ipso ordinationem accipiebat usque ad annum fere 1053, quo Petrus patriarcha indulsit, ut a suis episcopis consecraretur. Armeni vero postquam a fide catholica post sacri concilii Chalcedonensis tempora defecerunt, catholicum suum non modo ad patriarchalem dignitatem evexere, sed etiam in schisma divisi alterum in Armenia majori, ubi antiquus ille catholicus solebat residere, alterum in Cilicia sibi crearunt patriarcham.

Quod Armeni ab ecclesia catholica avulsi fecerunt, idem praestitere primates illi duo, Persidis nimirum et Seleuciae. Quum enim Babaeus Seleuciae thronum anno Christi 498 occupasset, quod Nestoriana haeresi laboraret, ab Antiocheni patriarchae obedientia deficiens, patriarchalem dignitatem sibi et ipsi vindicavit et Persidis etiam primatem eadem haeresi infectum suo subjecit imperio. Ante eum Christi annum Seleuciae et Persidis primates sub patriarchae Antiocheni potestate vixerant; idque unum ab Antiocheno patriarcha privilegium obtinuerant, ut a suis suffraganeis ordinarentur, neve ordinationis causa Antiochiam adire cum capitis periculo cogerentur, ut in Arabicis canonibus, qui Nicaeni concilii nomen praeferunt, affirmatur. Post annum vero quingentesimum ex primate Seleuciensi creatus Nestorianorum patriarcha, ceteris orientis, Persiae et Indiae ecclesiis in eamdem haeresim pertractis, in duos tandem a. 1580 divisus est ejusdem sectae patriarchatus, quorum alter antiquum Seleuciae primatem, alter Persidis catholicum repraesentat.

Nec tantum primates Seleuciae, Persidis, Armeniae et Iberiae ab Antiochena sede sunt avulsi, sed et ipsa Antiochena sedes in plura frusta postmodum scissa est. Quum enim Severus Antiochiae patriarcha, quod duas in Christo Domino naturas negaret et sacrum Chalcedonense concilium rejiceret, a. 518 exeunte depositus fuisset, in ejusque locum orthodoxus antistes Paulus successisset, ab eo tempore usque in praesentem diem Syri Jacobitae coeperunt suos habere in Mesopotamia et Syria patriarchas, ab iis, qui Paulum antedictum exceperunt, diversos.

Centum fere post annis alia in eodem patriarchatu facta est inter Syros Maronitas et Melchitas divisio, quae ad nostram durat aetatem. Nam qui Syriam et Phoeniciam sub uno eodemque patriarcha constituti incolebant, in duas civiles sub saracenici imperii exordia factiones scissi sunt, quorum alii, qui imperatori Constantinopolitano parebant, Syro vocabulo Melchitae, id est regii seu imperiales, dicti fuere; alii, qui, imperatoris jugo excusso, proprium sibi ducem creantes

[1] Socratis historia ecclesiastica lib. I. c. 20. Cf. Migne, Patr. Gr. tom. 67.

Phoeniciam maritimam et mediterraneam obtinuerunt, Mardaitae, i. e. rebelles, sunt appellati. Istis postea Maronitarum nomen impositum, quod, Theophane communi utriusque gentis patriarcha defuncto Joannem e celebri Sancti Maronis ad Orontem fluvium posito monasterio praesulem sibi crearunt, cujus tempore Mardaitarum nomen in Maronitas transiit. Id anno Christi 685 accidit. Memoratae autem illius factionis initia ad annum circiter Christi 622, qui primus saracenici imperii est, referenda sunt. Primi Mardaitarum duces fuere Josephus et Chosroes, a quo Chosroene regio est dicta, quam nunc Chesroanam appellamus. His successere Jobus et Elias, qui Heraclio imperatori adversus Persas a. 628 in Syria pugnanti suppetias tulit. Eliam Josephus et hunc Joannes excepit, qui a. 675 et sequenti, profligatis Arabibus, totum terrarum tractum ab Hierosolymis ad fines Antiochiae occupavit.

Quae igitur una fuerat totique orienti imperaverat patriarchalis Antiochena sedes, in quinque capita saec. 7. scissa est; nam unaquaeque christiana gens proprium sibi constituit praesulem, Melchitae scilicet, Maronitae, Jacobitae, Nestoriani et Armeni, quibus et saec. 12. sextus accessit latinorum patriarcha. Quum enim latini seu Franci Terram Sanctam et Syriam obtinuissent, anno Christi 1100 primum sibi latini ritus patriarcham Bernardum a Summo Pontifice praeficiendum curarunt, et quamvis centum sexaginta octo post annis e Syria excedere a Saracenis compulsi sunt, titularem tamen Antiochiae patriarcham ad hanc usque diem retinent.

2. Catalogus provinciarum et dioecesium sub patriarcha Antiocheno.

Patriarchatui Antiocheno Carolus a Sancto Paulo hasce 13 provincias adsignat: Syriam primam, Syriam secundam, Theodoriadem, Ciliciam primam, Ciliciam secundam, Isauriam, Euphratensem, Osrhoenam, Mesopotamiam, Phoeniciam primam, Phoeniciam secundam, Arabiam et Cyprum insulam.

In Syria prima fuerunt hac dioeceses: Antiochia, Seleucia Pieria, Berroea vulgo Aleppo, Chalcis, Onosarta vel potius Anasarta, Gabbus. Quibus ab Holstenio etiam alia additur, dicta Paltus, quam Carolus a Sancto Paulo minus recte in Theodoriade poni existimat.

In Syria secunda: Apamea ad Orontem fluvium, Arethusa, Epiphania, Larissa, Mariana vel Mariamne, Raphanaea, Seleucia juxta Belum alias Seleucobelus.

In Theodoriade: Laodicea, Gabala, Paltos, Balanaea.

In Euphratesia seu Commagene: Hierapolis, Cyrrhus, Samosata, Doliche, Germanicia, Zeugma, Perre alias corrupte lecta Perga, et Pella et Peria, ut Holstenius animadvertit, Europus alias Amphipolis et Thapsacum, Urima, Caesarea alias Neocaesarea Euphratensis vocitata, Sergiopolis, Sura, Marianopolis, quam nonnulli in Syria secunda ponunt.

In Osrhoena seu Mesopotamia inferiore: Edessa, Carrae, Circesia alias Circesium, Nicephorium, Bathnae, Callinicus alias Leontopolis, Marcopolis, Himeria, Dausara.

In Mesopotamia superiore: Amida nunc vulgo Diarbekir, Nisibis, Rhesina, Martyropolis, Caschara. Hisce ab Holstenio adduntur duae, Cepha et Mnisus seu Miniza.

In Phoenicia prima: Tyrus, Sidon, Ptolemais, Berytus, Byblus, Tripolis, Area, Orthosias, Botrus, Aradus, Antaradus, Porphyrium, Paneas alias Caesarea Philippi, Sycaminum.

In Phoenicia Libani: Damascus, Laodicea scabiosa, Abyla, Heliopolis, Jabruda, Palmyra, Emesa, Danaba, Alais, Euaria al. Euroia al. Justinianopolis, Comoara, Corada, Sarracene sive Sarracenorum civitas, quae potius ad Arabiam pertinet. Holstenius addit Arlanam.

In Cypro: Constantia seu Constantina, Citium, Amathus, Curium, Paphos, Arsinoë, Lapithus, Thamassus, Chytrus, Tremithus, Soli, Ledra, Tiberiopolis. Holstenius Carteriopolim addit et Carpasiam.

## II. Vicariatus apostolicus Aleppensis.

A. 1762 Syria, Cypro, Aegypto, Arabia a vicariatu patriarchali Constantinopolitano sejunctis, vicariatus apostolicus Aleppensis formatus est.

Primus vicarius apostolicus P. Arnoldus Bassu fuit e congregatione missionis S. Vincentii a Paulo (obiit in Gallia). Successor a. 1817 demum nominatus est ex eadem congregatione P. Gandolfi, quem deinceps ad nostros usque dies decem vicarii apostolici secuti sunt.

A vicariatu Aleppensi a. 1838 Arabia et Aegyptus ad constituendum vicariatum novum decisae sunt; a. 1848 Palaestina quoque cum Cypro insula novo patriarchatui latino Hierosolymitano concessa est.

Ambitus: Ab anno igitur 1848 vicariatus apostolicus Aleppensis Syriam propriam et eam Asiae minoris partem includit, quae a sinu Attalico in Pamphylia (Adalia) inter Taurum montem et mare Mediterraneum usque ad Euphratem protenditur, maxime igitur urbes Mersinam, Tarsum, Adanam, Merasch (Germaniciam), Aintab.

Incolae: catholic. latinorum numerantur ca. 3000.

Stationes: Primariae stationes sunt hae 15: Aintab (5), Akbes (305), Aleppum (600), Alexandriola sive Alexandretta (95), Antiochia (20), Berytus (860), Damascus (150), Jenige-Kale (500), Kenaie (227), Laodicea vulgo Latakijeh (69), Germanicia nunc Merasch (178), Mersina (259), Sidon (192), Tyrus (76), Tripoli (53); secundariae porro stationes adsunt 9: Adana, Bailan, Donkale (150), Jacobie (30), Mugiukdervesi (70), Nisib, Tarsus (12), Taryak, Tripoli (ad litus maritimum).

Scholae: Seminarium duplex Beryti dirigitur a sacerdotibus societatis Jesu: seminarium majus, in quo philosophiae et theologiae operam dant alumni 20, seminarium minus cum alumnis 45, qui graecam, la-

tinam, arabicam, gallicam docentur linguas. Scholae elementares 280, in 218 scholis instruuntur pueri 7994, in aliis 62 puellae 7302.

Universitas cum instituto medico, cujus regimen item ad Jesuitas spectat, discipulos internos habet 345, externos 325. Collegia puerorum adsunt 4 cum discipulis internis et externis 740, collegia puellarum 8 cum internis et externis 934.

Instituta charitatis: Orphanotrophia 8, e quibus unum puerorum 125, septem puellarum 396; brephotrophia 4, quae 125 pueros et 40 puellas continent. Pharmaciae cum gratuita medicamentorum distributione 9.

Syriae delegatio apostolica sub vicario apostolico Aleppino Gandolfi erecta est, a quo etiam tempore vicarii apostolici Aleppenses munere delegatorum Syriae funguntur. Ut a vicariatu ita a delegatione a. 1838 Arabia et Aegyptus decisae sunt, attamen a. 1848 Palaestina intra ambitum delegationis relicta est.

Ambitus: Fines delegationis apostolicae Syriae vicariatum apostolicum Aleppensem atque patriarchatum Hierosolymitanum latinorum comprehendunt.

### Missio fratrum Minorum de observantia e custodia Terrae Sanctae.

Minores S. Francisci primi in Syria missionarii erant, quippe qui tempore jam S. Patris Seraphici eo se contulerant. Conventum nunc habent Aleppi inde a medio saec. 16. et hospitia 12: Aintab, Beryti, Damasci (a tribus saeculis), Harissae, Jenige-Kale, Kenaie, Laodiceae (Latakijeh, ab a. 1719), Germaniciae (Merasch, ab a. 1866), Sidone (Saida, ab a. 1620), Tyri (Sur, ab a. 1630), Tripoli (2 hospitia). Numerus Franciscalium 56, sacerdotum 30.

### Praefectura apostolica Lazaristarum (seu presbyterorum e congregatione Missionis) in Syria.

Suppressa saeculo superiore societate Jesu a. 1784 Lazaristae in Syria quoque missionem Jesuitarum adierunt. Haec ab initio partem missionis Lazaristarum constituebat, anno autem 1833 ab illa exemta et in praefecturam propriam constituta est cum stationibus Tripolis, Damasci, Aleppi, Anturae, Eden.

Ex catalogo Lazaristarum a. 1881 haec praefectura apostolica Syriae stationes habuit: 1) Beryti. Missio ab a. 1844; sacerdotes 4, fratres laici 4. 2) Anturae. Collegium ab a. 1784; sacerdotes 7, fratres laici 4. 3) Damasci. Missio cum scholis ab a. 1784; sacerdotes 4, frater laicus 1. 4) Tripoli. Missio ab a. 1784; operarii 5. 5) Aleppi ab a. 1784. Akbes. Missio ab a. 1870; sacerdotes 2, fratres laici 3. 6) Alexandriae in Aegypto. Collegium ab a. 1844.

Ex libro „Missiones catholicae“ Romae a. 1888 hae sunt stationes praesentes: Akbes, Aleppum, Antura, Berytus, Damascus, Tayak, Tripoli. Anturae collegium habetur 170 adolescentium; Tripoli hospitium; Damasci, Beryti, Akbes scholae. Lazaristae erant 43, in his sacerdotes 25.

### Praefectura Carmelitarum discalceatorum in Syria.

Carmelitae in Syria jam sunt medio saec. 17. Missionis status a. 1878 (ex relatione praefecti apostolici fr. Joannis Aloysii a S. Teresia d. d. 30. Sept. 1878): Praefectura Syriae 4 habebat conventus in oppidis Bisaraia (Bscherreh), Tripoli, Kubayat, Alexandretta (seu Alexandria ad Issum). Conventus Bisaraiae existit ab a. 1643, Tripolitanus ab a. 1645; conventus Kubayat a. 1828, Alexandrettinus a. 1858 stabilitus est.

Eodem a. 1878 incolae erant in Bscherreh: 6000 Maronitarum; Tripoli: 1000 Maronitae, 50 latini, 17 000 muhametanorum, 6000 graecorum schismaticorum, 30 judaei, 20 graeci catholici, aliquot protestantes; hieme accedunt circiter 6000 Maronitarum, qui a Libano in urbem descendere solent. Alexandrettae: 4000 graecorum schismaticorum, 1000 muhametani, 300 latini, aliquot Armeni et graeci catholici. Alexandrettae paroecia erat omnibus simul ritibus addicta. Numerus omnium in missione Carmelitarum 10. Sedes praefecti apostolici: Tripolis.

Hodierna missionis conditio („Missiones catholicae“ 1888): Paroecia Alexandrettae; hospitia in Bailan (ab a. 1885), Tripoli, Bisaraia (Bscherreh), Kubayat. Carmelitae 12, sacerdotes 6.

### Missio societatis Jesu in Syria.

Auctore Summo Pontifice Clemente VIII. a. 1596 inter Maronitas Libani montis missio inchoata est a patribus societatis Jesu Hieronymo Dandin et Fab. Brun, quae missio ad suppressionem usque societatis continuata est.

Anno dein 1831 Maximus Mazlum, archiepiscopus Myrensis, a Gregorio XVI. facultatem impetravit, ut Paulum Riccadonna et Benedictum Planchet et fratrem laicum Joannem Henze artis medicae peritissimum secum in orientem seminarii aperiendi causa deduceret. Principium positum est in Ain-traz, quod cum ob varias rationes non ita succederet, superiorum nutu ad missionem in Libano inchoandam se receperunt, duasque residentias Bikfaïa et Maallaqueh-el-Zahleh erexerunt. His postea additae sunt residentiae Berytensis et Sidoniensis seminariumque orientale Ghazirense (nunc Beryti), item domicilia Deir-el-Quamar, Aleppi (1874), Damasci (1872). Missio haec. a. 1844 concredita est provinciae S. J. Lugdunensi. A. 1882 a missionariis S. J. in Syria duae stationes novae constitutae sunt Emesae (Homs) et in Auranitide (Hauran), quae est regio ab austro Damasci patriaque Drusorum, inter quos multi Graeci habitant sparsi. Majore urbe deficiente in vicis Khabab, Tibny, Nedscheran, El-Hit scholae erectae sunt.

Missionarii Jesuitae in hac missione numerabantur a. 1882—1883: sacerdotes 57, clerici (scholastici) 27, coadjutores laici 50; qui Beryti, Damasci, Aleppi, Zahleh, Sidone, Ghazir, Bacasfaiae (Bikfaïa), Emesae atque in Auranitide constituti erant.

Instituta scholaria: Instructio elementaris et gratuita sub directione missionariorum traditur a 40 institutoribus saecularibus (laicis) in 40 scholis puerorum et a 48 institutricibus (indigenis) iu 27 scholis puellarum, ita ut universim plus quam 350 utriusque sexus pueri in 67 scholis beneficio instructionis christianae fruantur.

Instructio superior. Universitas. Seminarium orientale. Collegium S. Joseph, quod Ghazir in Libano ab a. 1846 florebat, a. 1875 mandato Congregationis de propaganda fide Berytum est translatum et a Summo Pontifice Leone XIII. d. 25. Febr. 1881 in universitatem catholicam erectum jure conferendorum graduum academicorum et philosophiae ac theologiae doctoratus praeditum est. Universitati seminarium rituum orientalium adnexum est. Ghazirense quondam collegium et seminarium residentia missionariorum cum novitiatu et schola evasit.

Typographia catholica linguarum orientalium. Typographia duabus e causis maxime necessaria erat, ut et libri ad usum scholarem apti procurarentur et bonis scriptis publicatis instructio et cultura populi moralis ac religiosa promoveretur. Huic etiam fini inservit folium hebdomadarium arabicum „El Baschir" i. e. nuntius.

**Praefectura apostolica Capucinorum in Syria.**

Missio Syriaca Capucinorum coepta est a. 1627. Praesente tempore paroeciae Beryti, Mersinae, Antiochiae et hospitia Aleppi, Ghazir, Abey (Abeih, vicus in Aklim et Ghurb), Salimae (Sulimae in El-Metn), Antiochiae, Mersinae. Numerantur Capucini 15, sacerdotes 12.

## III. Archidioecesis Babyloniensis latinorum.

Babyloniensis dioecesis ab Urbano VIII. a. 1638 erecta et P. Bernardo a S. Teresia ordinis Carmelitarum discalceatorum e Gallia, qui eodem anno Romae consecratus est, primo episcopo demandata est una cum munere vicarii apostolici Ispahanensis et visitatoris apostolici Ctesiphontis.

Sed mahumetanorum intolerantia neque episcopus ipse, neque ejus successores Bagdadi residere permissi sunt, quare in conventu Carmelitarum Ispahani habitabant. Primus Bagdadi sedem fixit episcopus Emmanuel Baillet (1742—1773). A. 1848 dioecesis quae fuerat Babyloniensis archidioecesis creata est; archiepiscopus autem Laurentius Trioche, qui jam ab a. 1837 sedem Babyloniensem tenuerat, a. 1857 ab obligatione residendi dispensatus, eandem administratoribus regendam reliquit, donec a. 1887 mortuus est successoremque habuit Henricum Altmayer, antea archiepiscopum titularem Chalcidensem et administratorem ejusdem archidioecesis Babyloniensis.

Ambitus: Archidioecesis Babyloniensis vi instructionis d. d. 16. Nov. 1783 Assyriam, Mesopotamiam, Mausilium, Amidam, eandem igitur regionem comprehendit, in qua missiones seu praefecturae apostolicae tres: Bagdadensis, Mausiliensis, Mardinensis inveniuntur.

Synopsis archidioeceseos Babyloniensis.

| Praefecturae apostolicae. | Catholici latini. | Sacerdotes latini. |
|---|---|---|
| Praefectura apostolica Bagdad . . | ca. 200 | 6 (Carmelitae) |
| „ „ Mausilii . | ? | 16 (Dominicani) |
| „ „ Mardini. . | 1 413 | 11 (Capucini et sac. saec.) |
| Archidioecesis Babyloniensis | ca. 1 600 | 33 |

**a. Praefectura apostolica Carmelitarum Bagdadensis.**

Missio Carmelitarum Bagdadi fundatorem habuit a. 1721 Josephum Mariam a Jesu Carmelitam discalceatum Gallum, cui in munere provicarii successit a. 1735 Emmanuel a S. Alberto (Baillet), postea (1742) episcopus Babyloniensis creatus.

Missio Bassorensis (Bassorah) praefecturae Bagdadensis a. 1623 a P. Basilio de S. Francisco inchoata est Lusitano, qui maxime convertendis christianis S. Joannis seu Sabaeis (Subbas), quorum magnus circa Bassoram tunc erat numerus, operam dabat, quique hospitium adhuc existens et ecclesiam B. Mariae de Remediis aedificavit.

Ambitus: Praefectura apostolica Bagdadensis regioni Irak Arabi commensuratur. Stationes primariae sunt: Bagdadum, Bassorah, Amara.

Incolae: Catholici latini numerantur ca. 200. Aliorum rituum catholici adesse aestimantur 3000 vel 3800. Universa stationum populatio ca. 114 000 hominum est.

Clerus: sacerdotes Carmelitae 6; sacerdotes Syri 4; sacerdotes Chaldaei 5, sacerdos Armenus 1; sacerdos Melchita 1.

Ecclesiae: Carmelitarum sunt ecclesiae 2, Bagdadi una, altera Bassorae; Syrorum, Chaldaeorum, Armenorum singulae sunt ecclesiae; Graecorum sacellum parvum; sororum a praesentatione Turonensium oratorium unum.

Praeterea sorores Turonenses (numero 9) asylum puellarum ac puerorum parvulorum habent cum parvulis ca. 250.

### b. Praefectura apostolica Patrum ordinis Praedicatorum Mausiliensis.

Missio ordinis S. Dominici Mausiliensis a. 1750 initium habuit. Sacerdos Chaldaeus, Kas Khéder nomine, qui ob vexationes a Nestorianis inflictas fugere coactus erat, Romam profectus a Benedicto XIV. Papa missionarios pro Nestorianis expetiit. Duos impetravit Patres O. P. Italos, Franciscum Turiani et Dominicum Codeleoncini provinciae Romanae. Quum ab a. 1815 ad a. 1841 missio caruisset missionariis, negotium Dominicanis Gallis demandatum et ab iis a. 1856 denuo susceptum est. Propraefectus primus P. Besson fuit, qui institutor missionis gallicae inter Nestorianos merito habetur.

Ambitus: Praefectura apostolica Dominicanorum Mausiliensis continet provincias (Vilajet) Mosul, Hakkiari, Wan, Bitlis partemque provinciae Diarbekir (Amida); per septem dioeceses Chaldaeorum: Sertensem, Jazirensem, Zachuensem, Amadiensem, Akrensem (Akereh), Mausiliensem, Corcurensem (Kerkuk), et per duas Syrorum dioeceses Jazirensem et Mausiliensem, denique per Armenorum catholicorum dioecesim Muscensem patet. Dominicanorum sex in ea sunt domicilia, duo scil. in provincia Mausiliensi, Mausilii altera, altera in Mar Jacub, et singula domicilia in provinciis Hakkiari, Wan, Bitlis, Diarbekir, quae sunt Amadiae, Vanae, Sertae, Jazirae.

Incolae: In tota praefectura apostolica degunt Chaldaeorum 30 000, Syrorum 5020, Armenorum 4000, Nestorianorum 49 000, Armenorum schismaticorum 270 000, protestantium 1350.

Sacerdotes: 16, Frater laicus: 1,

Ecclesia[1]: 1, Sacella: 5, Oratoria: 2.

Seminarium[2]: 1.

Scholae: puerorum 33, puellarum 9.

Orphanotrophium: 1,

Nosocomium: 1, Pharmaciae: 3.

Typographia: 1.

Sorores a praesentatione Turonenses: 12.

### c. Praefectura apostolica Mardensis Capucinorum.

Ad descriptionem praefecturae apostolicae Capucinorum Mardensis componendam duae suppetunt relationes, prior a missionario Mardensi P. Joanne Antonio a Milano ad Congregationem de propaganda fide transmissa statum a. 1886 exhibet; altera a P. Moyse ab Aurelia, viceprocuratore generali Capucinorum, foliis hebdomadariis „Les Missions catholiques" a. 1888 communicata est.

Ambitus: Praefectura apostolica Mardensis, quae praefectura apostolica Mesopotamiae et Armeniae secundae quandoque nominatur, protenditur per provincias (Vilajet) Kurdistan et Maamaret-el-Aziz (Mezireh), porro per provinciam Edessae (Orfa) et districtum Rasenae (Ras-el-Ain); Mesopotamiam igitur superiorem et Armeniam secundam complectitur. Ad austro-orientem confinis est missioni Dominicanorum Mausiliensi, ad aquilonem missioni Capucinorum Trapezuntinae, ad aquilo-occidentem missioni Jesuitarum Armeniae minoris, ad occidentem missioni Anatoliae Franciscanorum Terrae Sanctae. Septem, quibus dividitur, sectionum sive districtuum centra sunt: Amida (Carcathiocerta, Diarbekir), Marde (Mardin), Baker-Maaden, Mezireh, Melitene (Malatia), Edessa (Orfa), Rasena (Ras-el-Ain).

Incolae praefecturae Mardensis secundum confessiones religiosas recensiti (1886).

| Districtus. | Catholici. | | | | | Schismatici. | | | Protestantes. | Judaei. | Mahumetani. | Jazidae. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | Latini. | Syri. | Chaldaei. | Armeni. | Melchitae. | Jacobitae. | Armeni Gregor. | Photiani. | | | | |
| Diarbekir . . . . . . | 24 | 460 | 1 900 | 2 200 | 120 | 8 000 | 38 700 | 800 | 3 000 | 150 | 176 000 | — |
| Mardin . . . . . . . | 34 | 2 700 | 600 | 5 000 | — | 51 500 | — | — | 2 600 | 300 | 130 000 | 800 |
| Baker-Maaden . . . . | — | — | — | 500 | — | — | 3 000 | 1 500 | 800 | — | 86 000 | — |
| Mezireh . . . . . . | 905 | — | — | 1 695 | — | 400 | 61 970 | 1 000 | 3 600 | — | 150 000 | — |
| Malatia . . . . . . . | 185 | 100 | — | 1 600 | — | 600 | 13 000 | — | 400 | — | 120 000 | — |
| Orfa . . . . . . . . | 265 | 50 | — | 1 185 | — | 4 000 | 15 000 | — | 2 500 | 600 | 110 000 | — |
| Ras-el-Ain . . . . . | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | 2 800 |
| Summa | 1 413 | 3 310 | 2 500 | 12 480 | 120 | 64 500 | 131 670 | 3 300 | 12 900 | 1 050 | 772 000 | 2 800 |

[1] Mausilii 8 ecclesiae catholicae sunt: 1) Ecclesia latina Dominicanorum S. Dominico et S. Hyacintho dedicata; 2) ecclesia Chaldaeorum patriarchalis Mesquinta; 3) ecclesia Chaldaeorum Chimoun Al-Cepha; 4) ecclesia Chaldaeorum Mar Jurgis (Mar Ghorgis, Mar Guorguis); 5) ecclesia Chaldaeorum Mar Echaia; 6) ecclesia Syrorum cathedralis Immaculatae Conceptionis; 7) ecclesia Syrorum Tahira; 8) ecclesia Syrorum S. Thomae apostoli.

[2] De seminario et scholis missionariorum cf „Die katholischen Missionen", 1888, p. 150 sq.

Status praefecturae Mardensis a. 1886.

| Stationes. | Paroeciae latinae. | Missionarii. | | | | | | Residentiae. | Ecclesiae. | Sacella. | Confraternitates tertii ordinis. | Domus sororum. | Coemeteria. | Scholae | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | Patres. | Fratres laici. | Tertiarii. | Sacerdotes saeculares. | Sorores Franciscanae. | Sorores postulantes. | | | | | | | puerorum. | | | | puellarum. | | | |
| | | | | | | | | | | | | | | Scholae. | Magistri saecular. | Discipuli. | Orphani. | Scholae. | Magistrae saecular. | Puellae. | Orphanae. |
| Diarbekir . . | 1 | 1 | 1 | — | 1 | 4 | 1 | 1 | 1 | — | — | 1 | 1 | 1 | 1 | 65 | — | 3 | 3 | 210 | 1 |
| Mardin . . . | 1 | 3 | 1 | — | — | 5 | 1 | 1 | 1 | 4 | 1 | 1 | 1 | 3 | 3 | 203 | — | 3 | 3 | 300 | 1 |
| Mezireh . . . | 1 | 3 | 1 | — | — | — | — | 1 | 1 | — | — | — | 1 | 1 | 1 | 35 | — | — | — | — | — |
| Malatia . . . | 1 | 1 | 1 | 1 | — | — | 1 | 1 | 1 | 1 | — | — | 1 | 3 | 3 | 183 | 1 | — | — | — | 1 |
| Orfa . . . . | 1 | 2 | — | 1 | — | 3 | 1 | 1 | 1 | 1 | — | 1 | 1 | 2 | 1 | 60 | — | 2 | 1 | 70 | — |
| Karput . . . | — | — | — | — | — | — | — | — | — | 1 | — | — | 1 | 1 | — | — | — | — | — | — | — |
| Hussenik . . . | — | — | — | — | — | — | — | — | — | 1 | — | — | 1 | 1 | 1 | 110 | — | — | — | — | — |
| Sussuri . . . | — | — | — | — | — | — | — | — | — | 1 | — | — | 1 | 1 | — | — | — | — | — | — | — |
| Koilu . . . . | — | — | — | — | — | — | — | — | — | 1 | — | — | 1 | 1 | 1 | 80 | — | — | — | — | — |
| Bisbischian . . | — | — | — | — | — | — | — | — | — | 1 | — | — | 1 | 1 | 1 | 80 | — | — | — | — | — |

Notanda ad hunc elenchum. 1) Inter duodecim sorores Franciscanas, quae a praefectura apostolica sustentantur, duae sunt indigenae, item quattuor postulantes. 2) Paroecia Edessa (Orfa) e Chaldaeis, graecis, Maronitis proprio sacerdote carentibus coalescit. 3) Schola puerorum Carputensis a. 1886 ob vexationes illatas clausa erat, itemque schola in Sussuri. 4) Scholae, quae sunt in Hussenik et Bisbischian, ambae sunt mixtae. 5) Conversiones numeratae sunt 52, in quo numero non includuntur eae, quas clerus indigena operatus est.

Statum vero missionis, qui a. 1888 fuit, haec altera relatio exhibet:

a) Residentiae missionariorum: 1) Marde ab a. 1841, sedes praefecti apostolici, missionarii 3, sorores Franciscanae 5. 2) Amida ab a. 1667, missionarii 2, sorores Franciscanae 2. 3) Edessa ab a. 1841, missionarii 2, tertiarius 1, sorores Franciscanae 3. 4) Mezireh ab a. 1867, missionarii 4, sacella et hospitia succursalia 5, quae sunt in Karput, Koilu, Bisbischian, Sussuri, Hussenik. 5) Melitene ab a. 1867, missionarii 2, tertiarius 1, hospitium succursale in Anzur.

b) Scholae missionis: scholae puerorum 11 cum 630 pueris, magistri indigenae 14; scholae puellarum 10 sub directione sororum S. Francisci cum 660 puellis. Disciplinae, quae traduntur, sunt: catechismus, arithmetica, geographia, historia ecclesiastica et profana, linguae: arabica, turcica, armeniaca, gallica, italica, latina.

## IV. Dioecesis Ispahanensis latinorum et praefectura apostolica Patrum Missionis in Persia.

Carmelitae discalceati a Papa Clemente VIII. a. 1604 in Persiam missi tam prospere egerunt, ut fundata paulo post S. Congregatione de propaganda fide florens jam coetus christianus inveniretur utque idem Urbanus VIII. a. 1629 episcopatum latinum Ispahanensem erigere posset, cujus primus episcopus Joannes Thaddaeus ordinis Carmelitarum discalceatorum creatus est. Post fundatam a. 1638 dioecesin Babyloniensem ambae dioeceses ab uno episcopo administrabantur usque ad a. 1693. Ecclesiae autem persecutione a. 1712 a patriarcha armeniaco Etschmiadzinensi excitata dioecesis Ispahanensis adeo afflicta est, ut non longe ab interitu abesset.

Cum a. 1826 P. Boré e congregatione Missionis (Lazaristarum) dioecesi destitutae constitutis Tauride, Ispahani, Salmas, Urmiae scholis subvenisset, missio a. 1840 eidem congregationi tradita est.

A. 1840 dioecesis Ispahanensis a Sancta Sede suffraganea archidioecesis Babyloniensis declarata est, quae subordinatio a. 1874 iterum sublata est, simulque Augustinus Clusel, episcopus titularis Heracleae et delegatus apostolicus Persiae, administrator ejus renuntiatus est; cui defuncto Jacobus Thomas, episcopus titularis Adrianopolis, successit electus d. 4. Maji 1883.

Ambitus: Dioecesis Ispahanensis per totum Persiae regnum extenditur.

Incolae: Omnium, qui Persiam incolunt hominum numerus est 7 653 600. In his mahumetanorum sunt 6 560 000, Parsorum 8000, judaeorum 19 000, Armenorum 33 000, Nestorianorum et Chaldaeorum 23 000, catholici latini ca. 150.

Clerus: sacerdotes latini 11 cum 1 fratre laico, omnes e congregatione Lazaristarum.

Stationes: Urmia (1841), Khosrowa (1841), Teheran (1862), Tauris.

Sorores Vincentinae: 20.

## Caput decimum septimum.

# Patriarchatus Hierosolymitanus.

„Terram ingredior, ait Optatus lib. 6, ubi secundum hominem natus est Christus, ubi ejus sancta sunt impressa vestigia, ubi ambulaverunt adorandi pedes, ubi ab ipso factae sunt tot et tantae virtutes, et ubi eum sunt tot apostoli comitati."

1. Palaestina divisa olim fuit et habitata septem populis Chanaan: Amorrhaeis, Chananaeis, Gergesaeis, Hetthaeis, Hevaeis, Jebusaeis et Pherezaeis. Istis pulsis duodecim tribus Israel eam armis occuparunt jussu et ope divina. Iisque partim trans Jordanem fluvium, partim cis eum sedes assignatae sunt; trans Jordanem: Ruben, Gad et Manasse, cis Jordanem: Juda, Benjamin, Simeon, Ephraim, Dan, Aser, Isaschar, Zabulon et Nephtalim [1].

Post defectionem 10 tribuum a domo Davidis duo in hac gente exstiterunt regna, Judae et Israëlis, quorum illud sedem regiam Hierosolyma, hoc vero Samariam potissimum habuit.

Romanis graecisque scriptoribus Palaestina dividebatur in Idumaeam, Judaeam, Samariam, Galilaeam.

Claudebatur a septentrione Phoenice, ab ortu Coelesyria, a meridie Arabia Petraea, ab occasu ejusdem Arabiae parte et mari Syriaco seu Mediterraneo.

2. Hierosolyma, Jerusalem, olim Solyma et Salem dicta, longe clarissima urbium orientis, non Judaeae modo; urbs sancta novique foederis prima ecclesia, quam Christus perennis sacrificii sanctione ac prima oblatione sacravit et in qua voluit apostolos suos illapsu Spiritus Sancti linguas omnium gentium edoctos opus evangelicae praedicationis ordiri.

[1] Palaestina in duodecim tribus gentis Israëliticae ita fuit divisa, ut per Jordanem distinguerentur in orientales duas cum dimidia et occidentales novem cum dimidia. Orientales trans Jordanem erant: tribus Ruben ad mare Mortuum in parte australi; tribus Gad inde versus septentrionem huic habitabat contigua; et inde porro versus septentrionem dimidia tribus Manasse. Cis Jordanem reliquae incoluerunt tribus, eaedemque sunt occidentales. Versus septentrionem extremas hujus terrae regiones, ad ripas Jordanis, ubi is primum scaturit, ad mare usque Galilaeum possedit, tribus Nephtalim; huic inde versus austrum ad litora maris Galilaei contigua erat Zabulon tribus; cui iterum versus meridiem contermina fuit tribus Isaschar; quam secuta dimidia tribus Manasse: indeque Ephraim tribus; ac porro tribus Benjamin ad partem maris Mortui pertingens; cui confinis erat Juda tribus, inter mare Mortuum et tribum Simeon incolens. Tenebat enim Simeon tribus Palaestinae partes australes inter Judam et Philistaeos. At Dan tribus versus septentrionem Simeoni contigua erat, inter eandem, partem Judae, Benjamin et Philistaeos interjacens. At tribus Aser superioris Galilaeae partem inter tribum Nephtalim et Phoenices incoluit, quos ex munitis urbibus maritimis ejicere non valuit.

Attamen juxta traditiones veterum et documenta historica, Hierosolymitana ecclesia usque ad tempora Justiniani Augusti episcopum habuit nulla vel modica dignitatis praerogativa gaudentem.

Concilio vero Chalcedonensi a. 451 patriarchatus Hierosolymitanus constitutus est.

Recuperatis a Godefredo duce Bullionis Hierosolymis a. 1099 patriarcha latinus est creatus; patriarcha graecus ultimus eodem anno, quo urbs expugnata est, in Cypro insula obiit.

3. Patriarchatus graecus Hierosolymitanus, qui ex patriarchatu Antiocheno desumtus tres habuit provincias jurisdictionis suae limitibus adsignatas, quae in antiquis monumentis ecclesiasticis, ad modum civilis descriptionis imperii Romani, plerumque Palaestina prima, secunda et tertia dicuntur. In his tribus provinciis a Carolo a Sancto Paulo 47 circiter antiquae dioeceses numerantur:

*In Palaestina prima:*

1) Hierosolyma, urbs sancta; 2) Caesarea, ubi Paulus apostolus in vinculis egit biennium; 3) Dora, ad litus maris Mediterranei, Caesaream inter et Carmelum montem; 4) Antipatris, in campo qui dicitur Capharsaba; 5) Diospolis, in scripturis sacris vocata Lydda; hic paralyticum verbo sanavit Petrus apostolus; 6) Jamnia, oppidum medio prope intervallo situm inter Joppen et Geth Philistinorum; Petrus apostolus Tabitham defunctam hic in vitam revocavit, unde a Cornelio centurione Caesaream evocatus est; 7) Nicopolis, quae est Emmaus, oppidum nobilitatum facto Salvatoris, quo se discipulis duobus aperuit; 8) Sozusa; 9) Majuma; 10) Joppe, in tribu Dan, urbs maritima; 11) Ascalon; 12) Gaza; 13) Rhaphia, urbs sita in tractu maritimo; 14) Anthedon, urbs sita ad mare, vicina Gazae; 15) Eleutheropolis, olim locus quidam circa Hebronem; 16) Neapolis vel Sichem; 17) Elia; 18) Sebaste vulgo Samaria; 19) Petra; 20) Hiericho, Hierichus, ubi Christus Zachaeum publicanum suscepit et caeco visum restituit; 21) Livias; 22) Azotus; 23) Zabulon; 24) Aracla alias Heraclea, in limitibus Phoeniciae; 25) Baschat, quam Holstenius eamdem ac Bacathum in Arabia Philadelphiae fuisse putat; 26) Archelais. Holstenius tres alias dioeceses in Palaestina prima invenit, nempe Sycamazona, Gerara et alteram Lyddam a Diospoli ante memorata distinctam.

*In Palaestina secunda:*

1) Scythopolis, civitas praeclara et metropolis secundae Palaestinae, medio milliario a Jordane tantum distans, in satis grata planitie sita; 2) Pella; 3) Caparcotia alias Caparnaum, ad mare Galilaeum urbs, quae, quod Christus praedixerat, hodie in ruinis jacet; 4) Gadara; 5) Capitolias; 6) Maximinianopolis; 7) Tiberias, ad mare Galilaeum; 8) Menuith, urbs secundum Le Quien prope Gazam in Palaestina prima; 9) Hippus; 10) Amathus.

*In Palaestina tertia:*

1) Petra, metropolis tertiae Palaestinae, civitas in monte sublimi ad fines Moab; 2) Augustopolis; 3) Arindela; 4) Arad, 5) Ariopolis; 6) Elusa; 7) Zoara vel Segor; 8) Sodoma; 9) Phenon, quam Holstenius provinciae Arabiae Philadelphiae adsignat; 10) Pharan; 11) Aila, urbs juxta mare rubrum.

4. Patriarchatui latinorum Hierosolymitano quattuor suberant sedes metropolitanae: 1) Tyrus cum suffraganeis: Ptolemaide, Sidone, Beryto, Paneade (Caesarea Philippi); 2) Caesarea Palaestina cum sede suffraganea Sebaste; 3) Nazareth cum dioecesi suffraganea Tiberiade; 4) Petra (Kerek) cum suffraganea montis Sinai. Episcopi Bethlehemensis, Hebronensis, Lyddensis patriarchae Hierosolymitano immediate suffraganei erant.

Interruptam dein per septem saecula patriarcharum ecclesiae latinae Hierosolymitanorum seriem Pius IX. a. 1847 restituit.

Ab hoc anno nova rei ecclesiasticae in Palaestina incrementa fieri coeperunt. Joseph Valerga, qui patriarchatum susceperat, seminario fundato ad clerum indigenam efformandum adlaborabat. Ad duodecim, quae fuerant, paroecias paulatim viginti fere novae additae sunt, Graecorum conversorum numero maxime constitutae. Novae familiae religiosae in Terram Sanctam advenerunt, quae juventuti informandae praecipue operam darent, velut sorores a S. Joseph, sorores a Nazareth, sorores a Domina nostra de Sion, fratres a doctrina christiana. P. Alphonsus Maria Ratisbonne, neophytus ille celeberrimus, cum presbyteris suis e domo „Ecce Homo" apostolatum exercebat; Dom Belloni magnum illud Bethlehemi orphanotrophium instituit; fratres S. Joannis de Deo (seu fratres misericordiae) e Bavaria coloniam Nazarethum deduxerunt. Neque ordines contemplativi aberant; moniales S. Mariae a monte Carmelo in monte Olivet et Bethlehem, moniales S. Clarae Nazareth consederunt. Ita Minores S. Francisci, quibus solis eo usque cura animarum incubuerat, potens acceperunt auxilium.

Ambitus: Patriarchatus Hierosolymitanus latinorum Palaestinam et Cyprum insulam in Issico sinu comprehendit.

Incolae: Inter hominum circiter 700 000 (in Palaestina ipsa ca. 500 000), catholicorum latinorum sunt ca. 13 000, Melchitarum et Maronitarum 11 000, aliquot etiam Armeni. Melchitae episcopi Ptolemaidensis jurisdictioni subditi sunt; Maronitae partim episcopi Tyrensis et Sidoniensis, partim episcopi Cypri.

Stationes primariae: 1) Hierosolyma, residentia patriarchae; inter Hierosolymorum incolas[1] sunt: Judaei 20 000 tam Aschkenasim quam Sephardim, mahumetani 5600, Graeci 4600, catholici (latini) 2200, protestantes 950, Armeni 450, Copti 85, Graeci catholici (uniti) 70, Abessini 56, Jacobitae 40; 2) Mons Oliveti; 3) Tantura ad oram maritimam; 4) Bethlehem; 5) Beit-Sahur, qui „vicus pastorum" quoque appellatur (ab a. 1859); 6) Beit-Dschala (ab a. 1853); 7) Ain-Karem, S. Joannes in Montana, duabus leucis ab Hierosolymis ad clivum orientalem vastae Terebinthorum vallis; 8) Joppe; 9) Arimathaea (Ramle); 10) Ramallah, vicus ab aquilone Hierosolymorum (ab a. 1857); 11) Dschifne viculus ab aquilone Hierosolymorum, olim Gophna (ab a. 1856); 12) Birzeith, ad occidentem stationis Dschifne (ab a. 1856); 13) Tajibeh s. Taibe (ab a. 1869); 14) Neapolis sive Naplus, Nabulus, olim Sichem (ab a. 1862), a qua non longe abest Samaria, quae vero urbs hodie in ruinis jacet; 15) Japhia, Yava in Galilaea prope Nazareth (ab a. 1866); 16) Raffidia prope Neapolim (ab a. 1881); 17) Nazareth, En Nasirah (ab a. 1855), ubi domicilium suum habuit B. M. V. et ab angelo didicit, se fore Messiae matrem; 18) Mons Tabor; 19) Tiberias; 20) Emmaus, Kubele; 21) Porphyria Sycamina, hodie Kaifa seu Haifa; 22) Mons Carmelus; 23) Ptolemais sive Akka, Acre; 24) Schefa-Amr (ab a. 1879); 25) Salt, olim Ramoth Gilead trans Jordanem (ab a. 1867); 26) Ermemin, situ aquilo-occidentali a Salt (ab a. 1874); 27) Feheis, austro-orientali situ a Salt (ab a. 1874); 28) Kir Moab, Kerak, ab oriente maris Mortui (statio ab a. 1875, relicta 1880, sed 1882 restaurata); 29) Er-Reineh, Rene, prope Nazareth (ab a. 1878); 30) Gaza (ab a. 1880); 31) Beit-Dschemal (ab a. 1880); 32) Zebabde, vicus inter Neapolim et Dschenin (ab a. 1883); 33) Ain-Arik (ab a. 1883); 34) Kefr-Malik, vicus prope Tajibeh (ab a. 1883); 35) Husson (ab a. 1885); 36) Madaba (ab a. 1875); 37) Cana in Galilaea (ab a. 1882).

In Cypro: 1) Larnaca; 2) Nicosia in mediterraneis sita; 3) Amathus hodie Limassol, urbs maritima.

Clerus: sac. saec. Europaei 22, indigenae 18; sac. reg. Franciscani 75, Carmelitae 11.

[1] Ita secundum libellos periodicos „Das Heilige Land", 1888, fasc. 1 et 2. Cf. tamen Liévin de Hamme, O. S. F., Das Heilige Land und seine Heiligthümer. 1887. Bd. I. p. 119, ubi numeri mire diversi habentur.

### Custodia Terrae Sanctae fratrum Minorum de observantia.

Terra Sancta Palaestinensis, qua nulla est splendidior gemma in missionum ordinis Seraphici corona, brevi postquam S. Franciscus Assisiensis peregrinus illa sanctuaria visitavit, varia Franciscanorum domicilia enasci viderat; quae tamen a. 1291 iterum destructa, ecclesiae profanatae multique Franciscani martyrio affecti sunt. Denuo a. 1333 intrepida novem fratrum Minorum turma Terram Sanctam intrare ausa est, quibus regis Neapolitani interventu a sultano fides facta est, quod ordini S. Francisci Sacrum Sepulchrum et montem Sion in perpetuum custodire liceret, in quo etiam munere a. 1342 a Clemente VI. Papa confirmati sunt.

Circa a. 1375 et annis subsequentibus Franciscani possessionem sanctuariorum Bethlehem, vallis Josaphat, Gethsemane, montis Oliveti etc. adepti sunt. Eugenius IV. munus illud tam honorificum quam periculosum custodiendae Terrae Sanctae a. 1445 a conventualibus ad observantes transtulit, qui ex eo tempore sanctuaria illa catholicis vigilanter conservaverunt. Quare qui in Palaestina degunt Patres Franciscani seu Minoritae, apto nomine Patrum Terrae Sanctae condecorantur, quod a saeculis sex et dimidio omnem operam facultatesque omnes ipsumque, quando opus erat, sanguinem impenderunt, ut triplex illud, quo a Sancta Sede praediti sunt, munus implerent: 1) ut sanctuaria Christi Domini vita, prodigiis, morte consecrata defenderent, colerent, venerarentur; 2) ut peregrinos ad Terram Sanctam adventantes susciperent et pro viribus juvarent praesidiis spiritualibus ac materialibus; 3) ut evangelium in iis locis, quibus ab ipso Domino Nostro revelatum est, praedicarent.

Instructio superior alumnorum ordinis S. Francisci primo traditur ad S. Joannem in Montana, qui dein philosophiae Bethlehemi ac theologiae student in monasterio SS. Salvatoris Hierosolymis, in quo et Rmus. P. Custos Terrae Sanctae residet.

Non jam omnia, quae olim habuerunt, sanctuaria hodiedum patres Terrae Sanctae possident. E coenaculo sunt exclusi atque ex ecclesia sepulchri B. M. V. ejecti, neque in loco natali Divi Salvatoris missam celebrare permittuntur [1].

#### Conventus et hospitia.

a. In Palaestina:

Jerusalem. Residentia Custodis Terrae Sanctae. Sacerdotes in conventu SS. Salvatoris 25, ad S. Sepulchrum 7. Domus Casanova dicta, hospitium peregrinorum. Typographia. Seminarium, alumni 8. Paroecia. Sanctuaria complura.

[1] Cf. P. Liévin de Hamme, Das Heilige Land und seine Heiligthümer. 1887. Bd. I.

Bethlehem. Conventus, sacerdotes 9, fratres laici 12; cursus philosophiae, alumni 8; paroecia, schola, hospitium, sanctuaria 6.

Ain-Karem. Conventus S. Joannis in Montana: sacerdotes 10, fratres laici 9; cursus rhetoricae, alumni 5; novitiatus, novitii 10; paroecia et schola; sanctuaria 2.

Nazareth. Conventus S. Catharinae virginis et martyris, sacerdotes 12, fratres laici 10; hospitium; novitiatus; paroecia; ecclesia 1 et sacella 2.

Joppe. Hospitium, sacerdotes 3, fratres laici 7; paroecia, sacellum.

Ramleh. Hospitium, sacerdotes 3, fratres laici 3; paroecia.

Tiberias. Hospitium, sacerdos 1, frater laicus 1.

Cana. Hospitium, sacerdos 1, paroecia, schola.

Ptolemais. Hospitium, sacerdos 1, paroecia, schola.

b. In insula Cypro:

Larnaca. Conventus, sacerdotes 4, fratres laici 3; ecclesia, sacellum, schola.

Nicosia, in mediterraneis sita. Hospitium, sacerdotes 2, fratres laici 3; paroecia, ecclesia, schola.

Amathus. Hospitium, sacerdotes 2, fratres laici 3; paroecia, ecclesia, schola.

Praeter ea, quae jam relata sunt, patres Franciscani in variis locis sanctuaria magni momenti possident.

### Conventus Carmelitarum in monte Carmelo.

Ordo B. M. V. de monte Carmelo in patriarchatu Hierosolymitano conventum habet in ipso Carmeli monte et hospitium Porphyriae (Kaifa, Haifa). Universi sunt 23 religiosi.

A. 1631 Carmelitae auctoritate Urbani VIII. montem Carmelum a principe Arabe Tarabei, qui tunc ibi dominabatur, emerunt, qui contractus a. 1635 a Porta Ottomanica confirmatus ac saepius postea solemnibus documentis sancitus est. Expeditione autem Napoleonica a. 1799 accidit, ut monasterium ejectis monachis diriperetur ac postea penitus destrueretur. Sed cum a. 1825 Carolus X. rex Galliae facultatem reconstruendi conventus a Turcis obtinuisset, a. 1827 novae aedes construi coeptae et a. 1853 finitae sunt.

### Congregatio sororum Dominae Nostrae de Sion.

P. Alphonsus Maria Ratisbonne a. 1843 una cum fratre natu majore Theodoro congregationem feminarum sub titulo „Congrégation des Soeurs de Notre Dame de Sion“ ad conversionem praecipue Judaeorum instituit. Quae nova congregatio mox a Summo Pontifice Pio IX. canonice approbata et a. 1856 Hierosolyma translata est. Postquam sorores per aliquod tempus in domo conducta habitaverunt, juxta arcum „Ecce Homo“ de mahumetanorum possessione redemtum ab a. 1863 ad 1868 ecclesiam et conventum ma-

gnifica structura crexerunt. Arcus ille, e quo Christus Dominus a Pontio Pilato plebi ostensus est, nova aede inclusus altaris majoris locum tenet. In conventu „Ecce Homo“ sorores ca. 25 versantur, quae vitam activam cum contemplativa jungentes puellarum educationi et pauperum curae, distribuendis maxime medicamentis operam dant. Alumnae internae, quae gratis omnino sustentantur, 86 sunt catholicae, externae diversarum confessionum 100. Traduntur omnes disciplinae elementares, maxime vero instructio manualium operum, quae mulieribus conveniunt. Scholae fiunt partim lingua arabica vulgari, partim gallica; germanicae etiam linguae classis habetur in externatu puellarum. Alter monialium D. N. de Sion conventus est ad S. Joannem in Montana, cujus fundandi occasionem trucidatio christianorum in Syria a. 1860 patrata praebuit, qua multi infantes catholici Syri parentibus orbati sunt, quibus suscipiendis cum in conventu „Ecce Homo“ spatium non esset, ad S. Joannem nova colonia est stabilita, quae quum aëre salubriore et nemorum viretis praestet, sanatorii etiam vices sororum et alumnarum infirmarum explet. Numerus sororum in hoc conventu ordinarius est 10, alumnarum convictus 50, scholae elementaris externae 25. Conventus ad S. Joannem possessione ampli olivetorum, vinearum, hortorum olitoriorum praedii instructus est.

Numerus sororum totalis: 43.

### Ceteri ordines et congregationes in patriarchatu Hierosolymitano.

Dominicani: Hierosolymis, religiosi 4.

Missionarii Algerienses: Hierosolymis (ab a. 1878), religiosi 17.

Missionarii Sacratissimi Cordis Jesu de Bétharram (dioeceseos Bajonensis): Bethlehem, religiosi 4.

Fratres a doctrina christiana: Hierosolymis (ab a. 1878), Joppe (ab a. 1882), Kaifa (ab a. 1883); religiosi 24.

Fratres S. Joannis de Deo: Nazareth, religiosi 3.

Fratres familiae christianae (fundator: Canonicus Dom Belloni): Bethlehem, Beit-Dschemal.

Moniales S. Clarae (de Paredio, Paray-le-Monial): Nazareth (ab a. 1884), sorores 15.

Moniales S. Mariae a monte Carmelo: in monte Oliveti (ab a. 1874), Bethlehem (ab a. 1875), Emmaus (ab a. 1880), Kaifa (ab a. 1886); sorores 32.

Sorores a S. Joseph apparitionis (Soeurs de St. Joseph de l'Apparition, domus matrix in Capelette prope Massiliam): Hierosolymis (ab a. 1847), Bethlehem, Beit-Dschala (ab a. 1875), Joppe, Ramle (ab a. 1873), Ramallah (ab a. 1872), Larnaca, Nicosia; sorores 80.

Sorores a Nazareth: Nazareth (ab a. 1855); Ptolemaide (ab a. 1855), Schefa-Amr (ab a. 1855), Kaifa (ab a. 1855); sorores 32.

Sorores tertii ordinis S. Francisci: Hierosolymis, sorores 4.

Sorores a s. rosario: Hierosolymis (ab a. 1882), Birzeith, Neapoli (ab a. 1884), Zebabde, Japhia, Salt, Feheis, Beit-Sahur; sorores 19.

Sorores charitatis S. Vincentii a Paulo: Hierosolymis (ab a. 1886), Bethlehem; sorores 12.

Sorores a S. Carolo Borromaeo (e Germania): Hierosolymis (ab a. 1886), sorores 3.

Sorores reparatrices (domus matrix Romae): Hierosolymis (ab a. 1888), sorores 12.

In Terra Sancta quasi in quadam arena ac palaestra tres potentiae in ecclesiam catholicam infensissimae vires praevalidas exercent. Primo loco mahumetanismum nominamus. Quamvis enim in praesentiarum furor mahumetanorum fanaticus consopitus dormire videatur, et quamvis ecclesia catholica sub potestate sultani Turcici revera meliore et liberiore conditione fruatur quam in protestantium atque adeo catholicorum quorundam dominiis, hic tamen animus pacificus, qui non tam benevolentiae quam virium defectui tribuendus est, opportuno tempore oblato, in furorem veterem facile transire potest.

Verumtamen hostis islamismo multo funestior schisma Russicum est. Hujus praepotentia peregrinis Hierosolyma accedentibus illico ad oculos demonstratur, ubi primum praegrandem molem, quae vocatur, Russorum (i. e. templum, nosocomium, peregrinorum hospitium) ante portam Joppensem conspexerint. Russi etiam in constituendis patriarchis graecis (schismaticis) praevalente auctoritate potiuntur.

E schismaticorum parte sanctuariis nostris maximae tenduntur insidiae, atque vigilantia Franciscanorum Terrae Sanctae continua opus est, ut fraudibus et violentiis inde excitatis resistant viasque occludant.

Protestantismus autem et Anglicus et Germanicus omnium maxime ecclesiam Palaestinae catholicam impugnat et omnibus viribus potestatem suam amplificare conatur. Multa et grandia instituta protestantium in Civitate Sancta adsunt. Imprimis templum anglo-protestanticum in monte Sion, quod „Christ-church“ (i. e. ecclesia Christi) vocant, habetur. Fundamenta ejus a. 1842 posita sunt, postquam a. 1841 episcopatus Anglo-Borussicus constitutus est. Circa hoc igitur templum instituta montis Sion protestantica, scilicet scholae, nosocomium, convictus constructa sunt. Praeterea mentione digna sunt: nosocomium magnum a „diaconissis“ administratum, quod ab instituto diaconissarum Rhenano-Guestfalico duce Fliedner ministro fundatum est; alterum institutum magnum a diaconissis directum puellis educandis destinatum et „Talitha cumi“ (puella surge!) appellatum; orphanotrophium puerorum Schnellerianum, domus leprosorum, hospitium Johannitarum, institutio Mariana (nosocomium infan-

tium). Ante portam Damascenam Arabibus ad protestantismum traductis aedes protestantica erecta est. Ab a. 1869 castellum Murestan dictum (i. e. vastae structurae conventus quondam celebris equitum S. Joannis cum nosocomio, ecclesia, monasterio „Mariae Latinae") dono sultani in Borussorum possessionem translatum studiorum protestanticorum in Terra Sancta arx quasi munita evasit.

In reliqua etiam Palaestina passim protestantium actores inveniuntur, velut Bethlehem, Nazareth (templum conspicuum et magnum puellarum orphanotrophium), Beit-Dschala prope Bethlehem, Beit-Sahur, Ramallah, Dschifne, Birzeith, Tajibeh, Neapoli, Salt, Joppe, Rene (Er-Reineh), Schefa-Amr, Gaza, Kaifa, denique ubicunque missionis catholicae instituta habentur.

### Vicariatus apostolicus Adensis[1].

Adane (Aden), Arabiae urbs, in vicariatu apostolico Aegypti et Arabiae a. 1839 erecto comprehendebatur usque ad a. 1851, quo anno vicariatui apostolico populorum Gallas adjuncta est et Capucinorum ordini concredita. Postquam ab a. 1854 praefectura apostolica sub sacerdote saeculari Aloysio Sturla et dein sub vicario apostolico Bombayensi fuit, in praefecturam apostolicam independentem a. 1859 erigitur. Iterum tamen a. 1875 eidem vicariatui inter populos Gallas attributa iterumque emancipata, denique a. 1888 vicariatus apostolicus evasit sub cura ordinis Capucinorum. Huic etiam missioni statio Assab in Africa orientali concredita est.

**Conspectus summarius**

**dioecesium ritus latini in Asia Turcica, insula Candia, Persia et Aden existentium.**

| Dioeceses. | Catholici rit. latini. | Sacerd. latini. |
|---|---|---|
| Archidioecesis Smyrnensis . . . . . . . | 15 500 | 56 |
| Vicariatus apostolicus Aleppensis . . . | 3 000 | — |
| Archidioecesis Babyloniensis . . . . . . . | 1 600 | 33 |
| Dioecesis Ispahanensis latinorum . . . . . | 150 | 11 |
| Patriarchatus Hierosolymitanus latinorum . . | 13 000 | 126 |
| Vicariatus apostolicus Aden . . . . . . . | 1 100 | 7 |
| Summa | 34 350 | 233 |

## Caput decimum octavum.

# Patriarchatus Ciliciae Armenorum.

1. In Armeniam fidem Christi invectam S. Bartholomaei apostoli, necnon S. Thaddaei, unius ex septuaginta duobus discipulis, praedicatione ferunt. Certo, saeculo saltem 3. Armeni ecclesiae aggregati esse colliguntur ex Eusebio (lib. IX. hist. c. 8), qui scribit, in eos saevitum esse a Maximino imperatore, quod christiani essent. Gregorius, dictus Illuminator, primus illorum episcopus consecratus est a Leontio Caesariensi, qui synodo Nicaenae interfuit, *catholicus* appellatus[2]. Armeni a saec. 6. haeresi monophysitarum infecti sunt.

Tres porro Armenis schismaticis praeesse solebant pro variis regionibus *catholici*, unus quidem qui Etschmiadzinensis, alter qui Aghtamarensis, tertius qui Sisensis denominatur, quibus nunc *catholici* Hierosolymitanus et Constantinopolitanus adnumerandi sunt, qui una cum *catholico* Aghtamarensi a *catholico* Etschmiadzinensi dependent. Saepe Armeni et praesertim Sisenses, excitati a Pontificibus Romanis, ut ab haeresi discederent, visi sunt annuere, et illorum catholici aliquot Romanae communioni adhaeserunt.

Initium habuit patriarchatus catholicus Ciliciae Armenorum saeculo proxime praeterito. Nam cum *catholicus* Lucas Sisensis a. 1740 mortuus esset, successor electus est Abraham, archiepiscopus Armenorum Aleppensis, quem Romam profectum Summus Pontifex Benedictus XIV. a. 1742 patriarcham Armenorum Ciliciae et Armeniae minoris in consistorio confirmavit (Bull. Bened. I. 290 sq.). Hic post patriarchatum susceptum nomen Petri assumpsit, et quoniam in urbe Sis ab haereticis alius *catholicus* electus erat, in monasterio Libani, nomine Bzommar, residebat.

Ex decretis Sacrae Congregationis de propaganda fide a. 1759 Romae datis patriarchatus Ciliciae non ultra fines Ciliciae, Armeniae minoris, Cappadociae, Syriae extendebatur. Quare cum a. 1760 adderetur

[1] „Par décret de la Sacrée Congrégation de la Propagande en date du 4 juillet 1889, le Saint-Père a ordonné, que le vicaire apostolique d'Aden étendrait sa juridiction spirituelle sur toute l'Arabie en prenant le titre de vicaire apostolique d'Arabie et d'Aden. Il a décidé en suite, que les limites occidentales de ce nouveau vicariat apostolique d'Arabie seraient déterminées par le 35e de longitude est de Greenwich et que la partie de l'Arabie, située à l'ouest de ce méridien, resterait soumise à la juridiction spirituelle du vicaire apostolique d'Egypte. Appartiendront au nouveau vicariat d'Arabie toutes les îles qui relèvent géographiquement de cette péninsule, notamment Périm et Socotora. Le délégué apostolique d'Egypte reste encore délégué apostolique d'Arabie." Les Missions catholiques, 1889, p. 328.

[2] Cf. Le Quien „Oriens christianus". Tom. I. p. 355 et sq. Gregorius ejusque successores Caesariensis praesulis nomine ecclesiam illam moderantes, *catholicorum*, καθολικῶν, appellatione donati sunt.

Mesopotamia id non est factum nisi „in administrationem ad beneplacitum Sedis Apostolicae“.

Petrus Abraham patriarcha ordinem monachorum S. Antonii fundavit. Post ejus obitum Petrus Jacobus Vertabiet d. 23. Sept. 1750 patriarcha est electus, qui duobus annis post cum omnibus episcopis suis synodum celebravit. Hunc secuti sunt usque ad a. 1866 sex alii patriarchae, qui omnes, sicut ipsorum praedecessores, in Bzommar residebant.

Haec est eorum series: Petrus Michael, translatus Aleppo, d. 22. Jul. 1754; Petrus IV. Basilius, tr. Amasia, d. 25. Jul. 1781; Petrus V. Gregorius, tr. Adana, d. 15. Sept. 1788; Petrus VI. Gregorius, tr. Germanicia, d. 8. Mart. 1815 (al. 1816); Petrus VII. Jacobus Holas, tr. Amasia i. p. i., d. 27. Jan. 1842; Petrus VIII. Michael, Der-Asduazadurian, tr. Caesarea i. p. i., d. 25. Jan. 1844, † mense Januario 1866.

Tempore Gregorii XVI., Summi Pontificis, subjecti erant patriarchae Ciliciae hi archiepiscopi et metropolitae: archiepiscopi i. p. i. Adanae, Amasiae, Germaniciae, qui in Bzommar apud patriarcham residebant, archiepiscopus Caesareae, qui dioecesim Tokat administrabat; metropolitae Cypri, Aleppi, Merasch, Mardis, Malatiae (Melitene), Amidae. Praeterea monasteria Antonianorum, quorum procurator generalis Romae residebat, itemque triginta circiter sacerdotes saeculares jurisdictioni patriarchae suberant.

2. Armenis catholicis illis, qui sive Constantinopoli degebant sive in reliqua imperii turcici parte, quantum haec jurisdictioni spirituali vicarii patriarchalis Constantinopolitani suberat, Pius VIII. Pontifex Max. a. 1830 Antonium Nuridschan, qui collegii Urbani de propaganda fide olim alumnus erat, primatem archiepiscopum Constantinopoli praefecerat (Bull. Prop. V. 135. breve „Quod jam diu“, d. d. 6. Jul. 1830). Saeculare regimen horum Armenorum catholicorum ab imperio turcico collatum erat Gregorio Enkserdschan sacerdoti.

Nuridschani († 7. Jun. 1842) successor, archiepiscopus Paulus Marusch, d. 7. Jun. 1842 coadjutorem cum jure successionis accepit Antonium Hassun, archiepiscopum Anazarbi i. p. i., qui et ipse in collegio Urbano Romae excultus erat. Is cum a. 1845 patriarcha civilis electus esset, mortuo d. 3. Aug. Paulo Marusch, archipraesule Constantinopolitano, utramque in Armenos suae dioeceseos potestatem, et spiritualem et saecularem, conjunxit.

A. 1848 archidioecesis Constantinopolitana complectebatur dioecesanos Armenos numero 36 437. Praeter residentiam Constantinopolitanam haec erant centra praecipua: Ancyra, Theodosiopolis (Arx Romanorum, vulgo Erzerum), Artuinum, Trapezus, Bursa, Kjutahija, Biledschik, Nicomedia (Ismid). Ab his vero quasi capitibus aliae dependebant urbes et pagi. Ad Constantinopolim attinebant suburbia Pera et Galata, praeterea Orta-kjöi et in parte Asiatica Scutari et Chalcedon; similiter omnia ad Bosporum adjacentia suburbia; denique Adrianopolis; complectens universim duodeviginti milia (18 000) Armenorum catholicorum cum duabus ecclesiis et sex oratoriis publicis.

Districtus Ancyrae habebat 7500 Armenos catholicos, 1 ecclesiam, 3 oratoria publica; districtus Erzerum 3600 Armenos catholicos, 5 ecclesias et oratoria publica; districtus Artuini 5000 Armenorum catholicorum, 29 ecclesias et oratoria publica; districtus Trapezuntis 600 Armenos catholicos, 1 ecclesiam; districtus Bursae 370 Armenos catholicos, 1 ecclesiam; districtus Kjutahija 900 Armenos catholicos, 1 ecclesiam; districtus Biledschik 400 Armenos catholicos, 1 ecclesiam; districtus Nicomediae 50 Armenos catholicos, 1 oratorium publicum.

Cum archidioecesis Armenorum Constantinopolitana sub regimine clarissimi archipraesulis Antonii Hassun novo incremento floresceret, Pius Papa IX. eidem facultatem erigendi dioeceses suffraganeas concessit. Itaque d. 30. Apr. 1850 hae quinque dioeceses ortae sunt: Ancyrae, Artuini, Bursae, Erzerum, Trapezuntis. Ispahanensis autem dioecesis Armenorum, quae totam Persidem complectens nova erecta erat, provinciae ecclesiasticae Constantinopolitanae „provisoria tantum ratione“ est aggregata. Quod a Sancta Sede novis sedibus episcopalibus dabantur pastores, initio quidem non carebat difficultate apud nationem Armenorum, quae tamen postea id ratum habuit. Ut doctissimus P. Pius Gams O. S. B. in libro „Series episcoporum“ refert, hi episcopi praeerant dioecesibus armeno-catholicis provinciae ecclesiasticae Constantinopolitanae:

Antonius Scisnân (el. 30. Apr. 1850) et Josephus Arachial (tr. 21. Dec. 1863) in dioec. Ancyrae; Timotheus Astorgi (el. 30. Apr. 1850) et Antonius Halazi (cons. 22. Maji 1859) in dioec. Artuini; Gregorius Bahadur (el. 30. Apr. 1850) et Petrus Filkian (cons. 31. Oct. 1858) in dioec. Bursae; Joannes Salviani (el. 1855, † 3. Jun. 1865) et Stephanus Melchisedechian (el. 18. Maji 1866) in dioec. Erzerum; Stephanus Israelian (cons. 10. Apr. 1866) in dioec. Karputi, quae nova accessit; Josephus Arachial (el. 30. Apr. 1850, tr. Ancyram 21. Dec. 1863) et Joannes Ghiureghian (el. 25. Mart. 1865) in dioec. Trapezuntis.

3. Cum a. 1866 patriarcha armeno-catholicus Ciliciae obiisset, episcopi patriarchatus in Bzommar congregati Antonium Hassun elegerunt patriarcham d. 14. Sept. 1866. Sedis et patriarchalis et primatialis unionem, quae jam a patriarcha Petro VIII. postulata erat, annuntiavit bulla „Reversurus“ d. 13. Jul. 1867. In ejusdem diei allocutione, quae incipit „Cum ex hac vita“, Antonius Hassun etiam patriarcha Armenorum catholicorum Ciliciae, qui resideret Constantinopoli (Galatae), confirmatus est.

Ad patriarchatum Ciliciae ante unionem (cf. Gams, Series episcoporum) hae sedes spectabant: Aleppensis, Mardensis, Amidensis, Alexandrina Aegypti, Amasiensis, Tokatensis, Sebasteusis, Malatiensis, Germaniciensis, Caesareensis Cappadociae, Hierosolymitana, Adanensis.

Harum dioecesium clero instituendo seminarium patriarchale apud conventum praesto erat in Bzommar.

Neque tamen per bullam „Reversurus" quidquam mutatum est in modo, quo patriarchatus se habebat ad dioeceses Mesopotamiae ex una parte et ad Ispahan dioecesim ex altera parte; illae enim, sicut antea „in administrationem", hae autem „provisoria tantum ratione" suffraganatus patriarchae esse pergebant. Armeni autem Smyrnae, in Austriaco-Hungaria, Liburni, Venetiis, in Russia (si excipias dioecesim Artuini) nullo modo ad patriarchatum spectabant; Aegyptus vero eo solum titulo ad eum attinebat, quod exercita patriarchae ibi jurisdictio a Sancta Sede tolerabatur. Motibus turbulentis, qui novo schismate Armenorum excitati erant, extinctis synodus armeno-catholica Constantinopoli celebrata est, in qua divisio dioecesis Erzerumiensis novaeque dioecesis Muscensis (Musch) erectio est decreta. Anno post Antonius Hassun, de ecclesia Armenorum optime meritus, munere patriarchali solutus d. 13. Dec. 1880 et in senatum Sacrae Ecclesiae cooptatus est. Ejus etiam opera effectum est, ut a. 1883 Leo Papa XIII. Armenis catholicis collegium particulare apud ecclesiam Sancti Nicolai Tolentini erigeret. Quo eodem anno divisio dioecesis Erzerumiensis jam prius decreta et dioecesis Muscensis erectio confirmata est decreto d. 10. Julii. Mortuo Antonio cardinale Hassun (d. 28. Febr. 1884), sedem patriarchalem Ciliciae Stephanus Azarian, archiepiscopus titularis Nicosiae occupavit, cui d. 12. Apr. 1886 illud decretum investiturae (bérat) traditum est, quo a gubernio turcico privilegia et immunitates communitatibus non mahumetanis religione et natione distinctis concedi solent.

In iis, quae subjiciemus, de patriarchatus Ciliciae districtibus singulis disseremus. Nisi quid aliud speciatim dicetur, singula, quae statistice afferentur, ad a. 1887 spectabunt.

### 1. Dioecesis patriarchalis Armenorum.

Ambitus: Dioecesis[1] patriarchalis Armenorum complectebatur initio praeter urbem principalem imperii Ottomanici partes Asiae minoris usque ad urbem Ineboly (excl.) et Ismid sive Nicomediam ad Propontidem sitam (pariter excl.). In parte imperii Europaea continebat Thraciam et Macedoniam et pertingebat fere ad ostium Danubii. Posteriore tempore etiam Ismid et Bahdschedschik, urbes antea dioeceseos Bursensis, accesserunt.

Ad districtum patriarchalem etiam regiones Bzommar, Palaestinae et — quantum nulli subest episcopo — Mesopotamiae videntur spectare.

Incolae: Armeni catholici circiter 10 000; mahumetani 600 000; graeci schismatici (i. e. Photiani) 150 000; Armeni schismatici 150 000; porro accedunt judaei et protestantes.

Clerus: Numerantur universi 59 sacerdotes Armenorum, ex his 8 sunt alumni collegii Urbani de Urbe, 6 alumni collegii S. Sulpicii, 6 Bzommaristae, 10 Mechitaristae ex Vindobona, 14 Mechitaristae ex Venetiis, 12 monachi Antoniani; praeter istos commemorandi sunt 2 Mechitaristae ex Venetiis et 1 indigena in statione Ismid-Bahdschedschik.

Paroeciae: 1) Sancti Joannis Chrysostomi — Perae; 2) Sanctissimae Trinitatis — Perae; 3) Sancti Joannis — Pancaldi; 4) B. V. Mariae — Pancaldi; 5) Sanctissimi Salvatoris — Galatae — cum succursali in Kadi-kjöi; 6) Immaculatae Conceptionis in Samatia — Byzantii; 7) Assumptionis Mariae in insulis Principum; 8) Sancti Gregorii Illuminatoris in Orta-kjöi ad Bosporum; 9) Sancti Joannis Baptistae in Jeni-kjöi ad Bosporum; 10) Sancti Pauli in Böjükdere ad Bosporum; accedit ad has paroecias statio Ismid-Bahdschedschik.

Ecclesiae: 10, Sacella: 4.

Seminarium: Ex die 29. Jun. 1887 apud residentiam patriarchae est seminarium cum 12 alumnis variarum dioecesium, in quo alumni ad seminarium Leoninum Romae erectum praeparantur.

Scholae elementares: 5 puerorum et 3 puellarum continent circiter 300 alumnos, inter quos sunt aliqui schismatici; adsunt praeterea duo collegia, in quibus circiter 100 alumni. Ex d. 13. Aug. 1887 accessit schola puellarum in Böjükdere.

Hospitium Sancti Jacobi, quod duas partes, alteram viris, alteram feminis destinatam, continet, ubi 80 homines et quidem soli catholici recipiuntur.

Monasteria: 1) In Pancaldi, complectens 6 Mechitaristas ex Vindobona. 2) Ibidem, complectens 5 Mechitaristas ex Venetiis; Mechitaristae reliqui in collegio in Kadi-kjöi habitant. 3) In Orta-kjöi ad Bosporum, complectens 6 monachos Antonianos; reliqui extra monasterium habitant. 4) Perae, domus matrix sororum Armenarum Immac. Concept., complectens 25 sorores, quae in duobus institutis altero internarum, altero externarum puellarum, dirigunt 120 puellas. 5) Byzantii (Samatiae), novitiatus 6 sororum et 16 novitiarum, quae et ipsae institutum externarum puellarum dirigunt, quod a 20 puellis frequentatur. 6) In Böjükdere, 4 sorores; schola 20 alumnarum, quae catechismo, lingua armeniaca et gallica, musicis, delineando, arithmetica, geographia, denique operibus manualibus instruuntur.

[1] Titulus primatialis et archiepiscopalis litteris apostolicis „Reversurus" exstinctus et abolitus est.

*Territorium Bzommar:*

In Bzommar est conventus, qui ab Abrahamo, patriarcha Armenorum, exstructus et ejus successoribus amplificatus est; cum quo conventu conjungitur seminarium 50 vel 60 alumnis recipiendis sufficiens. Ibidem monasterium Beitchaborense.

Incolae: Armeni catholici 3500,

Sacerdotes: 5.

*Territorium Palaestinae:*

Mandato gubernii turcici d. d. 18. Sept. 1887 concessum est patriarchae Armenorum Ciliciae, ut Hierosolymis ecclesiam apud stationem sextam, ubi B. M. V. Filio suo divino obviam facta est, aedificaret; haec ecclesia erit prima, quae B. V. Hierosolymis dedicabitur.

*Territorium Bagdadi:*

Missio Armenorum catholicorum subest administrationi patriarchae Ciliciae.

Lingua: Populus vulgo utitur lingua arabica, gubernium turcica.

Incolae: In territorio missionis Bagdadensis 6000 catholicorum ex omnibus ritibus degunt; porro adsunt 1200 Armeni schismatici, 100 protestantes, 40 000 judaeorum, 2000 christianorum Sancti Joannis, denique 400 000 mahumetanorum.

Parochia: Armenis est una parochia in urbe Bagdad,

Ecclesia: Armenorum 1,

Sacerdos: indigena Armenus 1.

## 2. Dioecesis Aleppensis Armenorum.

Aleppum (Beroea, Aleppo, Haleb), celebre emporium Syriae, mercibus undequaque congestis abundans; post Armenorum cum Sede Romana unionem primus archiepiscopus Aleppensis erat Abraham I. Arzyvian. Qui cum a. 1710 ad sedem episcopalem accessisset atque per 30 annos dioecesim gubernasset, patriarcha Ciliciae electus et a Benedicto XIV. Papa pallio ornatus sedem in monte Libano fixit, Petrus I. Abraham appellatus (26. Nov. 1742). Cujus successor in sede Aleppensi Jacobus Vertabiet post gubernatam per 10 annos dioecesim pariter patriarcha Ciliciae factus est. Tertius archiepiscopus Aleppensis erat Michael, postea similiter patriarcha. Ex illo tempore ad nostrum usque continua erat successio archiepiscoporum Aleppensium.

Ambitus: Dioecesis Aleppensis versus orientem ad Euphratem fluvium, versus occidentem ad sinum Issicum et mare Mediterraneum, versus septentrionem ad Taurum montem, versus meridiem usque ad Damascum pertingit.

Incolae:

| | | |
|---|---|---|
| Armeni catholici in urbe Aleppo circiter | 4 000 | ca. 7 000 |
| „ „ extra urbem Aleppum circiter | 3 000 | |
| Graeci catholici in urbe Aleppo | | 7 800 |
| Syri in urbe Aleppo | | 2 800 |
| Maronitae in urbe Aleppo | | 1 800 |
| Latini in urbe Aleppo | | 350 |
| Mahumetani in urbe Aleppo | 80 000 | |
| „ in tota dioecesi (includendo Emesam, Epiphaniam, Damascum) | | 750 000 |
| Judaei in urbe Aleppo | 8 000 | |
| „ in tota dioecesi | | 20 000 |
| Armeni schismatici in urbe Aleppo | 2 000 | |
| „ „ in tota dioecesi | | 30 000 |
| Graeci schismatici in urbe Aleppo | 1 000 | |
| „ „ in tota dioecesi | | 15 000 |
| Protestantes in urbe Aleppo | 100 | |
| „ in tota dioecesi | | 4 000 |
| Jezidae in tota dioecesi | | 6 000 |

Clerus: In urbe Aleppo 9 sacerdotes Armeni, in Killis 1, in Aintab et in Kessab singuli sunt sacerdotes Armeni. Praeter hos Aleppi et in Aintab sunt Franciscani, Aleppi Jesuitae.

Paroeciae: In urbe Aleppo 2, in Killis, Aintab et Kessab singulae; in Nisib est missio.

Ecclesiae: 5.

Lingua: Sermo vulgaris est arabicus, in Killis et Aintab pariterque in Kessab turcicus.

Seminarium: Clerici instituuntur in Bzommar; nonnulli etiam Romae in collegio Leonino Armenorum litteris dant operam.

Nota. Sedes praecipua Jezidarum sive Jesidarum (qui hoc nomine propter Jesid, persecutorem illum familiae Ali, dicuntur) est in regione Singarae, ad occidentem versus ab urbe Mausilio. Aliae eorum tribus apud urbem Zachuam in regione Kurdorum sunt. „Existimant, unum esse Deum, hunc creasse angelum primum ‚Melek-Kicht‘, alterum, qui sit Christus, reliquosque angelos. Sunt illis nonnullae et opiniones et consuetudines christianis affines. Ac tota eorum religione de gnostico illo primorum saeculorum systemate admonemur.“ Cf. Daniel, Handbuch der Geographie. 1887. Tom. I. p. 176.

## 3. Dioecesis Amidensis Armenorum.

Amida (Diarbekir), urbs ab indigenis Caramit sive Cara-Amid, i. e. nigra Amida, dicta propter arcem ejus munitissimam, lapidibus nigris exstructam, posita est haud longe a Tigride.

Ambitus: Dioecesis Amidensis Armenorum versus occidentem porrigitur usque Biredschik ad ripam Euphratis sinistram, versus septentrionem usque ad Euphratem orientalem, versus orientem usque ad urbem Ylydscha, ad meridiem attingit dioecesim Mardensem. Complectitur igitur partem septentrionalem Mesopotamiae proprie dictae et partem Armeniae majoris.

Incolae: In urbe Amida sunt mahumetani 16 000, Armeni schismatici 15 000, Jacobitae 2000, protestantes 1000, graeci schismatici ca. 300, Armeni catholici 1500, Syri 300, Melchitae 50. Numerus omnium Armenorum catholicorum hujus dioeceseos circiter 5000 attingere videtur, Armenorum schismaticorum 120 000.

Clerus: Praeter episcopum 12 sacerdotes ad dioecesim spectant, quorum 5 in urbe Amida, ceteri in

paroeciis extra urbem inveniuntur. Capucini in urbe Amida ex a. 1667 fuerunt, ubi nunc quidem duo degunt, cum alii duo Edessae occupentur.

Paroeciae et stationes Armenorum dioeceseos Amidensis extra urbem hae sunt: 1) Biredschik; 2) Edessa (Urfa); 3) Süwerek; 4) Cineasei; 5) Tschermuk; 6) Egil: quae omnes in Mesopotamia stricte dicta sita sunt. Extra quam, id est ultra Tigridem, hae sunt stationes: 7) Gorit apud Mejafarkin; 8) Mejafarkin, quae Martyropolis, id est, urbs martyrum, olim appellabatur; 9) Hopum apud Ylydscha; 10) Ilini.

Ecclesiae: 4 praeter illam in urbe Amida, quae est Sancto Gregorio Illuminatori dicata.

Scholae: Apud singulas ecclesias singulae sunt scholae elementares.

Lingua: Sermone vulgari armeniaco plerumque utuntur, in ipsa autem urbe Amida potissimum turcico.

Nota Aliunde perhibentur in urbe Amida esse 3504 homines catholici, ex iisque 1500 Armeni, 1400 Chaldaei, 460 Syri. 120 Melchitae, 24 latini; praeter quos adesse referuntur mahumetani 16 000, Armeni non uniti 8700, Jacobitae 2000, protestantes 1000, graeci schismatici 300, judaei 150. Ultra hanc urbem Amidam ad septentrionem versus Arabum nec natio propagatur, nec lingua in usu est; sed Turcarum et gens et lingua dominatur.

### 4. Dioecesis Mardensis Armenorum.

Marde (Mardis, Marda vulgo Mardin), urbs in praerupto colle montis Masii (Abdini) structa, dioecesium omnium post schisma antiquissima, quippe quae jam ante patriarchatum Ciliciae erectum abhinc annos fere ducentos per breve a Sacra Congregatione de propaganda fide datum orta sit.

Ambitus: Dioecesis Mardensis in Mesopotamia sita per regiones imprimis Mardin, Nisibin, Karadere (Dara), Tellermen, Derik, Veran-Scehir aliasque patet.

Incolae: Armeni catholici fere 8000; Armeni schismatici ca. 20 000.

Sacerdotes: Armeni 13 indigenae (quorum 7 alumni seminarii Bzommarensi).

Paroeciae: Mardin, Tellermen, Derik, Veran-Scehir, Karadere, Pisan (quae duae postremae propter vexationes perpetuas Kurdorum clausae sunt); accedunt complures stationes subsidiariae.

Ecclesiae: In urbe Mardin praeter ecclesiam antiquissimam saec. 5. est nova abhinc nonnullos annos aedificata atque Sancto Joseph dicata, in Tellermen 1 ecclesia, in Derik 1 ecclesia et 1 oratorium; in Veran-Scehir et in Karadere singula oratoria.

### 5. Dioecesis Melitensis Armenorum.

Malatia, quae antiquis erat Melitina, urbs Armeniae minoris; ibi celebre erat monasterium Barsumae, impii archimandritae, qui pro Eutyche adversus S. Flavianum, patriarcham Constantinopolitanum, in latrocinio Ephesino tot excitavit turbas.

Ambitus: Haec dioecesis complectitur provinciae Amidae districtum Melitensem.

Incolae: Armeni catholici 3900, schismatici 30 000,

Sacerdotes: 8,

Stationes: Malatia, Behesni, Hosn-Mansur sive Adiaman, aliae.

### 6. Dioecesis Adanensis Armenorum.

Adana, Ciliciae Tracheae civitas, Tarsi vicina ad Sarum flumen, quod moenia ejus alluit, et hortos irrigat late circa urbem patentes. Per 40 fere annos fuit haec missio Armenorum catholicorum; cui a. 1885 episcopus datus est.

Ambitus: Dioecesis Adanensis totam provinciam Adanensem complectens Tauro monte cingitur atque fluviis Saro et Pyramo irrigatur.

Incolae: Armeni catholici 1500, Armeni schismatici 70 000. Catholicorum (Armenorum, Syrorum, Maronitarum, Chaldaeorum, Melchitarum, latinorum) numerus circiter 2500, schismaticorum et haereticorum circiter 100 000; permulti praeterea adsunt mahumetani, Persae, Kurdi aliique.

In urbe Adana, quam 25 000 ad 30 000 hominum incolunt, catholicorum Armenorum ca. 80, Syrorum ca. 30, latinorum, Maronitarum, Melchitarum ca. 80 domus reperiuntur, ita ut catholici sint numero 600 vel 700. Schismaticis autem Armenis 1500, protestantibus Armenis 60, Jacobitis 50 vel 60, Graecis schismaticis 100 domus sunt, Turcis denique 5000.

Sacerdotes: 8 Armeni, 3 Jesuitae, 2 Capucini, 2 Maronitae. Accedunt unus sacerdos Syrus et alter Melchita.

Stationes: Hadschin, statio ad Taurum sita; Sis, caput vetus Ciliciae et sedes patriarchae schismatici Armenorum; Tarsus ad Cydnum fl. sita, S. Pauli patria.

Ecclesiae et sacella: Per totam dioecesim 4 ecclesiae ad ritum spectant Armenorum, 2 ad latinum, 2 ad Maronitarum, singulae vero ad Syrorum et Melchitarum ritum.

### 7. Dioecesis Alexandrina Armenorum.

Aegyptus a. 1849 a patriarcha Petro VIII. ad dioeceseos dignitatem evecta est.

Ambitus: Haec dioecesis totam Aegyptum complectitur.

Incolae: Ex 1250 Armenis 160 familiae ad urbem Cairum, 60 familiae ad Alexandriam, 12 familiae ad Tantah et ceteras Aegypti inferioris civitates spectant. Armeni schismatici 8000 (?).

Sacerdotes: Cairi 3 sacerdotes Armeni sunt, Alexandriae 1, qui omnes ex collegio Bzommarensi.

Paroeciae: 2, scilicet in urbibus Cairo et Alexandria.

Ecclesiae: In urbe Cairo ecclesia Armenorum a. 1841 est aedificata; adest praeterea sacellum in suburbio Sciubra.

**8. Dioecesis Ancyrensis Armenorum.**

Ancyra (Angora, Engürijeh) in regione Galatarum, ad quos S. Paulus epistolam scripsit; dioecesis erecta d. 30. Apr. 1850.

Ambitus: Provinciae igitur Ancyrensis ad hanc dioecesim spectant districtus Ancyrensis et Bosukensis, provinciae autem Koniensis ad eam pertinet districtus Nigdensis.

Incolae: Armeni catholici ca. 8000, schismatici ca. 29 000,

Sacerdotes: 26, Clerici: 12, Paroeciae: 4.

**9. Dioecesis Artuinensis Armenorum.**

Artuinum (Artwin); haec dioecesis a. 1850 erecta, quum initio quidem metropoleos Constantinopolitanae episcopatus suffraganeus fuisset, sublato nexu metropolitano jurisdictioni patriarchae Ciliciae subjecta est sicut reliquae dioeceses ejusdem provinciae ecclesiasticae. Neque quidquam hujus novi ordinis est mutatum urbe Artuinensi a Russis expugnata.

Ambitus: Provinciae trans Caucasum Russicae Artwin et Kars.

Incolae: Armeni catholici 12 000, schismatici 80 000,

Sacerdotes: 13, Ecclesiae: 2, Sacella: 5.

**10. Dioecesis Bursensis Armenorum.**

Bursa (Prusa), urbs amoenissime sita, quam condidit Prusias ad radices montis Keschisch-Dagh, quem nivibus perpetuis coopertum Olympum Asiae minoris appellarunt; dioecesis a. 1850 erecta.

Ambitus: Haec dioecesis complectitur ex provincia Constantinopolitana districtum Bighensem et ex provincia Chodawendikjarensi districtus Karassensem (Karassi), Kjutahijensem (Kjutahija), Karahissarensem (Karahissar). Urbes et pagi sunt hi potiores: Bursa, Kjutahija, Ismid sive Nicomedia ad Propontidem sita, Biledschik, Eski-Schehr (Dorylaeum), Turkmen, Ssögüd (Cotysium, Sögüd), Basardschik, Karamursal, Tuvadschik, Jeni-Schehr. Novissime autem Ismid a dioecesi separata ad dioecesim Constantinopolitanam accessit.

Incolae: Armeni catholici hujus dioeceseos sunt fere 3000, Armeni schismatici 100 000, graeci schismatici 100 000. Major incolarum numerus sunt mahumetani; protestantes, qui Armenos schismaticos ad suas partes pertrahere student, sunt circiter mille, iisque sunt praedicantes indigenae, qui in America studiis operam dederunt. Praeterea adsunt circiter 6000 judaeorum.

Clerus: In tota dioecesi sunt 9 omnino sacerdotes, quorum 6 indigenae, 3 extranei. Colonia latina Bursensis subest gubernationi duorum sacerdotum ex congregatione assumptionis B. V. M.

Stationes: Bursa, Kjutahija, Biledschik, Eski-Schehr, Ssögüd, Turkmen, Karamursal, Turadschik. In ambitu dioeceseos est Nicaea ad Ascaniam paludem sita, nominis celebritatem habens a concilio oecumenico primo, quod contra Arium a. 325 ibidem habitum est.

Ecclesiae et sacella: In stationibus Bursa, Kjutahija, Biledschik singulae sunt ecclesiae, in Eski-Schehr ecclesia aedificari coepta est, in Ssögüd et Turkmen sunt singula sacella eaque exigua.

Lingua: Principatum tenet lingua turcica. Variis autem locis sunt coloniae christianorum, qui suae nationis linguam retinuerunt, velut Graeci graecam, Armeni armeniacam.

**11. Dioecesis Caesareensis in Cappadoria.**

Caesarea, Cappadocibus urbium mater habita, ad Melam fl. et Argaei montis radices jacens, episcopum olim habuit Basilium Magnum.

Ambitus: Dioecesis Caesareensis amplectitur territorium, quod ad orientem versus usque fluvium vulgo Sumantia Lu nuncupatum, ad septentrionem usque ad Halyn porrigitur, et quod ab occidenti dioecesi Ancyrensi, a meridio Tauro Ciliciae finitur.

Incolae[1]: Armeni catholici 1500, schismatici 50 000, protestantes 600,

Clerus: sacerdotes Armeni 3, accedunt 4 sacerdotes Galli, societatis Jesu, Caesareae degentes,

Ecclesia una est Caesareae; in New-Schehr in conclavi quodam sacrificium Missae agitur.

Lingua: In urbibus omnes nationes sermone turcico uti solent.

**12. Dioecesis Erzerumiensis Armenorum.**

Theodosiopolis (Erzerum, Garin), ad fontes Euphratis occidentalis, dioecesis a. 1850 facta, d. 10. Jul. 1883 in Erzerumiensem et Muscensem divisa est.

Ambitus: Provinciae Erzerum districtus Erzerum, Baiburt, Ersingjan.

Incolae: Armeni catholici ca. 10 000, schismatici 12 000; adsunt praeter hos mahumetani, Graeci, Armeni protestantes, Jezidae.

Clerus: 18 adsunt sacerdotes indigenae, quorum unus est Mechitarista Venetianus, alter monachus Antonianus; praeter hos adest sacerdos Capucinus cum 1 fratre laico.

Paroeciae: circiter 30, Ecclesiae: 27, Sacella: 49.

**13. Dioecesis Hispahanensis Armenorum.**

Hispahanum (Ispahan), urbs Persidis, dioecesis Armenorum provisorie tantum submissa patriarchae Ciliciae. Missio Armenorum in Perside a. 1827 et 1828 coepta est.

---

[1] Refertur in foliis periodicis „Katholische Missionen" a. 1882, p. 131, triginta millia Armenorum schismaticorum ab episcopo Caesareensi petiisse, ut in ecclesiam reciperentur, iisque, quae est sacerdotum paucitas, non potuisse nisi unum mitti sacerdotem.

Ambitus: Haec dioecesis totam Persidem complectitur.

Incolae: Ut refert Schindlerus ille Germanus, variis itineribus notus, omnium incolarum numerus est 7 653 600, quorum si religiones spectas, hoc modo dividuntur: 5 860 000 sunt Schiitarum, 700 000 Sunnitarum aliarumque sectarum mahumetanarum, 8000 Parsorum, 19 000 judaeorum, 43 000 Armenorum, 23 000 Nestorianorum et Chaldaeorum. Et Armeni quidem per totam Persidem reperiuntur, ita tamen, ut media pars sit in provincia Adorbigana (Aderbeidschan), cujus urbs praecipua est Tabris. In qua urbe, si suburbia addas, 300 familiae Armenorum videntur esse, in Teheran 120, in Dschulfa-Ispahan circiter 400, in Hamadan totaque circa regione numerus est sat magnus, major in vallibus quibusdam angustioribus, quae per fines Hamadensium et Hispahensium inter juga montium altiorum, qui Bakhtiaris vocantur, interjacent.

Hoc tempore Armeni catholici in Dschulfa-Ispahan videntur esse circiter 120.

### 14. Dioecesis Karputensis Armenorum.

Karputum (Karput, Karputh); dioecesis quae a. 1865 erecta esse videtur.

Ambitus: Haec dioecesis montium jugis per circuitum cingitur: ab oriente monte Chazzan, a septentrione Fyndiklybel Dagh, Cimen Dagh, Otlukbel Dagh, ab occidente Karabel Dagh, a meridie Kirvan Cimen Dagh, Karadscha Dagh, Aschyt Dagh. Praeter urbem Karputensem ad hanc dioecesim spectant: Mamurat-uel-Aziz, ubi episcopus residet, Gumusch-Maaden, Arabkir (Hierapolis), Egin, Tschymyschgesek, Tschiamkusch, Karachol, Kjeban-Maaden aliaeque stationes.

Incolae: Armeni catholici 1700, Armeni schismatici 120 000, Armeni protestantes circiter 7000, Jacobitae 1500, graeci schismatici 1000, Turcae, Kurdi, Persae 240 000. Major pars Kurdorum et Persarum ex Armenis christianis ortum duxerunt atque in hodiernum diem armeniacae originis nomine et praenomine vocantur.

Sacerdotes: Sunt in dioecesi praeter episcopum 4 sacerdotes Armeni. Adsunt etiam 3 patres Capucini cum tribus fratribus laicis.

Paroeciae: Arabkir, Kessirek, Tadim,

Stationes: Uschak, Percintsch, Garmri, Karput,

Ecclesiae et sacella: In Mamurat-uel-Aziz et Arabkir singulae sunt ecclesiae; in Tadim aedes sacra ruinae proxima in usu esse desiit. In Kessirek est sacellum.

Lingua turcica a majore incolarum parte adhibetur eaque gubernium utitur; in familiis privatis hominum ex variis nationibus (id est Armenorum, Graecorum, Kurdorum) suae quisque nationis sermone utuntur.

### 15. Dioecesis Germaniciensis seu Merascensis Armenorum.

Germanicia, Syris et Arabibus vulgo Merasch, quae urbs impii Nestorii patria fuit.

Ambitus: Ex Syria ad hanc dioecesim attinet districtus Merascensis provinciae Aleppensis; urbes potiores sunt Merasch, Albistan, Zeitun.

Incolae: Armeni catholici 5000, Armeni schismatici 35 000,

Clerus: sacerdotes Armeni 7, missionarii Capucini 5.

### 16. Dioecesis Muscensis Armenorum.

Muscum (Musch), dioecesis divisa a territorio dioeceseos Erzerumiensis.

Ambitus: Patet haec dioecesis per districtum Muscensem et Vanensem provinciae Vanensis; praeterea per districtum Sertensem.

Incolae: Numerus Armenorum catholicorum excedit 3500, Armeni schismatici adsunt circiter 300 000.

Sacerdotes: Adsunt 5 sacerdotes indigenae; accedunt 2 Dominicani in Van degentes et totidem Sertae, ubi missionis inter christianos Chaldaeos florentis curam agunt.

Paroeciae: Musch, Arintsch, Ogunk, Norschen, Bitlis,

Ecclesiae: Musci ecclesia deest, in reliquis paroeciis ecclesiae satis miserae.

### 17. Dioecesis Sebastensis Armenorum.

Sebaste (Diospolis, Siwas), caput provinciae civilis, ibique residet praefectus provinciae summus. Non longe ab urbe palus quaedam parva ostenditur, quam putant esse partem reliquam illius stagni glacie cooperti, ubi 40 martyres Sebastenses frigori mortifero expositi sunt, quorum sepulchra in magno coemeterio Armenorum dicuntur esse.

Ambitus: Patet haec dioecesis per partem meridionalem districtus Siwas.

Incolae: Armeni catholici una cum iis dioeceseos Tokat 4000, Armeni schismatici 140 000. Saeculo proximo ad finem vergente omnes incolae pagi Perquenik a Siwas ultra leucam distantis ad fidem catholicam reverterunt, ubi hodiedum catholici religionis studiosissimi versantur, quorum numerus 1700.

Clerus: sacerdotes armeno-catholici 7 (cum illis dioeceseos Tokat).

### 18. Dioecesis Tokatensis Armenorum.

Tokatum (Tomaea Pontica, Tokat), dioecesis administrata ab episcopo Sebastensi; parvo intervallo ab urbe est locus, ubi sepulchrum S. Joannis Chrysostomi a schismaticis monstratur.

Ambitus: Complectitur partem septentrionalem districtus Siwas.

Incolae et sacerdotes cf. dioecesim Sebastensem.

### 19. Dioecesis Trapezuntina Armenorum.

Trapezus (Tarabison, Trebisonde, Trapezunt), dioecesis erecta a. 1850.

Ambitus: Haec dioecesis per oram Ponti Euxini patet a Kidros ad Batum. Ad quam pertinent Ineboly, Sinope (Sinob), Basira, Samsun, Cerasus (Kiresün), Kastamuni, Mersiwan, Amasia, Karahissar aliaque loca.

Incolae: Armeni catholici 5000 (praecipue in urbe Trapezunte et Mersiwan), Armeni schismatici 90 000.

Clerus: sacerdotes 10, quorum 3 alumni collegii Urbani de propaganda fide, 4 indigenae, 1 Mechitarista Vindobonensis, 2 reliqui in urbe Constantinopoli sunt consecrati. Praeterea adsunt patres Capucini et Jesuitae; illi in urbibus Trapezunte, Sinope, Samsun, hi in Mersiwan et Amasiae. Fratres illi, qui vocantur „Frères des Écoles chrétiennes du Levant", in urbe Trapezunte scholam aperuerunt a. 1881; sorores Sancti Joseph de apparitione orphanotrophium condiderunt a. 1869.

Ecclesiae: 5, e quibus 2 usui latinorum inserviunt.

### Conspectus
dioecesium patriarchatus Ciliciae Armenorum.

| Dioeceses. | Armeni catholici. | Armeni schismatici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|---|
| Dioecesis Constantinopolitana patriarchalis | 10 000 | 150 000 | 59 |
| Territorium Bzommar | 3 500 | 300 000 | 5 |
| „ Palaestinae | ? | ? | ? |
| „ Bagdadi | ? | 12 000 | 1 |
| Dioecesis Aleppensis | 7 000 | 30 000 | 12 |
| „ Amidensis | 5 000 | 120 000 | 12 |
| „ Mardensis | 8 000 | 20 000 | 13 |
| „ Melitensis | 3 900 | 30 000 | 8 |
| „ Adanensis | 1 500 | 70 000 | 8 |
| „ Alexandrina | 1 250 | 8 000 | 4 |
| „ Ancyrensis | 8 000 | 29 000 | 26 |
| „ Artuinensis | 12 000 | 80 000 | 13 |
| „ Bursensis | 3 000 | 100 000 | 9 |
| „ Caesareensis | 1 500 | 50 000 | 3 |
| „ Erzerumiensis | 10 000 | 12 000 | 18 |
| „ Hispahanensis | 120 | 43 000 | ? |
| „ Karputensis | 1 700 | 120 000 | 4 |
| „ Merascensis | 5 000 | 35 000 | 7 |
| „ Muscensis | 3 500 | 300 000 | 5 |
| „ Sebastensis | 2 000 | 140 000 | 7 |
| „ Tokatensis | 2 000 | | |
| „ Trapezuntina | 5 000 | 90 000 | 10 |
| Summa | 93 970 | 1 739 000 | 224 |

Nota:

### Conspectus alius dioecesium patriarchatus Ciliciae Armenorum.

(Fons: „Das Heilige Land", 1884.)

| Dioeceses. | Armeni catholici. | Armeni schismatici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|---|
| Aleppensis | 4–5 000 | 25 000 | 12 |
| Mardensis | 7 000 | 20 000 | 14 |
| Melitensis | 3 900 | 30 000 | 6–8 |
| Erzerumiensis | 10 000 | 12 000 | 18 |
| Sebastensis et Tokatensis | 4 000 | 140 000 | 7 |
| Ancyrensis | 8 000 | 29 000 | 30 |
| Merascensis | 5 000 | 35 000 | 7 |
| Caesareensis | 1 500 | 50 000 | 2 |
| Bursensis | 3 000 | 70 000 | 6 |
| Karputensis | 2 000 | 130 000 | 4 |
| Trapezuntina | 1 500 | 90 000 | 8 |
| Artuinensis | 12 000 | 80 000 | 13 |
| Amidensis | 2 500 | 120 000 | 6 |
| In Syria: Beryti, Damasci et in regione montis Libanon | 3 500 | 300 000 | 5 |
| Adanensis | 1 500 | 70 000 | 6 |
| Alexandrina | 6 000 | 4 000 | 4 |
| Muscensis | 3 500 | 300 000 | 5 |

## Caput undevigesimum.

# Patriarchatus Antiochenus Graeco-Melchitarum.

1. Magnum illud, quod Photio auctore inchoatum (a. 862) a Caerulario (1053) perfectum est schisma, neque statim nec semper universimque ad Antiochenam ecclesiam propagatum est. Quovis tempore orthodoxi ibi inveniuntur episcopi et inde a Nicolao (869), qui sexagesimus quintus fuit Sancti Petri in cathedra Antiochena successor, ad Cyrillum Tanas (1724) viginti quinque numerantur patriarchae, quorum fides orthodoxa sit incontestata.

Quum autem a. 1727 graeci schismatici concilium Constantinopoli agerent atque ecclesiae Antiochenae symbolum fidei proponendum decernerent, in quo vox „Filioque" omissa et expresse declaratum erat, Spiritum Sanctum a solo Patre procedere, schisma in Syria et Palaestina formaliter perfectum est; tunc enim in duas plane sejunctas discessum est communitates, schismaticam alteram, alteram catholicam, quae usque hodie perstitit orthodoxa.

Synodo a. 1833 ab episcopis graecorum catholicorum celebrata Maximus Mazlum, patriarcha Antiochiae, Alexandriae, Hierosolymorumque electus et paulo post a Pontifice Romano confirmatus est. Quattuor is habebat residentias, unam Damasci ut patriarcha Antiochenus, alteram Cairi ut patriarcha Alexandrinus, tertiam Joppe ut patriarcha Hierosolymitanus, quartam in Libano monte (in dioecesi Berytensi) prope collegium dioecesanum annuntiationis B. M. V. de Ain-Traz, quae statio quasi centralis est in mediis episcoporum residentiis.

2. Ex diario „Oeuvre d'Orient", 1878, n. 106. a. 1878 jurisdictio patriarchae in duodecim dioeceses valebat, quarum tres ab ipso patriarcha administrabantur, reliquae novem archiepiscopis et episcopis concreditae erant. Extra eas vero ecclesiae Melchitarum erant Constantinopoli, ubi parochiam habent SS. Trinitatis, Smyrnae, Amidae, Hierosolymis, Damiatae multisque aliis locis. Imo Ligurni (Livorno) et Massiliae erant paroeciae Melchitarum, quae tamen non a jurisdictione patriarchae, sed episcoporum, in quorum dioecesibus erant, pendebant.

Patriarchatus Melchitarum 190 ecclesias, 19 monasteria, 333 sacerdotes saeculares et regulares, 113 sorores moniales, quae partim scholis habendis, partim aegrotis curandis occupatae erant, complectebatur.

3. Dioeceses Melchitarum 1889 existentes cum nominibus episcoporum et archiepiscoporum sequente catalogo exhibentur:

Archidioecesis Damascena (a patriarcha administrata): Gregorius Jussef, monachus Basilianus e congregatione SS. Salvatoris, alumnus pontificii collegii Urbani de propaganda fide, natus Alexandriae in Aegypto d. 17. Oct. 1823, consecr. episc. Ptolemaidensis 1854, patriarcha a d. 28. Mart. 1865.

Archidioecesis Tyrensis: Euthymius Zulhuf, monachus Basilianus e congregatione SS. Salvatoris, electus d. 13. Jun. 1886.

Archidioecesis Bosrensis et Hauranensis.

Archidioecesis Emesensis et Apameensis: Gregorius Ata, natus in Zahleh 1812, consecr. 20. Febr. 1849.

Archidioecesis Aleppensis: Cyrillus Gehe, consecr. 3. Maji 1885.

Dioecesis Berytensis et Gibaliensis: Meletius Fakak, natus Damasci a. 1829, consecr. episc. Mariamnensis d. 23. Jan. 1876, translatus d. 9. Aug. 1881.

Dioecesis Sidoniensis: Basilius Heggiar, monachus Basilianus e congregatione SS. Salvatoris, alumnus collegii Graecorum in Urbe, natus d. 6. Jun. 1839, consecr. episc. Bosrensis et Hauranensis d. 14. Oct. 1871, translatus 1887.

Dioecesis Ptolemaidensis (Akka): Agapius Dumani, monachus Basilianus e congregatione SS. Salvatoris, consecr. d. 4. Dec. 1864.

Dioecesis Mariamnensis (Zahleh et Farzul): Ignatius Malluk, natus Heliopoli d. 27. Apr. 1815, consecr. d. 18. Sept. 1881.

Dioecesis Heliopolitana (Balbek): Germanus Mehakade, monachus Basilianus e congregatione SS. Salvatoris, consecr. d. 14. Mart. 1886.

Dioecesis Caesareae Philippi (Paneas): Petrus Giragiri, monachus Basilianus e congregatione SS. Salvatoris, consecr. d. 21. Febr. 1886.

Dioeceses patriarchales Antiochena, Alexandrina, Hierosolymitana a vicariis generalibus administrantur, his igitur adnumeratis patriarchatus Melchitarum e quattuordecim dioecesibus componitur.

4. Olim sedes quoque episcopi Melchitae Amidae erat, verum Petrus Samman, qui a patriarcha Maximo Mazlum episcopus consecratus erat, duos tantum annos ibi commoratus est, deinde una cum Demetrio sacerdote, quem ipse ordinaverat, et sexaginta circiter familiis defecit. Samman in Russiam profectus indeque Aleppum reversus est. Christiani autem apostatae a patriarcha Constantinopolitano schismatico alium acceperunt episcopum, sicque Amida sedes episcopalis Melchitarum esse desiit. Duodecim porro familiis, quae in unione ecclesiae fideles permanserant, primo quidem Mazlum patriarcha ope episcopi Syri Antonii providebat, postea vero monachum e congregatione Aleppina, Ignatium nomine, ad eas transmisit.

Tripolis quoque et Hierosolyma sub Mazlum patriarcha proprios habebant episcopos, at Tripolis propria Melchitarum dioecesis esse desiit neque aliud nisi paroecia dioecesis patriarchalis Antiochenae est.

5. Maximas jam a saeculis hic Melchitarum patriarchatus persecutiones a graecis schismaticis et a Turcis patiebatur, saepe etiam praedatoriis Drusorum incursionibus graviter afflictus est. Ab anno tandem 1860 Gallorum interventu molestis his vinculis solutus est et ab hoc etiam tempore patriarchae ad ecclesias, seminaria, scholas erigendas manum admovere licuit, id quod eo magis necessarium erat, quia protestantes Americani, Angli, Borussi in Syria et Palaestina fundaverunt collegia, in quae catholicorum pueri gratis admittuntur atque a catholica ecclesia alienantur.

6. Clero instruendo patriarchatus ab a. 1865 seminarium habet in Ain-Traz et Beryti collegium amplum, cui sacerdotes e patriarchatu praesunt. Seminarium Ain-Traz alumnos clericos habet fere 25; collegium et convictus Berytensis frequentatur ab alumnis 200, qui catechismum, arabicam, gallicam, turcicam, anglicam, graecam linguas, historiam, geographiam, arithmeticam etc. docentur.

7. Clerus regularis. Congregatio Basilianorum unitorum SS. Salvatoris inter Melchitas fundata est a. 1715 ab archiepiscopo Euthymio Tyrensi. Residentia abbatis generalis est monasterium magnum Deir-el-Muk-

hallis (Domus Salvatoris nostri) prope Sidonem. Altera congregatio ineunte saec. 18. in monasterio Mar Johanna esch Suweir (S. Joannis de Suriano) in Libano fundata est; quae tamen ob dissensiones inter monachos regionis Aleppinensis et monachos Libani in duas discessit congregationes Aleppinorum et Soaritarum. Gregorius XVI. a. 1832 hanc divisionem approbavit. (Cf. Kirchenlexikon. 2. Aufl. Freiburg, Herder. Bd. II. 1883. „Basilianer", auct. Schneemann S. J.)

Praesens harum congregationum status est: 1) Congregatio SS. Salvatoris, abbas generalis Joannes Kahil, monachi supra 200 et moniales circiter 40; 2) congregatio Aleppinorum, abbas generalis Thomas Cabase, monachi supra 60, moniales 30; 3) congregatio Soaritarum, abbas generalis Joseph Chefuri, monachi supra 100, moniales 50.

8. Numerus omnium, qui patriarchatui Melchitarum Antiocheno accensentur, catholicorum aliquanto plus quam 114 000 esse probabiliter existimatur (secundum aliquos 120 000), clerus autem universus ex 300 (sec. aliquos 400) sacerdotibus consistere videtur.

Lingua Melchitarum vulgaris arabica est, liturgica graeca, verum ad plebis intelligentiam juvandam etiam in functionibus sacris arabica aliquando adhibetur.

### 1. Dioecesis patriarchalis Antiochena Melchitarum.

Antiochia, cognomento etiam Magna dicta, ab ostiis Orontis fluvii remota est, qui urbem illam interluit. Hic sedem fixit apostolus Petrus ac fideles Antiocheni primum dicti sunt christiani.

Ambitus: Dioecesi patriarchali Antiochenae hae Melchitarum communitates accensentur: Antiochiae, Amidae (Diarbekir), Bagdadi, Tripoli, Tarsi, Mersinae, Alexandriae ad Issum (Alexandriolae, Alexandrette).

Ante a. 1886 insuper adnumerabantur Hasbaia, El-Kufeir, Abil-el-Kamh, Dschedeideh in regione Merdsch-el-Ajun, qui pagi ab eo tempore novam Melchitarum dioecesim Paneadis seu Caesareensem constituunt.

Melchitae Constantinopoli et Smyrnae degentes non directe quidem jurisdictioni patriarchae subsunt, sed ab eo sacerdotes accipiunt, qui tum ordinario locali subjacent.

Incolae: 1500 Melchitae.

Clerus: Antiochiae monachus e congregatione Aleppina, Amidae sacerdos saecularis (uxoratus), Bagdadi monachus e congregatione Soaritarum, Tripoli monachus e congregatione SS. Salvatoris, Adanae monachus e congregatione Aleppina, qui et Melchitarum Tarsensium curam habet. Paroecia Alexandriae ad Issum monacho congregationis SS. Salvatoris commissa est.

### 2. Dioecesis patriarchalis Alexandrina Melchitarum.

Ambitus: Aegyptus, Nubia, Aethiopia (Sudan).

Incolae: 7000 Melchitarum, qui plerique Alexandriae et Cairi habitant.

Clerus: sacerdotes sunt 21, quorum 20 e tribus congregationibus diversis Basilianorum.

Ecclesiae et sacella: 18 numerantur ecclesiae et sacella, quae sunt Alexandriae, Cairi, Damiatae, Mansurah, Samanud, Sagasig, Tanta, Port-Said etc.

### 3. Dioecesis patriarch. Hierosolymitana Melchitarum.

Ambitus: Palaestina, excepta ea parte, qua dioecesis Ptolemaidensis constituitur.

Incolae: 600 Melchitae, qui fere Joppe et Hierosolymis degunt.

Clerus: 3 sacerdotes Basiliani e congregatione SS. Salvatoris Joppe consistunt.

Paroecia: 1 Joppe.

Ecclesiae et sacella: Joppe et Hierosolyma singulas ecclesias habent Melchiticas, haec posterior simul ecclesia patriarchae cathedralis est. Prope Joppen insuper oratorium exstat.

### 4. Dioecesis Damascena Melchitarum.

Damascus, antiqua civitas, priscorum Syriae regum metropolis, quum nondum florerent Antiochia, Laodicea et Apamea, quam etiam propter amoenitatem totius orientis oculum vocant. Haec dioecesis ab ipso patriarcha administratur.

Ambitus: Dioecesis Damascena complectitur Damascum, Saidnaja, El-Maara, Maarune, Sahnaja.

Incolae: Numerus dioecesanorum Melchitarum est 11 900.

Paroeciae: Damasci 3 paroeciae Melchitarum, in Saidnaja 2, El-Maara 2, Maarune 1, Sahnaja 1.

Clerus (1879): sacerdotes Melchitae in dioecesi fere sunt 20: Vicarius patriarchalis, rector scholae patriarchalis Damascenae, religiosi 5 e congregatione SS. Salvatoris et religiosus 1 e congregatione Soaritarum; hi curam paroeciae habent apud ecclesiam cathedralem; religiosi 3 e congregatione SS. Salvatoris alteram paroeciam Damascenam (Bab-el-Mosalla) administrant, alii 2 tertiam ejusdem urbis paroeciam (Kurschi); 4 presbyteri saeculares uxorati sunt in El-Maara et 1 in Saidnaja; in Marune religiosus e congregatione SS. Salvatoris vices gerit parochi, ad paroeciam Sahnaja aliquis e clero Damasceno hinc inde mitti solet.

### 5. Archidioecesis Tyrensis Melchitarum.

Tyrus, civitas antiquissima, Sidone tamen recentior, coloniis, quas in remotissimas terras misit, celeberrima. Ad mare in rupe posita erat, a qua illi nomen Sur, quod rupem significat. Juxta veterem illam recentior Tyrus aedificata est in paeninsula. Hiramus rex Tyri erat, qui Salomonem in exstruendo templo adjuvit. Paulum apostolum inde Hierosolyma abeuntem fideles Tyrii prosecuti sunt ad litus usque; ac postea mira constantia christianam defenderunt fidem, donec a Sarracenis demum capta est urbs.

Ambitus: Archidioecesis Tyrensis eam Syriae partem amplectitur, quae ab occasu mari Mediterraneo, ab oriente Jordane alluitur, ab aquilone Leonte fluvio (vulgo Nahr-el-Litani), ab austro campis Zeb et Zaiâ cingitur.

Incolae: Archidioecesis Tyrensis 6120 Melchitas dioecesanos habet; intra ejus fines sunt insuper 1892 Maronitae et 85 latini; acatholicorum christianorum numerus est 50 688, metualiorum 45 000.

Clerus: sacerdotes 20, quorum 15 e Basilianorum congregatione SS. Salvatoris, 5 reliqui sac. saec.

Ecclesiae et sacella: 10.

Scholae: Tyri 2 scholae puerorum et 1 puellarum ibidem; in aliis archidioecesis locis scholae elementares 10. Frequentantur hae scholae a pueris 950 et puellis 180. Protestantes Americani in archidioecesi 4 scholas habent.

### 6. Archidioecesis Bosrensis et Hauranensis Melchitarum.

Ambitus: Archidioecesis Bosrensis et Hauranensis ab occidente Jordane et lacu Tiberiadis et dioecesi Paneadensi cingitur, ab aquilone dioecesi Damascena, ab oriente deserto Arabiae; ad meridiem versus usque ad urbem Madijabah protenditur.

Incolae: ca. 250 000 Arabum; ex his mahumetanorum sunt ca. 200 000, protestantes ca. 100, Melchitarum ca. 7000; in provincia Salt insuper 1500 catholici latini sunt jurisdictioni patriarchae Hierosolymitani subditi.

Clerus: sacerdotes 10, ex his 4 sunt congregationis SS. Salvatoris.

Paroeciae: 12, Ecclesiae: 4, Sacella: 8, Scholae: 10.

### 7. Archidioecesis Emesensis et Apamensis Melchitarum.

Archidioecesis Emesensis (Emesa, Homs) cum Epiphaniensi (Epiphania, Hamath, Hamah) et Apamensi (Apamea Syriae) unita est.

Ambitus: Archidioecesis Emesensis et Apamensis ab oriente Dschebel-Nusarieh et Antilibani montium inter 34. et 36. gradum latitudinis septentrionalis sita est; ad orientem deserto Arabiae adjacet. Oppida majoris momenti sunt: Malula, Jabrud (residentia archiepiscopi), Nebk, Deir-Atijeh, Hafia, Emesa (altera archiepiscopi residentia) etc.

Incolae: Melchitae 5070, graecorum schismaticorum 10 000, Syri 1000, Jacobitarum 5000, mahumetanorum ca. 180 000.

Clerus: In archidioecesi sunt sacerdotes 15, diaconus 1, subdiaconus 1. Monachi Basiliani congregationis SS. Salvatoris monasterium habent prope Malula, alterum apud Kara.

Paroeciae: 10, Ecclesiae: 15.

Scholae: 3 scholae melchiticae sunt in Jabrud, 2 puerorum, 1 puellarum; praeterea in aliis locis scholae aliquae elementares.

### 8. Archidioecesis Aleppensis Melchitarum.

Ambitus: Archidioecesis Aleppensis imprimis urbem Aleppum sive Beroeam (Haleb, Chalybon, Aleppo) et nonnullos in circuitu vicos comprehendit.

Incolae: Melchitarum 9000 numerantur.

Clerus: 13 sacerdotes Melchitae, 1 diaconus, 2 sacerdotes Basiliani congregationis Aleppinae.

Ecclesiae et sacella: Ecclesia cathedralis cum domo metropolitana in vico Saliba, singulae ecclesiae in Scharasus et Azizia, sacellum scholae melchiticae in Saliba, singula oratoria in pagis Besarena et Aghejul.

Scholae: Collegium melchiticum cum alumnis 130, partim internis partim externis; porro schola in Saliba cum 250 discipulis, in Scharasus cum 280 et in Besarena cum 75 discipulis; item in Saliba schola puellarum cum 195 puellis, altera in Azizia 45 puellarum. Instructio maximam partem gratuita est.

### 9. Dioecesis Berytensis Melchitarum.

Berytus, colonia felix Julia a Plinio dicta, in ora maris Syrii, hodie urbs illarum regionum frequentatissima. Melchitarum dioecesis Berytensis nata est unione antiquiorum dioecesium Berytensis et Gibaliensis.

Ambitus: Dioecesis Berytensis complectitur duas Libani praefecturas Metn et Kesruan. Ab occidente mari Mediterraneo, a meridie Tamyra fluvio (Nahr-ed-Damur), ab oriente Libano monte, ab aquilone dioecesi Tripolitana limitatur.

Incolae: Melchitarum 15 000, Maronitae 43 500, latini 1300, Syri 150, Armeni 50, graecorum schismaticorum 35 000, Turcarum 28 000, Drusorum 5000, protestantes 1250.

Clerus: sacerdotes indig. (omnium rituum) ca. 300; praeter hos missionarii latini: Jesuitae, Franciscani, Lazaristae. Congregationes monialium Vincentinarum, sororum a S. Joseph, Trinitariae, sorores a Nazareth.

Paroeciae (omnium rituum): 150.

Ecclesiae (omnium rituum): 195.

Seminaria melchitica: Ain-Traz sacerdotibus saecularibus, conventus S. Joannis Cuairiti et conventus SS. Salvatoris Sarba monachis instituendis.

### 10. Dioecesis Sidoniensis Melchitarum.

Sidon, antiquissima civitas, nunc propter Turcarum incuriam desolata.

Ambitus: Dioecesis Sidoniensis (Saida) a septentrione rivo Wadi Safa vulgo nuncupato et Tamyra, ab oriente Libano, ab occidente mari, ab austro Leonte circumscribitur. Urbes includit Deir-el-Kamr (residentia hiberna episcopi), Dschezzin et Nabatijeh, vicos majores 90 et 60 minores.

Incolae: Melchitae 11 290, Maronitarum 15 000, mahumetanorum 10 000, metualiorum ca. 15 000, Drusorum ca. 10 000, latini 200, graeci 200, judaei 1300, protestantes supra 300.

Clerus: 25 sacerdotes saeculares Melchitae in paroeciis curam animarum exercent; insuper adsunt 151 monachi Basiliani congregationis SS. Salvatoris et 35 moniales ejusdem congregationis.

### 11. Dioecesis Ptolemaidensis Melchitarum.

Ptolemais, civitas ad mare posita prope Carmelum montem, ab Aegyptio quondam rege nomen adepta. Varia haec urbs fortuna usa, modo christianis paruit, modo Sarracensis, a quibus penitus excisa, attamen restaurata est.

Ambitus: Dioecesis Ptolemaidis (Accon, St. Jean d'Acre, Akka) a promontorio Ras-en-Nakura usque ad Carmelum patet, ab oriente Jordanem et lacum Tiberiadis, ab occidente mare habet limites. Oppida majoris momenti: Ptolemais, Haifa, Nazareth, Schefa-Amr, El-Mughar, Malia, Tiberias, Safed.

Incolae: Melchitarum 9000, catholicorum aliorum 2000; insuper mahumetani, judaei, schismatici.

Clerus: sacerdotes 34, inter quos complures monachi Basiliani congregationis SS. Salvatoris,

Paroeciae: 24, Ecclesiae: 25,

Scholae: 10 scholae melchiticae.

### 12. Dioecesis Mariamnensis Melchitarum.

Zahleh urbs, antiquitus Marianma vel Mariamne nuncupata, quae fidei semper conservavit integritatem, centrum praecipuum est graecorum catholicorum.

Ambitus: Dioecesis Melchitarum Mariamnensis in Antilibano sita, ab occidente Libano, ab oriente Hermone, a meridie dioecesi Caesareae (Paneadis), a septentrione Heliopolitana dioecesi limitatur.

Incolae: Hominum acatholicorum in dioecesi sunt 40 000, in quibus ca. 15 000 graecorum schismaticorum, ca. 15 000 mahumetanorum, ca. 10 000 metualiorum. Recentiore tempore protestantismus quoque asseclas nactus est. Catholicae ecclesiae sunt 22 000 Melchitarum et ca. 4000 Maronitarum.

Clerus: 52 sacerdotes Melchitae (et saeculares et Basiliani omnium trium congregationum),

Paroeciae: 30, Ecclesiae et sacella: 34.

### 13. Dioecesis Heliopolitana Melchitarum.

Ambitus: Dioecesis Heliopolitana (Baalbek) ab oriente Orontem fluvium, ab occidente Libani culmen attingit; porro a fonte fluminis Nahr-Barada aquilonem versus usque ad Nahr-Akkar extenditur.

Incolae: 5000 Melchitarum, graeci schismat. 1200, protestantes 20 et multi mahumetani,

Clerus: sacerdotes 15, scil. saeculares 2 et Basiliani 13 congregationis Aleppinae.

### 14. Dioecesis Paneadis sive Caesareae Philippi Melchitarum.

Paneas eadem est, quae Caesarea Philippi in scripturis dicitur, quia Philippus Herodis senioris filius eam vel condidit, vel de vico in urbem erexit et in honorem imperatoris Caesaream appellavit; sita ad radices montis Hermonis (Dschebel esch Schech). Ad hanc urbem versatus quum Divus Servator ex discipulis quaesivisset, quemnam homines se dicerent esse, Petrus omnium nomine praeclaram edidit confessionem. Dioecesis constituta d. 21. Febr. 1886.

Ambitus: Dioecesis Caesareae continet omnem regionem Antilibani et vallis Jordanis ripae orientali adjacentis cum parte quadam plagae campestris, quae ad lacum Tiberiadis descendit. Ab aquilone planitie Coelesyriae (El-Bekaa) et via Berytensi ac Damascena dioecesibusque Mariamnensi et Heliopolitana circumscribitur; ab oriente dioecesibus Damascena et Bosrensi-Hauranensi, a meridie eadem dioecesi Hauranensi et Ptolemaidensi, ab occasu Oronte fluvio, monte (Dschebel) Hunin, Jordane lacuque Tiberiadis cingitur. Residentia episcopi est Dschedeideh.

Incolae: Melchitae 3600, Maronitae 1800, Syri 200, protestantes 300, graecorum schismaticorum 20 000, mahumetanorum, Drusorum etc. 160 000. Dioecesim incolunt etiam Circassii e provincia Russiae Kars; Arabes nomadum ritu viventes sunt circa rivos Bahr-el-Huleh et Jordanem.

Sacerdotes: 14,

Paroeciae: 2, altera in Abil-el-Kamh (Merdsch-el-Ajun), altera in Kefr-Mischke,

Ecclesiae: 5, Sacella: 4.

## Synopsis

status Antiocheni Melchitarum patriarchatus.

| Dioeceses. | Melchitae. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Dioecesis patriarchalis Antiochena . . . . | 1 500 | 6 |
| „ „ Hierosolymitana . . | 600 | 3 |
| „ „ Alexandrina . . . . | 7 000 | 21 |
| Dioecesis Damascena . . . . . . . . . . | 11 900 | 20 |
| Archidioecesis Tyrensis . . . . . . . . | 6 120 | 20 |
| „ Bosrensis et Hauranensis . . | 7 000 | 10 |
| „ Emesensis et Apamensis . . . | 5 070 | 15 |
| „ Aleppensis . . . . . . . | 9 000 | 13 |
| Dioecesis Berytensis . . . . . . . . . | 15 000 | ? |
| „ Sidoniensis . . . . . . . . . | 11 290 | ca. 40 |
| „ Ptolemaidensis . . . . . . . . | 9 000 | 34 |
| „ Mariamnensis . . . . . . . . | 22 000 | 52 |
| „ Heliopolitana . . . . . . . . | 5 000 | 15 |
| „ Caesareae Philippi . . . . . . | 3 600 | 14 |
| Universus patriarchatus Antiochenus Melchitarum . . . . . . . . . . . . . . . | 114 080 | ? 263 |

## Caput vigesimum.

# Patriarchatus Antiochenus Syro-Maronitarum.

1. Maronitarum gens, quae nomen sortita est a Marone, sanctissimo abbate 4. et 5. saeculi, Syriam mari Mediterraneo conterminam seu Libanum montem incolit fere totum inde a finibus ejus septentrionalibus usque ad regionem urbis Safed; ultra porro septentrionem versus inveniuntur in oppidis et vicis majoribus usque ad Beroeam (Aleppo), ad meridiem usque ad Nazareth. Sedes tamen eorum propria, ubi soli fere incolunt, est regio Chosroana (Kesruan), Syriae districtus, qui Lyco fluvio (Nahr-el-Kelb) dirimitur a pago Metn austrum versus et ab aquilone districtu Fetuh cingitur.

Hujus nationis homines forma corporum athletica et perquam speciosa, ingenio perspicacissimo, animo audaci et intrepido conspicui, genuinis Arabum tribubus nihilo sunt inferiores, assidui laboris patientissimi a fatalismo Turcarum prorsus alieni, non turcico, sed communi Arabum sermone utuntur, agriculturae operam dant in montibus Libani, ubi sedes suas magna fortitudine defendentes satis libertatem suam a Turcarum tyrannide vindicabant, praeterquam quod praefecto Libani vectigalia solvebant.

2. Natio Syro-Maronitarum, ut ex testimoniis auctorum tam orientalium quam occidentalium evinci videtur, nunquam a fide Romana et universalis ecclesiae aliena erat, quamvis ob distantiam locorum et vicissitudines politicas nexus cum sede Romana lapsu temporis intercidisset. Primam occasionem arctioris connexionis cum sancti Petri cathedra ineundae Maronitae nacti sunt expeditionibus crucigerorum in Terram Sanctam susceptis.

Intimior deinde unio a. 1445 facta atque 1584 collegio Maronitarum a Gregorio XIII. Romae fundato consolidata est, ex quo deinceps ecclesia Maronitarum plerosque obtinuit sacerdotes. Concilii quoque Tridentini statuta a. 1736 Clemente XII. Summo Pontifice susceperunt.

Patriarcha (Batrak) Maronitarum titulum gerit „patriarchae Antiocheni (anno enim 1254 Alexander IV. Papa patriarchae Simoni IV. hanc tribuit appellationem) et omnis orientis“.

3. Ante a. 1736 patriarchae Maronitarum Antiocheno, qui in monasterio Kanobin (i. e. coenobium) montis Libani[1] residebat, sedecim archiepiscopi et episcopi suberant: Tyrensis, Damascenus, Cyprensis, Beroeensis, Berytensis, Tripolitanus, Botranensis, Ptolemaidensis (Accon, Acre), Laodicenus, Apamensis, Arcenus (Arca, Arce), Sareptanus, Caesareensis (Paneas), Byblensis (Dschebail), Neapolitanus (Nabulus).

[1] Kanobin monasterium est Maronitarum sub nomine S. Mariae exstructum a Theodosio Magno ad radices montis Libani; illud ex sede episcopali patriarchalis evasit ante a. 1445.

Synodo anno illo celebrata numerus dioecesium imminutus ad has octo: Beroeensem, Tripolitanam, Byblensem et Botranensem, Heliopolitanam (Baalbek), Damascenam, Cyprensem, Berytensem, Tyrensem et Sidoniensem.

4. Patriarchae Maronitarum ante synodum a. 1736 absolutam fere potestatem exercebant in episcopos, quos ad suum arbitrium instituebant, consecrabant, transferebant, deponebant. Synodus illa et episcopis obligationem residendi in suis dioecesibus imposuit simulque statuit, ne episcopi aliter nisi ex causis jure approbatis processu canonico vel translatione canonice facta sedibus suis moveri possent; quae tamen statuta non ante a. 1819 Pio VII. Summo Pontifice plenum effectum sortiri coeperunt. Patriarcha autem jus habet instituendi et consecrandi episcopos, ordinandi etiam episcopos titulares, dioeceses singulis trienniis visitandi, decimas colligendi, taxas pro dispensationibus concessis exigendi, legata sibi aut ecclesiae suae relicta acceptandi in eumque finem receptores suos in dioeceses circummittendi, olea sacra consecrandi singulisque dioecesibus distribuendi. Pro taxa tamen pecuniaria, quae antea cum distributione oleorum sacrorum et cum ordinationibus connexa erat, Benedictus XIV. concessit aequivalens subsidium caritativum. Patriarcha etiam jure convocandi concilii nationalis, inquirendi judicandique causas episcoporum accusatorum, infligendi censuras, omnibus denique juribus ordinariis metropolitarum potitur.

5. De numero catholicorum incolarum ante haec nostra tempora vix quidquam certi innotuit et magna est apud auctores discrepantia.

A. 1843 numerus omnium Maronitarum esse ferebatur ca. 500 000 vel 525 000, quorum 82 000 tantum in ipso Libano monte, ceteri Beroeae, Damasci, Cairi aliisque Africae locis, maxime vero in Cypro insula degerent et Constantinopoli (Notizia Statistica delle Missioni Cattoliche in tutto il mondo. Roma 1843. p. 170; — cf. Monsg. Nicolas Murad, Archevêque Maronite de Laodicée, Représentant de sa Nation près le Saint-Siège: Notice historique sur l'Origine de la Nation Maronite etc. Paris 1844. p. 16). Alii circa idem tempus solum 260 000 (Dr. J. Bowring, Report. London. fol. 1840. p. 3), alii 220 000 esse censebant, e quo numero ad summum 180 000 in ipso Libano degerent (Thomson et v. Wildenbruch; vide Berliner Monats-Berichte der Geographischen Gesellschaft. Neue Folge. I. 1843. S. 90); alii denique numerum ad 105 000 vel 106 000 restringebant (Volney et Corancez).

De incolis montis Libani „Missions catholiques“ a. 1883, p. 395 agunt, e quibus haec tabella excerpta est:

| Districtus (Kaimakamats). | Incolae universi. | Mahumetani. | Maronitae. | Drusi. | Graeci schismatici. | Graeci catholici seu Melchitae. | Metualii. | Protestantes. | Oppida, vici etc. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Schuf | 46 452 | 4 486 | 8 472 | 22 274 | 6 619 | 3 711 | 590 | 300 | 220 |
| Dschezzin | 11 120 | 170 | 6 150 | 46 | 310 | 2 042 | 2 402 | — | 124 |
| Deir-el-Kamr | 5 091 | — | 4 542 | 22 | — | 527 | — | — | 7 |
| Metu | 44 851 | 130 | 29 986 | 5 756 | 5 596 | 2 310 | 798 | 275 | 191 |
| Zahleh | 15 385 | 200 | 1 864 | — | 2 324 | 10 892 | 85 | 20 | 5 |
| Kesruan | 70 967 | 380 | 65 366 | — | 1 076 | 809 | 3 336 | — | 270 |
| Batrun | 52 837 | — | 48 060 | — | 2 642 | 456 | 1 679 | | 200 |
| Kurah | 15 387 | 2 176 | 2 794 | — | 9 982 | 85 | 350 | — | ? |
| Summa | 262 090 | 7 542 | 167 234 | 28 098 | 28 549 | 20 832 | 9 240 | 595 | 1 017 |

6. Anno item 1843 in catalogo Sacrae Congregationis de propaganda fide novem episcopi recensentur: Damascenus, Heliopolitanus, Sidoniensis, Byblensis, Tripolitanus, Berytensis, Beroeensis, Cyprensis, Edenensis in regione cedrorum. Tunc porro sacerdotes erant mille, quorum sexcenti regulares, et in monasteriis mille monachi, qui sacerdotes non erant. Ecclesiae universim erant 320, monasteria 109 cum quinque seminariis patriarchalibus et novem collegiis dioecesanis, postremo collegium Maronitarum Romanum.

His non omnino concinna sunt ea, quae habentur apud Nicolaum Murad (opusc. cit.), qui recenset 15 episcopos et archiepiscopos, 1205 sacerdotes, 82 monasteria, 1410 monachos et 330 moniales, 4 collegia publica, in quibus singulis 20 vel 25 discipuli, et domum missionariorum nationalium.

7. Ex Ritter, Erdkunde von Asien. 1854. Th. 17. Abth. 1. Buch. 3. p. 785 sqq. status rei ecclesiasticae Maronitarum hic erat:

Patriarcha Maronitarum sedem residentialem aestate habet Canobin, hieme Bkerke. A. 1845 patriarcha erat Jusuf Boutros (Joseph Petrus) Habeisch ex gente principum Khazen Habeisch. Huic tredecim episcopi assistebant, e quibus novem totidem dioecesibus praeerant:

Episcopus Sidoniensis residet in Mischmuschi prope Dschezzin; dioecesis a Ptolemaide (Akka, Accon) septentrionem versus usque ad Tamyram fluvium (Damur) et usque ad Antilibanum extenditur.

Episcopus Berytensis in urbe huius nominis residet, dioecesim habet a Tamyra usque ad urbem Anteliam.

Episcopus Cyprensis, cujus dioecesis praeter insulam Cyprum etiam regionem montis Libani ab urbe Antelia ad Lycum flumen (Nahr-el-Kelb) continet, residet in collegio Kurnet Schehwan in Kati'a.

Episcopus Damascenus, qui in Zuk-Mikâd residet, dioecesim habet partim Damasci, partim a flumine Lyco usque in mediam regionem Chosroanam.

Episcopus Heliopolitanus, qui a media regione Chosroana usque ad Gibalium pagum (Dschebail) jurisdictionem habet, in monasterio Buklusch residet. Huic et praecedenti sedi praeerant a. 1843 episcopi e familia Khazen.

Episcopus Gibaliensis, vicarius patriarchae, praeest dioecesi, quae a districtu Futuh ascendit usque ad viciniam Tripolis; residentia est collegium (monasterium) Mar Johanna Maron. Re vera patriarcha simul est episcopus Gibaliensis, qui tamen dioecesim suam vicario administrandam committit.

Episcopus Tripolitanus dioecesim habet circa Tripolim usque ad Accar.

Dioecesis episcopi Edenensis (Paradisi) solum hunc vicum cum agro circumposito continet.

Episcopus Aleppensis (Beroeensis) in hac urbe suae dioeceseos residet.

8. Nullibi fortasse in orbe tot inveniuntur in tam arcto spatio monasteria, quam in regione Maronitarum, quae res non secus ac naturalis terrae conformatio efficit, ut peregrinis iter agentibus regio poëticum quiddam spirare videatur, et certe homines hujus nationis vitam patriarchalem, paupertate et privationibus plenam agentes hospitalitate omnibus ejusdem fidei religiosae sociis liberaliter oblata, simplici pietate et in ecclesiam devotione, animo aeque erga sacerdotes suos obsequente atque forti et ad repellendas infidelium invasiones generoso jam antiquitus magnam sibi plurimorum admirationem et vota conciliaverunt.

9. Auctore Ritter 8 Maronitis erant scholae superiores sive collegia, 3 collegia generalia, 3 dioecesana, 2 monachis destinata.

Collegia generalia sunt:

Ain-Warka in regione Chosroana ab oriente oppidi Ghusta. De hoc collegio haec habet Mislin (Die heiligen Orte. 1860. Bd. I. p. 478): „Ain-Warka omnium Maronitarum collegiorum antiquissimum est; situm mirae habet amoenitatis in declivo colle, qui mediam vallem dilatatam et bene cultam occupat undique pinorum et mororum silvis cinctam nec longe a mari dissitam. Ecclesia adest pulchra et munda, Italorum more et gustu exornata. Triginta tantum hoc collegium habet alumnos, clericali statui destinatos, qui arabicam et syriacam linguam, logicam et

theologiam moralem edocentur; ex aliquo etiam tempore lingua italica et latina accessit, denique omnes disciplinas, quae in nostris scholis et seminariis doceri solent, introducere animis quorundam volvitur."

Collegium Rûmieh in regione Chosroana superiore ex monasterio monialium transformatum et a familia Sufeir fundatum, decem vel quindecim discipulis adaptatum.

Collegium Mar-Abda Herhereiya, situm in Futuh, non longe a confiniis regionis Chosroanae, ex monialium asceterio per familiam Asâf fundatum, viginti vel viginti quinque discipulis adaptatum.

Collegia monastica sunt in conventibus Bir-Suneih et Kefifân, discipulos habent circa sexaginta.

Maronitis etiam jus competit sex alumnos in collegium Urbanum de propaganda fide Romam mittendi.

10. Status patriarchatus Syro-Maronitarum praesens: In toto patriarchatu Antiocheno ca. 275 000 vel 300 000 Maronitarum degunt. Singulae dioeceses nunc (1889) reguntur ab episcopis, quorum nomina haec:

Dioecesis Gibaliensis et Botranensis: Episcopus est patriarcha Paulus Petrus Muschad, natus in Libano 1806, archiepiscopus tit. Tarsi a d. 23. Mart. 1855.

Dioecesis Aleppensis: Paulus Hachim, episcopus consecr. d. 16. Jul. 1885.

Dioecesis Berytensis: Joseph Debs, natus 8. Oct. 1833, consecr. d. 11. Febr. 1872.

Dioecesis Damascena: Nomatalla Dahdah, consecr. d. 11. Febr. 1872.

Dioecesis Tyrensis et Sidoniensis: Petrus Bostani, consecr. episcopus Achridensis, coadjutor, successit d. 28. Sept. 1856.

Dioecesis Tripolitana: Stephanus Evodio, consecr. d. 15. Dec. 1878.

Dioecesis Cyprensis: Josephus Zogbi, consecr. 1883.

Dioecesis Heliopolitana: Joannes Hagg, consecr. 10. Aug. 1861.

Numerus omnium in toto patriarchatu sacerdotum est ca. 1180.

11. Maximo usui et ornamento catholicae ecclesiae in oriente fuerunt monachorum familiae.

Monachi Maronitarum Antoniani ante a. 1757 in duas tantum congregationes divisi erant, Sancti Isaiae alteram et alteram antiquiorem ac frequentiorem, Sancti Elisaei nuncupatam. Haec autem circa id tempus in duas secessit corporationes, quarum altera monachorum Aleppinorum, altera monachorum montanorum seu montis Libani seu Baladitarum (Baladiyah i. e. indigenae) cognominatur. Benedictus XIV. litteris in forma brevis datis hanc divisionem approbavit.

Congregatio Aleppina sex monasteria habet (in his unum Romae) et duo hospitia; plures sustentat scholas et ad paroecias etiam externas sacerdotes mittit. Congregatio Baladitarum habet monasteria 32 (ex quibus tria monialium) et hospitia 10; scholas 17 dirigit in variis locis.

Congregatio Sancti Isaiae plus quam 230 monachos habet in monasteriis 20 et hospitiis 8; in vicis 14 vel 15 funguntur munere parochorum, praeterea 4 parvas dirigunt scholas.

Praeter novitiatum seu tirocinium tres sunt apud Maronitas monasticae vitae gradus, primus — ordo novitiorum, secundus — ordo primus seu eorum, qui tondentur ac vitam monasticam profitentur, tertius — ordo secundus seu medius, quartus ordo — ordo magnus sive supremus, eorum scilicet, qui a Graecis megaloschimi sive magnum habitum ferentes vocantur, qui ad summum perfectionis apicem contemplationibus et severiore vitae disciplina pertingendum anhelant.

Reliqui duo ordines, primus nimirum et secundus, uno ordine apud Graecos comprehenduntur, eorum scilicet, qui microschimi seu parvum habitum gerentes dicuntur; nam primus juxta Graecos ordo est archariorum seu novitiorum, secundus microschimorum et tertius megaloschimorum.

12. Habitus clericalis universo clero est ejusdem formae, colore tantum discrepat; patriarcha vestes habet coloris rubri, episcopi violacei, sacerdotes saeculares caerulei obscuri, monachi nigri. Episcopi crucem pectoralem et annulum gerunt ut occidentales.

Titulo Saidna (i. e. dominus noster) honorantur; patriarcha appellatur Ghobtat (i. e. beatitudo) vel Akdas (i. e. sanctissimus).

Vestes novitii apud Maronitas sunt: tunica ex lana subobscura, cingulum ex pilis, pileus seu galerus ex lana, calceamenta.

Vestes monachorum primi et secundi ordinis: tunica lanea, zona coriacea, cucullus laneus, pallium laneum, sandalia.

Vestis propria monachorum tertii ac supremi ordinis loco pallii, in quo sunt manicae, pallium laneum sine manicis, quod maalana seu superna vocatur.

### 1. Dioecesis patriarchalis Gibaliensis et Botranensis Maronitarum.

Botrys, urbs maritima prope Tripolim sita; Gibalium (Gebail, Byblos), urbs prope mare in excelso loco condita; — dioecesim hanc suam patriarcha episcopo vicario, qui in collegio Sancti Joannis Maronis (Mar Johanna Maron) in vico Capharhai residet, administrandam committit. Sedes patriarchalis stabilis ac firma perpetuo manet in monasterio Canobini.

Ambitus: Patet dioecesis per districtus Bybli (Gebail vel Dschebail), Botri (Batrun), Bisaraiae (Bscherreh), Acurae (Akura) atque Dairalamari (Deir-el-Ahmar) in Coelesyria; insuper huic dioecesi monasterium S. Artemii (vulgo Mar-Schellita) in Chosroana regione accensetur.

Incolae: circiter 60 000 Maronitarum,
Sacerdotes: ca. 400,
Religiosi: Congregatio Baladitarum et Aleppina.

**2. Archidioecesis Aleppensis Maronitarum.**

Aleppum (Aleppus, Aleppo, Beroea, Haleb).

Ambitus: Archidioecesis Aleppensis urbem Aleppum cum locis adjacentibus, porro Alexandrettam (Alexandriam ad Issum), Mersinam, Tarsum sortita est.

Incolae: Aleppi fere 2000 Maronitarum sunt, numerus eorum accuratus in aliis archidioecesis locis non est cognitus. Summa omnium, qui in archidioecesi existunt, Maronitarum a quibusdam 5000 esse existimatur.

Sacerdotes: 12 sacerdotes Maronitae,
Ecclesia 1 Aleppi, Religiosi: Congregatio S. Isaiae.

**3. Archidioecesis Berytensis Maronitarum.**

Sedes archiepiscopi Berytensis est in monasterio Sancti Joannis de Chatale provinciae Metn.

Ambitus: Archidioecesis Berytensis urbem Berytum et in monte Libano oppida et vicos omnes provinciarum Sahil, Dschurd, Gharb, Schahur, partem etiam septentrionalem provinciae Arkub partemque provinciae Metn includit. Ab occasu mari, ab austro Wadi Safa et Tamyra (Nahr-ed-Damur) rivis, ab oriente Libani culmine, a septentrione dioecesi Cypri limitatur ea ratione, ut omnia oppida, quae olim sub Mardaitarum principum ditione fuerint, archidioecesi Berytensi, quae vero Kaidebitarum principum dominio accensita sint, dioecesi Cyprensi attribuantur. Ejusdem Berytensis archidioecesis est monasterium Sancti Antonii in Ain-Warka in regione Chosroana (Kesruan) septentrionali situm.

Incolae: Numerus Maronitarum 50 000, e quibus 20 000 in ipsa urbe Beryto.

Clerus: sacerdotes ca. 150. Seminarium Berytense 15 alumnos habet; bini alumni clerici sunt in collegiis patriarchalibus Ain-Warka et Mar-Abda, singuli in collegiis patriarchalibus Reifun et Rumijeh.

Religiosi: Congregatio Baladitarum 130 monachos, Antonianorum S. Isaiae 40, Aleppinorum paucos monachos habet.

Paroeciae: ca. 100, ex his 5 Beryti.

Ecclesiae et sacella: Inclusis ecclesiis et sacellis seminariorum, collegiorum, monasteriorum ca. 130.

**4. Archidioecesis Damascena Maronitarum.**

Archiepiscopus Damascenus Maronitarum in Zuk-Mikâjîl (Mikâd) residet.

Ambitus: Archidioecesis Damascena ditionem Damasci, partem meridionalem regionis Chosroanae (Kesruan) in Libano, cujus caput est Adscheltun, deinde Bascontam (Beskinta), Zuc-Charabam (Suk-el-Ghurab) et Zabbucam (Sabuka) complectitur. Denique monasterium Sancti Joannis in Haras ad archidioecesim Damascenam spectat.

Incolae: 26 000 dioecesanorum,
Sacerdotes: 88,
Religiosi: Congregationes Aleppina et Baladitarum et S. Isaiae.

**5. Archidioecesis Tyrensis et Sidoniensis Maronitarum.**

Ambitus: Urbes Tyrus (Sur) et Sidon (Saida) et tota regio, quae a Tamyra fluvio (Nahr-ed-Damur) et Wadi Safa meridiem versus usque ad Galilaeam et Gazam porrigitur, hanc archidioecesim componunt. Pagi propinquiores et principaliores sunt: Kharnab, Manasif, Schuf, Dschezzin, Tessah, Schomar, Schukif, Beschara.

Incolae: catholici Maronitae 35 000 vel 40 000, secundum alios 47 000, catholici alii 18 000,

Sacerdotes: ca. 120, in quibus monachi a Deir-el-Kamr, Mar Elias et Jafa,

Religiosi: Congregatio Aleppina in Deir-el-Kamr, congregatio Baladitarum,

Paroeciae: 90, Stationes aliae: 110.

**6. Archidioecesis Tripolitana Maronitarum.**

Tripolis (Tarabulus), maritima urbs, ita dicta, quod ex tribus urbibus colonias habuit, nempe Arado, Tyro, Sidone.

Ambitus: Tripolis, Zavia (Zawieh), Kurah, pars regionis Bisaraiae (Bscherreh), Danniyeh, Akkar, Safita, Belad-el-Kewali, Emesa (Homs), Hamah, inde a Chofar Ali-el-Assi usque ad Nahr-el-Dschos, qui fluvius Kurah regionem a Batrun dirimit.

Incolae: Tripolis urbs a. 1880 ca. 1000 Maronitas, 50 latinos, 17 000 mahumetanorum, 6000 graecorum, 30 judaeos habuit; hiemali autem tempore a montibus circumsitis alia 6000 Maronitarum in urbem convenire solent. Insuper aliquot protestantes aderant. Universus dioecesanorum Maronitarum numerus a. 1885 erat ca. 36 000.

Sacerdotes: 130,
Religiosi: Congregatio Baladitarum et S. Isaiae
Ecclesiae et sacella: 80.

**7. Dioecesis Cyprensis Maronitarum.**

Cyprus insula est maris Mediterranei celeberrima, in qua nonnulla oppida et pagi a Maronitis habitantur, posteris ut videtur illorum, qui captis a Saladino Hierosolymis e Palaestina et Phoenicia huc fugerunt. Sedes episcopi in collegio Kurnet Schehwan (Sciahuan) districtus Bacasfaiae in provincia Chosroana.

Ambitus: Dioecesis praeter Cyprum insulam in regione quoque Chosroana (Kesruan) obtinet Bacasfaiam (Bekfeya), Beth-Schebabam aliaque loca usque ad pontem Beryti. Ad dioecesim spectat etiam monasterium in Bacaata.

Incolae: ca. 30 000 Maronitarum,

Clerus: 140 sacerdotes; seminarium dioecesanum in Kurnet Schehwan existit.

Religiosi: Congregatio Baladitarum et S. Isaiae,

Ecclesiae et sacella: 82.

### 8. Dioecesis Heliopolitana Maronitarum.

Heliopolis (Baalbek i. e. civitas solis) sita erat in Phoenicia Libani, sed nunc nonnisi ruinae ejus supersunt. Sedes episcopi est in monasterio Sancti Sergii in Raitphone (Mar Sarchis Reifun) in provincia Chosroana.

Ambitus: Dioecesis Heliopolitana Maronitarum per Fetuh (ab austro Adonidis fluvii seu Nahr-Ibrahim), partem septentrionalem Kesruan cum urbibus Ghasir et Ghusta (excepto tamen monasterio Ain-Warka, quod ad archidioecesim Berytensem spectat), per Heliopolim (Baalbek) et regionem attinentem extenditur. Ad hanc dioecesim etiam monasterium S. Sergii in Raitphone (Reifun) regionis Chosroanae (Kesruan) pertinet.

Incolae: ca. 30 000 Maronitarum, imo secundum alios 40 000,

Sacerdotes: 140,

Religiosi: Congregationes Baladitarum et S. Isaiae,

Ecclesiae et sacella: 82.

### 9. Vicariatus patriarchalis Aegypti inferioris Maronitarum.

Ambitus: In Aegypto maxime in urbibus Alexandria, Cairo, Sagasig, Mahallet-el-Kebir, Kefr-Saiad, Mansurah et Port-Said Maronitae degunt.

Incolae: 800 Maronitae, ex his 300 Cairi.

Clerus: Cairi vicarius patriarchalis cum 4 sacerdotibus residet; Alexandriae et Sagasig sunt singuli sacerdotes.

Religiosi: Monachi Antoniani congreg. Aleppinae,

Ecclesiae et sacella: 3.

### Synopsis statistica
patriarchatus Antiocheni Maronitarum.

| Dioeceses. | Maronitae. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Dioecesis patriarch. Gibaliensis et Botranensis | 60 000 | (?) 400 |
| Archidioecesis Aleppensis . . . . . . . . | 5 000 | 12 |
| „ Berytensis . . . . . . . | 50 000 | 150 |
| „ Damascena . . . . . . . | 26 000 | 88 |
| „ Tyrensis et Sidoniensis . . | 40 000 | 120 |
| „ Tripolitana . . . . . . . | 36 000 | 130 |
| Dioecesis Cyprensis . . . . . . . . . | 30 000 | 140 |
| „ Heliopolitana . . . . . . . . | 30 000 | 140 |
| Vicariatus patriarchalis Aegypti inferioris . | 800 | 6 |
| Universus Syro-Maronitarum patriarchatus | 277 800 | 1 186 |

Numerus omnium inter Maronitas paroeciarum refertur esse 300.

Nota. Cf. librum „Les Maronites du Liban, leur constante persévérance dans la foi catholique, épreuves religieuses qu'ils traversent“, auctore Joseph Debs, archiepiscopo Berytensi, Paris 1875; ex quo universim 300 000 Maronitarum sint, hac ratione distributorum:

| | |
|---|---|
| Diocèse de Gebaïl et Batroun . . . . . . . . . | 60 000 |
| „ de Beyrouth . . . . . . . . . . | 50 000 |
| „ de Tyr et de Sidon . . . . . . . . . | 47 000 |
| „ de Baalbek et de Kesroan . . . . . . . . | 40 000 |
| „ de Tripoli . . . . . . . . . . . . | 35 000 |
| „ de Chypre, dans l'île et au Liban . . . . | 30 000 |
| „ de Damas . . . . . . . . . . . . | 26 000 |
| „ d'Alep, avec Alexandrette, Mersin et Tarsous | 5 000 |
| Alexandrie d'Égypte, Égypte et autres lieux non compris dans les diocèses particuliers, mais dépendants immédiatement du patriarche . . . . . . . . . . | 5 000 |
| Total | 298 000 |

## Caput vigesimum primum.

# Patriarchatus Antiochenus Syrorum.

1. De initiis ecclesiae schismaticae Jacobitarum Le Quien haec habet (Oriens christianus. Tom. II. p. 1343 et ss.): Diris data in synodo Ephesina prima a. 431 Nestorii impietate, nonnulli ejus evitandae studio eo progressi sunt, ut in Christo cum unica persona unicam quoque naturam assererent, unde illis indita monophysitarum appellatio.

Eutyches quidem archimandrita antesignanus istius haeresis damnatus fuit et depositus a Flaviano Constantinopolitano praesule in synodo ibidem coacta a. 448; sed anno sequente 449 in concilio Ephesino secundo (dicto *latrocinio* quod huic praesidens Dioscorus Alexandrinus antistes omnia, more latronum, per vim gesserit) ille ipse absolutus est, approbatus error, pulsus in exilium Flavianus brevique extinctus, exauctorati episcopi orthodoxi. Anno tamen 451 proscripta ea synodo in altera Chalcedone habita, Dioscorus anathemate percussus est cum suis fautoribus omnique sacerdotio spoliatus. At ejus depositioni, ut et definitioni sancitae, non subscripserunt Aegyptii episcopi praetexentes, nihil sibi licere in materia fidei, nisi ipsis praeiret Alexandrinus omnium metropolita: quin imo in patriam reduces conclamarunt, Nestorianum dogma Chalcedone praevaluisse.

Monophysitismi in oriente promotor ardentissimus exstitit, praeter Barsumam abbatem, qui in latrocinio Ephesino ad Flaviani mortem multum contulit, Severus Antiochenae sedis invasor, dein profugus et in Aegypto latitans. Hic discipulum habuit Jacobum quemdam Syrum monachum, cognomento Zanzalum et Baradaeum, quem episcopi, ab imperatoribus Justino et Justiniano inclusi ob monophysitismum, quasi totius suae sectae praesulem oecumenicum constituerunt, ex eo autem Jacobitae dicti sunt ab orthodoxis ejus asseclae per orientem.

Severo a. 539 defuncto Jacobus substituit Sergium, qui Antiocheni patriarchae titulum, quasi praesulis hujus ecclesiae successor, sibi sumpsit. Porro Copti in Aegypto ob doctrinae affinitatem cum Jacobitis orientis mutuamque cum illis saepe servatam communionem Jacobitae quoque audierunt apud Chalcedonensis fidei assertores.

Monophysitica Jacobitarum lues regum Persarum favore in Syria, Mesopotamia et Perside admodum sese extendit. Quarum regionum sibi vindicavit magnam partem occidentem versus eorum patriarcha Antiochenus, reliquas versus orientem positas credens speciali cuidam primati, quem appellavit *Maphrianum*, quasi *fructiferum*, ut ille nimirum in sua ditione ea munia praestaret, quae olim *catholici* Chaldaeorum sub praesule Antiocheno.

Jacobitarum patriarchae, quia sibi Antiochiae degere, prohibentibus imperatoribus catholicis, fas non erat, Amidae in Mesopotamia communius sederunt, Maphriani autem Tagriti.

2. Syrorum igitur nomine intelliguntur ii, qui ex haeresi Jacobitarum ad catholicam doctrinam conversi sunt; bene sunt distinguendi a Syro-Chaldaeis, qui a Nestorianismo redieruut.

Patriarchatus Syrorum exordium sub saeculi praecedentis finem sumpsit, imprimis quum Dionysius Michael Giarve, episcopus Syrorum Aleppensis, emissa professione fidei catholicae a. 1783 patriarcha Syrorum confirmaretur. Is Marde quattuor episcopos Jacobitas, Gratiam, Abrahamum, Moysen Gregoriumque Pschara, omnem etiam clerum Mardensem ac permultos laicos urbis illius ad unionem Romanam adduxit. Mortuo Dionysio Giarve a. 1801 successerunt in patriarchatu Ignatius Michael Daher (electus d. 20. Dec. 1802, mortuus ante a. 1816) et Ignatius Simon (a die 8. Mart. 1816, postea resignat et resignatio acceptatur 1. Jun. 1818). Abhinc usque ad a. 1828 episcopus Aleppensis, Dionysius Hadaja, patriarchatum administravit, dein d. 28. Jan. illius anni Petrus Giarve, qui jam a. 1820 patriarcha electus erat, sedem patriarchalem ascendit.

Inter plurimos Jacobitas, qui eo tempore conversi sunt, quinque episcopi ritus syriaci magnam non solum suae ecclesiae sociorum, sed omnium christianorum orientalium admirationem in se converterunt. Erant ii: Antonius Samhiri, Gregorius Issa (Hyza), Matthaeus Masuli, Jacobus Haljani, Athanasius Abdelmessih (i. e. servus Messiae).

Antonius Samhiri et Gregorius Issa jam a. 1827 una Marde in Mesopotamia fidem catholicam amplexi sunt. Uterque episcopus jam antea fuerat, ille sine dioecesi, hic Jacobitarum Hierosolymitanorum, ambo tamen cum suo patriarcha in ejus ordinaria residentia, in monasterio Eutychianorum Ananias seu Deir-Zafaran vulgo nuncupato, quod unam et dimidiam fere leucam a Marde situm est, in loco eminente habitabant. Issa episcopus Babylonis et Mausilii (Mosul), Samhiri episcopus Marde et Amidae (Diarbekir) creatus est.

Matthaeus Masuli a. 1833 conversus et episcopatui Syrorum Nabano (Nabk), ubi jam ante conversionem episcopus Jacobitarum fuerat, praefectus est.

Jacobus Haljani, qui a. 1826 ad catholicismum rediit, antea episcopus Jacobitarum Damasci erat, quam sedem retinuit, quum catholicorum Syrorum episcopus esset.

Athanasius Abdelmessih Amidensis a. 1825 a patriarcha (schismatico) Jacobitarum Aleppensi, Georgio Sajar, christianis Jacobitis Malabariae in India episcopus ordinatus erat. Quum autem Indiae aër sanitati ejus obesset, ab eodem dioecesim Damascenam conversione Jacobi Haljani vacantem accepit, ad quam postea et Nabana, quum eius quoque episcopus Matthaeus Masuli ad catholicos transiisset, adjecta est. Hunc deinde Damasci Maximus Mazlum, doctissimus Melchitarum patriarcha, ad veritatem catholicam perduxit. Palam se catholicum profitetur et d. 4. Sept. 1836 Aleppi in ecclesia Franciscanorum coram patriarcha Syrorum catholico Giarve fidei symbolum nuncupat [1].

Auctore P. Carolo a Sancta Cruce a. 1847 erant 30 000 Syrorum, e quibus 4000 vel 5000 dioecesi patriarchali Aleppensi, reliqui dioecesibus Nabanae, Emesensi, Mausiliensi, Mardensi accensebantur.

Mortuo patriarcha Petro Giarve d. 30. Nov. 1853 Ignatius Antonius Samhiri successor electus est, qui auctoritate Pii IX. sedem suam Aleppo Marden transtulit. Sub hoc patriarcha praeter Mardensem hae erant dioeceses: Aleppum, Berytus, Damascus, Adana, Emesa (Homs), Madiat (Midijad), Mausilium et Bagdadum, Naba et Karjetein, Tripolis.

Samhiri mortuus est Marde d. 14. Mart. 1864. Postquam Dionysius Georgius Schelhot, episcopus Aleppensis, patriarchatui per breve tempus vicarius apostolicus praefuisset, d. 6. Aug. Ignatius Philippus Harcus (natus Amidae a. 1826, episcopus Amidensis consecratus d. 28. Sept. 1862) a reliquis Syrorum episcopis patriarcha est electus. Quo d. 7. Mart. 1874 defuncto successor Ignatius Georgius Schelhot die 21. Dec. ejusdem anni nominatus est. Natus est Aleppi d. 15. Oct. 1818, episcopus Aleppensis consecratus

[1] Cf. „Herold des Glaubens", 1839, n. 31.

d. 25. Maji 1862; ex quo ad dignitatem patriarchalem evectus est, simul administrator provisorius est archidioecesis Aleppensis.

3. Ex opere „Gerarchia catholica“, 1888, patriarchatus Syrorum Antiochenus comprehendit quattuor archidioeceses: Aleppensem, Babyloniensem (Bagdad), Damascenam, Mausiliensem, et octo dioeceses: Alexandrinam, Berytensem, Amidensem, Emesensem, Gezirensem (Dschesire), Keriatimensem seu Nabanam, Mardensem, Tripolitanam. Ad haec tamen adnotandum est, jam a. 1878 dioecesim Syrorum Adiamanensem extitisse eamque adhuc, ut ex foliis periodicis „Missions catholiques“, 1888, p. 292 apparet, episcopum catholicum habere, Keriatim vero seu Karjeteim (cum Naba seu Neba, Nebk) non amplius propriam dioecesim formare, sed cum Emesensi (Homs) unitam esse.

Secundum eundem fontem (Gerarchia catholica, 1888) hierarchia patriarchatus Syrorum praesens ab his archiepiscopis et episcopis constituitur:

Aleppum. Administrator provisorius Ignatius Georgius Schelhot, patriarcha.

Bagdadum. Archiepiscopus Athanasius Raphael Ciarchi, consecr. d. 30. Sept. 1872.

Damascus. Archiepiscopus Joseph David, alumnus pontificii collegii Urbani de propaganda fide, natus Mausilii d. 23. Nov. 1829, electus d. 20. Apr. 1879.

Mausilium. Archiepiscopus Cyrillus Benham Benni, alumnus pontificii collegii Urbani de propaganda fide, natus Mausilii d. 14. Aug. 1813, consecr. d. 8. Mart. 1861.

Alexandria.

Berytus. Vicarius patriarchalis Antonius Kandelaste, episcopus Tripolitanus.

Amida (Diarbekir). Gezira (Dschesire).

Emesa (Homs). Episcopus Gregorius Georgius Schahin, consecr. d. 8. Maji 1872.

Karjetein.

Marde. Episcopus Ignatius Georgius Schelhot, patriarcha.

Tripolis. Episcopus Antonius Kandelaste, natus Beryti d. 15. Febr. 1837, consecr. d. 20. Jun. 1885.

Ex relationibus auctoritate ecclesiastica (1888) factis haec insuper haurire potuimus. Quoniam patriarcha non residet in urbe Marde, sed qua administrator provisorius dioecesis Aleppensis in hac remansit urbe, Mardi Jacobus Matth. Ahmar Dakno, episcopus Ninivensis, datus est vicarius patriarchalis. Amidensis dioecesis administrationi Joannis Bapt. Memarbasch, Jazirensis administrationi Cyrilli Benham Benni, episcopi Mausiliensis, commissa est.

Ambitus: Patriarchatus Syrorum Antiochenus se porrigit per Aegyptum, Syriam, Mesopotamiam, Babyloniam (Irak-Arabi), Kurdistan.

Incolae: Numerus Syrorum catholicorum ultra 20000, vix tamen ad 30000 ascendere videtur.

Sacerdotes in toto patriarchatu sunt circiter 100. Ad candidatos sacerdotii instituendos seminarium exstat patriarchale in Esch-Scharfa, quod media tantum leuca a Bzommar in Libano dissitum est. In earum commodum regionum, quae delegaturam apostolicam Mesopotamiae, Kurdistaniae Armeniaeque minoris constituunt, praeterea seminarium Mausilii habetur, quod delegati apostolici jurisdictioni substat et a Dominicanis regitur.

Monasteria Syrorum: 1) Esch-Scharfa (Charfet), in quo monachi et seminaristae incolunt; 2) Deir-el-Zoghm in Libano; 3) Deir Mar Musa; 4) Deir Mar Ephraim Marde (recenter erectum); 5) Deir Mar Elian (S. Juliani) Kersalii [1].

### 1. Archidioecesis Aleppensis Syrorum.

Aleppum (Haleb, Beroea) superiore tempore residentia patriarcharum Syrorum erat; Samhiri autem patriarcha, ut supra relatum est, jussu Pii IX. sedem Marden transtulit. Sed ex quo tempore Ignatius Schelhot Aleppinus patriarchatum gerit, Aleppum iterum patriarchae residentia est actualis, quippe qui in ea, cujus archiepiscopus antea fuit, cum officio administratoris provisorii archidioecesis Aleppensis habitat.

Ambitus: Archidioecesis Aleppensis usque ad Euphratem se extendit; has urbes complectitur et vicos: Aleppum, Aintab, Killis, Edlib, El-Bab, Dschabul, Riha etc.

Incolae: Secundum relationem patriarchae Syrorum d. d. 3. Nov. 1878:

| | Mahumetani. | Christiani. | Judaei. |
|---|---|---|---|
| Aleppum | 58 183 | 17 142 | 5036 |
| Aintab | 44 947 | 9 576 | 544 |
| Killis | 50 717 | 3 350 | 478 |
| Edlib | 36 334 | 1 500 | 26 |
| El Bab et Dschabul | 26 500 | — | — |
| Riha | 12 122 | — | — |

Numerus catholicorum Aleppi erat 15500; inter hos 7500 Melchitae, 3500 Armeni, 2500 Syri, 1500 Maronitae, 250 latini, 250 Chaldaei.

Secundum relationem archiepiscopi Armenorum Aleppini a. 1887 datam in urbe Aleppo erant catholici Armeni ca. 4000, Melchitae 7800, Syri 2800, Maronitae 1800, latini 350, Armeni schismatici 2000, graeci schismatici 1000, protestantes 100, judaei ca. 8000. Aintab modo habet 53 familias Armenas catholicas, 8 familias Melchitas, Syras, Maronitas, unam familiam latinam.

### 2. Archidioecesis Babyloniensis sive Bagdadensis Syrorum.

Bagdadum urbs ex Seleuciae et Ctesiphontis, nobilissimarum Persidis civitatum, ruinis ad Tigrim anno Christi 763 condita esse dicitur.

[1] Cf. „Das Heilige Land“, Organ des Vereins vom Heiligen Lande. Köln 1884. p. 170.

Missio Bagdadensis sive Babyloniensis inter Syros incepta est exeunte saec. 18. auctore episcopo Mausilii. Numerus catholicorum, qui ab initio exiguus fuerat, ineunte saeculo praesente adeo auctus est, ut a. 1862 ab Antonio Samhiri archiepiscopatus proprius ibidem erigi posset. Athanasius Raphael Ciarchi (consecr. 30. Sept. 1872) ecclesiam cathedralem Bagdadi aedificavit.

Ambitus: A septentrione archidioecesis Babyloniensis contermina est Mesopotamiae, ab austro sinum Persicum habet, ab occidente desertum Syriae, proinde regio Irak-Arabi vel provinciae (Vilajets) Bagdadi et Bassorae (Bosra) eidem commensurantur. Urbes et oppida majoris momenti Bagdadum ad ripam Tigridis laevam adjacens, Hit, Medschid Ali (Nedschef), Medschid Hussein (Kerbela), quae sunt duo loca sacra sectae schiiticae sepulchris summorum hujus sectae heroum Ali ejusque filii Hussein insignia; porro Hilleh, Amara (Mohammêra), Bosra (Bassora); praeterea in archidioecesi ca. 60 alii sunt vici.

Incolae: In tota archidioecesi circiter 7000 catholicorum sunt variorum rituum; 300 ritus latini, reliqui sunt Syri, Chaldaei, Armeni, Melchitae. Armeni schismatici adsunt 1200, protestantes 100, judaei 40000 (hi fere ab illis originem ducunt, quos Nabuchodonosor ad Euphratem transtulit quibusque Chaldaea terra sacra est, quippe ubi Daniel, Esdras et Ezechiel sepulti sint), Sabaei (christiani S. Joannis) 2000, mahumetani 400000.

Clerus: sacerdotes indigenae 11, e quibus 4 syriaci, 5 chaldaici, 1 armeniaci, 1 melchitici ritus. Praeter hos adsunt 5 Carmelitae.

Paroeciae: In territorio archidioeceseos sunt 7 paroeciae et 4 quidem Bagdadi, latini scilicet, chaldaici, armeniaci, melchitici ritus singulae. Syri et Chaldaei singulas quoque paroecias Bassorae habent, ubi ecclesia Carmelitarum discalceatorum pro parochiali utuntur. Chaldaei etiam Amarae paroeciam habent.

Ecclesiae et sacella: 5 adsunt ecclesiae, quarum 2 sunt Carmelitarum Bagdadi et Bassorae; reliquae Bagdadi sunt Syrorum, Chaldaeorum et Armenorum singulae. Melchitae et Chaldaei Amarae sacellum habent.

Lingua vulgaris arabica est, lingua actuum publicorum turcica.

### 3. Archidioecesis Damascena Syrorum.

Ambitus: Damascena Syrorum archidioecesis sub se continet Damascum, Raschaja, Kulat Dschendal, Katana, Dschedeideh.

Incolae: Damasci et aliis archidioecesis pagis ex relatione d. d. 10. Febr. 1879 erant ca. 800 familiae catholicae, speciatim vero 375 melchiticae, 265 syriacae, ca. 80 maroniticae, ca. 65 armeniacae, ca. 15 latinae. Ex illis 265 familiis Syrorum ca. 100 erant Damasci, ca. 100 in Raschaja, ca. 30 in Kulat Dschendal.

Ex alio fonte hic habetur hominum catholicorum a. 1879 Damascum incolentium numerus: Syri 550, Melchitae 6000, Armeni 450, Maronitae 400, latini 100, universim cathol. 7500; varii acatholici aderant 5850, nempe Jacobitae 100, graeci schismatici 4500, Armeni 250, protestantes et judaei 1000; insuper mahum. 150000; itaque numerus incolarum Damasci 163350 homines efficiebat.

Sacerdotes: 9.

Paroeciae: Syrorum Damasci, Raschajae, Kulat Dschendal, Katanae.

### 4. Archidioecesis Mausiliensis Syrorum.

Mausilium a. 1790 episcopum Syrum habuit nomine Benham Pschara, cui ad hunc usque diem episcopi orthodoxi successerunt. Imprimis nominandus est Cyrillus Benham Benni (natus d. 14. Aug. 1831 Mausilii, consecr. d. 8. Mart. 1861), qui, perturbationibus inter Syro-Chaldaeos annis 1870 et sequentibus excitatis, fortiter pro Sancta Sede Romana stetit suaque agendi ratione hanc orientis ecclesiam servavit.

Ambitus: Ad orientem montes Kurdistaniae vel Carduchiae, ad occidentem Singarae montes (Sindschar Dagh), ad septentrionem Hezel fluvium, ad meridiem Lycum seu Zabum attingit archidioecesis. Dioeceses vicinae sunt Bagdadum ab austro et ab aquilone Jazira (Dschesire). Oppida frequentiora sunt praeter Mausilium (Mosul, ad dextram Tigridis ripam e regione ruinarum Ninivensium) Karakusch, Bartelli, Aschita, Zaku, alia.

Incolae: Secundum relationem archiepiscopi Syri d. d. 30. Jun. 1887 in archidioecesi inveniuntur ca. 7000 catholici Syri ita distributi: Mausilii 3500, Karakusch 2800, Bartelli 500, Aschita (Bahseica) 100, Zaku 100. Insuper mahumetani, Nestoriani, Jacobitae, judaei, Jezidae etc. sunt in archidioecesi.

Clerus: Sacerdotes indigenae sunt 20; praeter eos Dominicani provinciae Parisiensis in archidioecesi missionariorum labore funguntur.

Paroeciae: 4, quarum 2 Mausilii, Karakusch 1 et Bartelli 1; Karakusch insuper stationem habet, aliae stationes sunt Aschita et Zaku (Zachua).

Ecclesiae et sacella: Mausilii 3 ecclesiae sunt: cathedralis B. V. Mariae, ecclesia Tahirae et ecclesia S. Thomae apostoli; Karakusch 4 (?) ecclesias, Bartelli, Aschita, Zaku singulas habent. In Khotur, quae regio hodie ad Persiam pertinet, Syri veterem conventum Sancto Benhamo sacrum possident.

Lingua vulg. Mausilii arabica, ruri dialectus syriaca.

### 5. Dioecesis Adiamanensis Syrorum.

Adiaman (Mansur Castrum, Hosn-Mansur), dioecesis, cujus praesul titulum habet Bodschiakensis et Adiamensis, vix habet, quae describantur.

Ambitus: Euphrates flumen dioecesim scindit in duas partes; in ea, quae dexteram ripam adjacet, Adiaman, Samosata, Gerger, in altera ad laevam Euphrati Saura (Süwerek) et Edessa (Urfa) sitae sunt.

Incolae: A. 1878 Samosatae 5 familiae Armenorum schismaticorum; Saurae 400 familiae Armenorum schismaticorum, 20 familiae protestanticae, 130 familiae Jacobitarum, 15 familiae catholicae (Armenorum, Chaldaeorum, Syrorum); Bodschiak 10 vel 20 familiae Jacobitarum; Gerger ca. 200 familiae Jacobitarum; in tota dioecesi Adiamensi 1500 familiae Armenorum schismaticorum, 140 familiae protestantium, 350 Jacobitarum erant.

Catholici universim sumti vigesimam incolarum partem efficiant et 50 familias fortasse numerent, qui Edessae, Adiaman, Saurae etc. dispersi habitant.

Clerus: 2 sacerdotes Armeni et 1 sacerdos Syrus.

### 6. Dioecesis Alexandrina Syrorum.

Ambitus: Dioecesis Alexandrina Syrorum amplectitur Aegyptum et Aethiopiam (Sudan).

Incolae: 120 familiae; Syrorum catholicorum dioecesis Alexandrinae maxima pars Alexandriae et Cairi existunt, sunt tamen etiam in Tantah, Mansurah, Zifte, Bet-Ramerum, denique in regione Aethiopiae (Sudan).

Sacerdotes: 2, Ecclesia 1 Cairi.

Lingua vulgaris est arabica.

### 7. Dioecesis Berytensis Syrorum.

Ambitus: Dioecesis Berytensis Syrorum non ultra Berytum urbem et aliquos Libani pagos extenditur.

Incolae: ca. 500 Syri,

Clerus: 3 sacerdotes Syri, Beryti commorantes,

Ecclesia Beryti Sancto Georgio consecrata.

Lingua vulgaris est arabica.

### 8. Dioecesis Amidensis Syrorum.

Cum propter persecutiones Jacobitarum Sambiri episcopus Marde cedere atque Amidam proficisci coactus esset, a patriarcha Petro Giarve administrationem illius episcopatus demandatam accepit. Qui neque ecclesia neque paroecia ibi inventa coëmtis aliquot domibus a. 1848 sacellum sat amplum instruxit, quod SS. apostolis Petro et Paulo consecratum ecclesiae paroecialis locum tenet.

A. 1862, d. 28. Sept. Ignatius Philippus Harcus episcopus Amidensis constitutus est. Praesens dioeceseos administrator est Joannes Baptista Memarbasch.

Ambitus: Dioecesis re ipsa non ultra Amidam urbem patet.

Incolae: In urbe Amida universim 3504 catholici sunt, ex his 1500 Armeni, 1400 Chaldaei, 460 Syri, 120 Melchitae, 24 latini; ibidem porro sunt 16 000 mahumetanorum, 8700 Armeni schismatici, 2000 Jacobitarum, 1000 protestantes, 300 graeci schismatici, 150 judaei.

Clerus: sacerdotes Syri 4, Chaldaei praeter archiepiscopum 6, Armeni 4 et episcopus, Melchita 1, latinus 1 ex ordine Capucinorum.

Paroecia Syrorum 1,

Ecclesia 1, de qua supra mentio erat quaeque nunc restauratione indiget,

Religiosi: Praeter Capucinum supra dictum et fratrem laicum adsunt 4 sorores tertii ordinis S. Francisci.

Linguae vernaculae turcica et armeniaca sunt, multi et arabicam et curdicam norunt.

### 9. Dioecesis Gezirensis Syrorum.

Gezira (Dschesire Ibn Omar), ex voce syriaca Gozarta, quae insulam significat, insula est Tigridis fluvii supra Mausilium posita.

Primus Gezirensis episcopus fuit Flavianus Matah (a. d. 11. Oct. 1863, obiit a. 1874). Post eum episcopus C. B. Benni dioecesim administravit. Ab a. 1886 sub patriarchae vicario constituta est.

Ambitus: Ab occidente dioecesis monte Abdino (Tur-el-Abidin), ab oriente Hezel fluvio, qui inter Zachuam et Geziram in Tigridem influit, ab aquilone Dschudi monte cingitur; ad austrum versus usque ad desertum Arabiae patet.

Incolae: Catholici Syri sunt numero 500, Chaldaei ca. 3500; praeter quos adsunt mahumetani, judaei, Jezidae (1300), Jacobitae (3200), Nestoriani (200), protestantes (150).

Clerus: sacerdotes 5, clericus 1,

Ecclesiae: 3, Stationes: 3.

### 10. Dioecesis Emesensis Syrorum.

Origo dioecesis Emesensis remotior est; conversiones autem Jacobitarum ante annos plus quam centum quinquaginta initium habuere ac dominantibus Aegyptiis majora incrementa nactae sunt.

Ambitus: Ab oriente dioecesis regionibus, quas Arabes nomades et vagi incolunt, limitatur, ad occasum mare Mediterraneum attingit, austrum versus ad archidioecesim Damascenam, aquilonem versus ad archidioecesim Aleppensem adjacet; unitam modo habet dioecesim Nabanensem (Karjetein). Oppida alicujus momenti sunt: Emesa (Homs), Hamah, Palmyra (Tadmor), Neba, Karjetein.

Incolae: Intra dioecesim numerantur ca. 500 000 incolarum, quorum 100 000 graecorum schismaticorum, 7000 Jacobitarum, 500 protestantes et 15 000 catholicorum (Syri, Graeci, Maronitae).

Numerus omnium dioecesis Emesensis Syrorum mille superat.

Clerus: Praeter episcopum 4 sacerdotes Syri,

Paroeciae: Emesae, Nebae, Karjetein.

Lingua vulgaris est arabica.

### 11. Dioecesis Nabanensis Syrorum.

Hodiedum Naba (Neba) vel Karjetein dioecesim independentem non amplius constituit, sed partem dioecesis Emesensis.

Ambitus: Huic dioecesi Karjetein et Neba praecipue accensebantur.

Incolae: Ibidem ca. 70 familiae Syrorum et 30 Jacobitarum inveniuntur, reliqui sunt mahumetani.

Sacerdotes: 2.

Ecclesiae et sacella: Karjetein ecclesiam syriacam habet S. Juliano sacram, quacum monasterium Syrorum conjunctum est.

Lingua vernacula est arabica.

### 12. Dioecesis Mardensis Syrorum.

Dioecesis Mardensis a Samhiri patriarcha dioecesis patriarchalis electa est. Patriarcha Ignatius Schelhot nuperrime Marde seminarium clericorum instituit, qui toti in Jacobitas convertendos incumberent.

Ambitus: Praeter urbem Marden plures stationes primarias et secundarias continet, quae in urbis circuitu sitae sunt. Dioecesis Jazirensis cum Mardensi unita esse videtur, cum illa inde ab a. 1886 a vicario patriarchali administrari referatur. Mentione digna sunt loca haec: Gol, Kalaat-Mara, Benebile, Kerboran, Chelik, Azek (Azekh), Midijad; Erkan et Kafergioz sunt stationes secundariae.

Incolae: In dioec. Mardinensi inveniuntur Syri 3360; Jacobitae Marde 3000, in reliqua dioec. 3900; protestantes 350, mahumetani in urbe Marde 10 000, judaei 20.

Clerus: 23 sacerdotes Syri.

Ecclesiae et sacella: Marde 3 ecclesiae sunt: 1) cathedralis, 2) in orientali urbis parte ad conventum S. Ephrem, 3) in parte occidentali; praeterea 6 aliae ecclesiae.

Lingua vulgaris est arabica; aliquibus in locis curdica, aliis syriaca.

### 13. Dioecesis Tripolitana Syrorum.

Haec Syrorum dioecesis diu cum Emesensi unita erat. Ultimus episcopus Moyses Sabbagh ibidem mortuus est ante annos circiter quinquaginta. Ob sacerdotum penuriam Maronitae Syrorum ecclesiae curam susceperunt.

Inter urbis Tripolis incolas a. 1880 erant 1000 Maronitae, 50 latini, 17 000 mahumetanorum, 6000 graecorum, 30 judaei; etiam protestantes aliquot aderant.

Novissimo tempore iterum episcopus Tripolitanus Syrorum constitutus est, qui simul administrator est dioecesis Berytensis.

### Conspectus universi patriarchatus Antiocheni Syrorum.

| Dioeceses. | Syri. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Archidioecesis Aleppensis . . . . . . . | supra 2800 | ? |
| „ Babyloniensis . . . . . | ? | 4 |
| „ Damascena . . . . . . . | ca. 1400 | 9 |
| „ Mausiliensis . . . . . . | ca. 7000 | 20 |
| Dioecesis Adiamanensis . . . . . . . . | (?) 100 | 1 |
| „ Alexandrina . . . . . . . . . . | ca. 600 | 2 |
| „ Berytensis . . . . . . . . . . | ca. 500 | 3 |
| „ Amidensis . . . . . . . . . . | ca. 460 | 4 |
| „ Gezirensis . . . . . . . . . . | ca. 500 | 5 |
| „ Emesensis . . . . . . . . . . | supra 1000 (Emesensis et Nabanensis) | 4 |
| „ Nabanensis . . . . . . . . . . | | |
| „ Mardensis . . . . . . . . . . | 3360 | 23 |
| „ Tripolitana . . . . . . . . . . | — | — |

## Caput vigesimum secundum.

# Patriarchatus Chaldaeorum Babyloniensis.

1. Post synodum Ephesinam (a. 431) pars episcoporum orientalium ab episcopis orthodoxis et S. Cyrillo, quem haeresis accusabant, secessit et Nestorio pertinaciter adhaesit. In hos ab imperatoribus severe actum est; quare ex imperio Romano ejecti in Persiam maxime transmigrarunt, ubi circa a. 489 praevalere coeperunt, faventibus Barsuma, metropolita Nisibensi, Babaeo aliisque. Babaeus II., qui Acacio in episcopatu Seleuciae successit, aperte Nestorianismum propugnavit.

E Persia Nestoriani magno studio et miro successu suam doctrinam in alias Asiae partes propagaverunt.

2. Tempore tandem sacrarum in Palaestinam expeditionum occidentales cum Nestorianis commercium inire iterum coeperunt et ex eo etiam tempore tentamina reconciliationis sumpserunt exordium. Et certe Gregorius IX. Pont. Max. a. 1233 et Innocentius IV. a. 1247 patriarcham Sebarjesum V. tanquam primum, qui catholicam fidem suscepisset, salutaverunt. Duo etiam ejus successores, Machicha II. († 1266) et Jaballaha III. († 1317), Pontifici Romano obedientiam exhibuerunt. Qui vero post a. 1317 successerunt patriarchae, in errore perstiterunt.

Postea in concilio Florentino Timotheus, metropolita Tarsensis, Pontifici obedientiam professus est d. 7. Aug. 1445.

Anno denique 1553 agentibus episcopis, qui ad unionem cum ecclesia Romana propendebant, Joannes

Sulaka seu Siud Romae a Julio III. Papa patriarcha Chaldaeorum ordinatus est. Ita patriarchatus Chaldaeorum Amidensis (prior) natus est, qui ab a. 1553 ad 1606 circiter perstitit.

Patriarchatus catholicus Chaldaeorum Urmiensis (Urmiah) duravit ab a. 1582 circiter ad 1670.

Patriarchatus Chaldaeorum Mausiliensis ab a. 1616 fere ad a. 1660.

Quum igitur patriarchae priores ad haeresim redilissent, Innocentius XI. a. 1681 novum patriarchatum Amidensem erexit, qui posterior usque ad a. 1780 viguit, quando reconciliato cum ecclesia Romana patriarcha Mausiliensi Elia XI. paulatim desiit.

A. 1770 patriarcha Cochanensis (Kochânes in Kurdistania) cum 6 episcopis et 10 000 familiarum se Romanae Sedi subjecit et patriarchatum Chaldaeorum Cochanensem constituit, quae tamen unio stabilitatem non habuit.

3. Nostris temporibus existit patriarchatus Chaldaeorum Babyloniensis.

Mar Hanna (Hormuz), qui antea metropolita Mausiliensis fuerat et a. 1778 ad unionem ecclesiae catholicae redierat, hunc patriarchatum regendum approbante S. Pontifice suscepit a. 1780. Quia tamen patriarcha catholicus Amidensis Joseph IV. (Timotheus) superstes adhuc erat, titulo administratoris tantum a Sacra Congregatione de propaganda fide agnoscebatur, donec illo a. 1828 defuncto in ipso patriarchae munere confirmaretur (5. Jul. 1830). Nomen is Mar Eliae habebat, plerumque tamen Mutrau vel Mar Hanua vocatur. Pallium anno ante mortem accepit, quam a. 1841 obiit in urbe Bagdado, ad quam sedes patriarchae per Pium VIII. Pont. Max. a. 1830 translata erat. Inter hunc patriarcham ejusque episcopos variae natae sunt dissensiones, unde Gregorius XVI. Pont. Max. a. 1835 et 1839 Joanni Baptistae Auvergne, delegato apostolico Syriae, munus visitatoris apostolici patriarchatus Chaldaeorum demandavit. Successor etiam Mar Hannae, Nicolaus Isaias de Jacobis (Mutran Zeyya), qui episcopus Khosrowensis et coadjutor patriarchae fuerat et patriarcha factus pallium mense Aprili 1840 accepit, plures luctas sustinuit, quare jam a. 1847 dignitatem resignavit.

4. Conspectus ecclesiae Chaldaeorum ante medium saec. 19.

Circa a. 1830 ecclesia Chaldaeorum florentissimum attigerat statum et teste episcopo Babyloniensi Petro Couperie 150 000 saltem continebat fidelium. Attamen quarto hujus saeculi decennio omnes simul calamitates ad eam destruendam ingruebant, pestis, cholera morbus, bella civilia. Per hoc tempus, auctore praesule ipso Nicolao Isaia de Jacobis, sex e septem partibus gregis catholici destructae sunt, nec plures quam 18 000 vel 20 000 remanserunt. Clerum habebant relative numerosum admodum, erant enim plures quam 100 homines, qui partim studia Romae absolverant. Templa possidebat patriarchatus Chaldaeorum 90. (P. Carolus a Sancto Aloysio, Die katholische Kirche in ihrer gegenwärtigen Ausbreitung auf der Erde. Regensburg 1847. p. 81.)

Auctore Julio v. Hoeninghaus, Gegenwärtiger Bestand der römisch-katholischen Kirche auf dem ganzen Erdkreis (1836), patriarchae Chaldaeorum Babyloniensi parebant: 1) Archidioecesis Amidensis, 2) archidioecesis El-Kosch (Alkosch), 3) archidioecesis Mausiliensis.

5. A. 1848 creatus est patriarcha Babyloniensis Joseph, episcopus Amadiensis, praeconisatus d. 11. Sept. 1848, qui nomen Joseph V. Audu (Audo) sibi imposuit.

Teste Hieronymo Petri (L'orbe cattolico. Roma 1859) ei hae subditae erant dioeceses: Adorbigana (Aderbeidschan) iu Persia, Amadia, Amida, Gezira (Dschesire), Corcura (Kerkuk), Marde, Mausilium, Salmacia (Salmas), Serta (Seert).

Quum autem per bullam „Cum ecclesiastica" d. d. 31. Aug. 1869 eae leges, quae pro Armenis per bullam „Reversurus" statutae erant, ad Chaldaeos quoque extenderentur (Acta Pii IX. Pars I. vol. V. p. 38), tristes inter eos perturbationes ortae sunt (cf. Hergenroether, Kirchengeschichte. 3. Aufl. III. p. 989 sq.; Katholische Missionen, 1874, p. 108; 1876, p. 189. 209. 221; 1877, p. 218).

Anno denique 1877 d. 29. Jan. patriarcha Audu, quem sua in Sanctam Sedem oppositio schismaticum et haereticum aliquanto tempore effecerat (1870—1877), in submissionis signum litteras encyclicas a Summo Pontifice ad nationem Chaldaeorum d. 1. Sept. 1876 datas acceptavit.

Inde ab a. 1879 Elias Abolyonan (episcopus Gezirensis consecr. a. 1877) patriarcha nationis Chaldaeae est (electus d. 26. Jul. 1878; confirmatus d. 28. Febr. 1879. Cf. Allocutio „Amplissimi ordinis" d. 28. Febr. 1879 in Actis Leonis XIII. Vol. I. p. 197). Idem paulo post ecclesiam patriarchalem antea a Schemina, episcopo Chaldaeo, qui a. 1879 ad ecclesiasticam unitatem reversus est, occupatam recuperavit. (Cf. Katholische Missionen, 1880, p. 86.)

6. Ad patriarchatum Syro-Chaldaeorum a. 1888 pertinent 4 archidioeceses et 7 dioeceses ab his ordinariis administratae:

Archidioecesis Amidensis seu Diarbekir. Archiepiscopus Georgius Ebedjesus Kajyatt, alumnus collegii Urbani de propaganda fide, natus Mausilii m. Oct. 1827, consecr. episcopus Amadiensis d. 28. Oct. 1860, transl. 28. Mart. 1879.

Archidioecesis Corcurensis seu Kerkuk. Archiepiscopus Gabriel Adam, alumnus collegii Urbani de propaganda fide, consecr. d. 26. Aug. 1883.

Archidioecesis Mausiliensis (Mosul), dioecesis patriarchalis Chaldaeorum.

Archidioecesis Sehanensis (Sehna) vacat.

Dioecesis Akrensis (Akra) vacat.

Dioecesis Amadiensis. Episcopus Georgius Goger, monachus Antonianus e congregatione S. Hormisdae, electus d. 10. Febr. 1882.

Dioecesis Gezirensis. Episcopus Jacobus Abraham, monachus Antonianus e congregatione S. Hormisdae, electus d. 10. Febr. 1882.

Dioecesis Mardensis vacat.

Dioecesis Salmasiensis. Episcopus Augustinus Georgius Barschin, alumnus collegii Urbani de propaganda fide, natus Khosrowae d. 1. Oct. 1811, consecr. die 18. Oct. 1847.

Dioecesis Sertensis. Episcopus Jacobus Naam, electus d. 24. Márt. 1885.

Dioecesis Zachuensis. Episcopus Stephanus Karynoja, monachus Antonianus e congregatione S. Hormisdae, electus d. 16. Sept. 1884.

Clero patriarchatus Chaldaeorum instruendo praeter seminarium patriarchale Mausiliense et monasterium Raban Hormuz, quod 30 miliariis a Mausilio distat, collegium Urbanum de propaganda fide Romae et collegium syro-chaldaicum Mausiliense Dominicanorum destinantur. (Cf. Praefecturam apostolicam Dominicanorum Mausiliensem.)

Ambitus: Patriarchatus Babyloniensis Chaldaeorum extenditur per Babyloniam (Irak-Arabi), Mesopotamiam, Kurdistaniam, Persiam etiam, quantum in ea christiani ritus Chaldaei inveniuntur. Ab a. 1872 paroecia quoque Syro-Chaldaeorum Aleppensis 250 hominum parochum a patriarcha constitutum accipit; qui vero Damasci sunt Chaldaei numero 200, adhuc a sacerdotibus latinis administrantur.

Ex undecim patriarchatus chaldaici dioecesibus quinque in Mesopotamia: Amidensis, Mausiliensis, Gezirensis, Mardensis, Zachuensis; quatuor in Kurdistania: Corcurensis, Akrensis, Amadiensis, Sertensis sitae sunt; Salmasiensis in Persia est, item Sehananensis, quae tamen simul partem Kurdistaniae comprehendit.

Amidensis et Mardensis dioeceses secundum totum suum territorium praefectura apostolica Capucinorum Mardensi circumcluduntur; Sertensis, Gezirensis, Zachuensis, Amadiensis, Akrensis, Mausiliensis, Corcurensis in praefectura Dominicanorum Mausiliensi sunt; dioeceses Salmasiensis et Sehananensis fere totae in Lazaristarum praefectura apostolica Persiae. Bagdadum, quod ad archidioecesim Mausiliensem pertinet, in Irak-Arabi (Babylonia) est praefecturae apostolicae Carmelitarum Bagdadi.

Incolae: Nostris temporibus Syro-Chaldaeorum unioni cum Romana ecclesia adhaerentium sunt ultra 33 000.

Clerus: Numerus omnium sacerdotum Chaldaeorum, tam saecularium, quam regularium, centenarium superat.

Lingua: In patriarchatu Babyloniensi Chaldaeorum praecipue turcica, arabica, armeniaca, curdica linguae in usu sunt. Sermo liturgicus est syro-chaldaicus.

### 1. Archidioecesis Amidensis Chaldaeorum.

Usque ad a. 1827 archiepiscopatum Amidensem gessit Augustinus Hindi, cui in munere Basilius Osmar successit usque ad a. 1848, quo Geziram translatus est, episcopus autem Gezirensis sedem archiepiscopalem Amidensem obtinuit. A. 1869 Petrus Attar, alumnus collegii Urbani de propaganda fide, archiepiscopus Amidensis creatus est, qui anno jam sequente munus abdicavit et a. 1879 Marden translatus est.

Inde a d. 28. Mart. 1879 ecclesiae archiepiscopali Amidensi praesidet Georgius Ebedjesus Kajyatt, et ipse alumnus collegii Urbani de propaganda fide et ab a. 1860 episcopus Amadiae, qui jam antea archidioecesim ut administrator patriarchalis gubernaverat.

Ambitus: Stationes insigniores archidioeceseos a christianis Syro-Chaldaeis habitati praeter Amidam sunt: Cerakig, Alipuar, Mejafarkin (Martyropolis, patria Sancti Maruthi), Bakoz, Boschatt.

Incolae: catholici Chaldaei 2200. Amidae sunt 16 000 mahumetanorum, 15 000 Armenorum schismaticorum (secundum alios 8700), 2000 Jacobitarum, 1000 protestantes, 300 graeci schismatici, 1500 Armeni catholici (secundum alios 1200), 300 Syri (secundum alios 460), 50 Melchitae (secundum alios 120). Cerakigi 3 vel 4 familiae Jacobitarum et Armenorum schismaticorum, omnes reliquae familiae, quarum numerus ca. 40 est, ritus chaldaici sunt. Martyropoli et in reliquis archidioeceseos pagis Curdi et mahumetani numero longe praevalent; christiani Martyropolitani partim Gregoriani (Armeni schismatici), partim Jacobitae, partim sunt graeci.

Clerus: Amidae 4 sacerdotes, quorum 2 uxorati; in tota archidioecesi 7 sunt sacerdotes indigenae ritus chaldaici, insuper Amidae 2 Capucini, sacerdos et frater laicus. (Cf. praefecturam apostolicam Capucinorum Mardensem.)

Lingua Amidae turcica, arabica, armeniaca utuntur; Cerakigi arabica, hic tamen ut Amidae curdicam etiam norunt.

### 2. Archidioecesis Cherchensis seu Beth-Seleucensis Chaldaeorum.

Kerkuk seu Corcura, Carcha, Chercha, 27 leucis a Mausilio austro-orientem versus dissitum in Kurdistania, caput provinciae (Sandjak), 15 000 incolarum habet sedesque archiepiscopi Chaldaei est. Archiepiscopus a die 26. Aug. 1883 est Gabriel Adam, alumnus collegii Urbani de propaganda fide.

Ambitus: Archidioecesis Corcurensis (Cherchensis) modo urbem Corcuram et viciniam tenet, ubi aliquot vici Nestoriani etiam inveniuntur.

Incolae: Chaldaei catholici 4000, Corcurae plerique commorantes.

Clerus: ?

Lingua vernacula in urbe Corcura est turcica, in vicinis locis christiani utuntur sermone chaldaico vulgari, mahumetani curdico.

### 3. Archidioecesis Mausiliensis Chaldaeorum.

Syro-Chaldaeorum patriarcha non Bagdadi, sed Mausilii residet, perpetuusque administrator archidioecesis Mausiliensis est.

Ambitus: Archidioecesis Mausiliensis urbe Mausilio et vicinia formatur; in ea continetur urbs Alkosch (3000 incolarum), quae 9 leucis ad aquilonem versus abest quaeque olim residentia erat patriarcharum. Non longe ab ea dissitus est conventus Rabban Hormuz dictus congregationis Antonianorum Sancti Hormisdae (Hermetae, Eliae) ritus chaldaici. Eadem congregatio alios conventus duos in archidioecesi habet, alterum Immaculatae Conceptionis, qui item prope Alkosch situs est, alterum Mar Jurgis (Mar Ghorgis, S. Georgii) appellatum, 2 miliaria supra Mausilium situm.

Incolae: Numerus omnium Chaldaeorum archidioeceseos ca. 5100. Mausilii 6500 christiani numerantur, ex iis 2000 ritus chaldaici, 2000 Syrorum [1], 2000 Jacobitarum, 250 Nestoriani, 200 methodistae (ex Jacobitis), 50 aliorum rituum [2].

Clerus: Congregatio S. Hormisdae ca. 70 monachos Antonianos numerat, in quibus 20 sunt sacerdotes, qui officia parochialia plerique obeunt.

Ecclesiae 4 Chaldaeorum Mausilii: Ecclesia patriarchalis Mesquinta; ecclesia Chimoun Al-Cepha, a Nestorianis usurpata; ecclesia Mar Jurgis; ecclesia Mar Echaja, item a dissidentibus occupata. (Cf. archidioecesim Syrorum Mausiliensem et praefecturam apostolicam Dominicanorum Mausilii.)

Seminarium. Ut jam alibi relatum est, Mausilii seminarium existit S. Joannis Evangelistae sub jurisdictione delegati apostolici Mesopotamiae, Kurdistaniae Armeniaeque minoris, proindeque sub immediata S. Congregationis de propaganda fide jurisdictione et a Dominicanis praefecturae apostolicae Mausiliensis gubernatum. In eo clerus sex archidioeceseon vel dioeceseon Sertensis, Gezirensis, Zachuensis, Amadiensis, Akrensis, Corcurensis informatur.

### 4. Archidioecesis Sehananensis Chaldaeorum.

Selma sive Sihnah (Sehananum), in Persiae provincia Ardilan situm, non longe a fonte Sillae (Dijala), qui fluvius in Tigridem influit. In libro „Gerarchia cattolica“ haec urbs archiepiscopi Chaldaei sedes, licet modo vacans, designatur.

Ambitus: Archidioecesim constituunt urbes Sehananum in Persia, Suleimania in Kurdistania turcica etc.

### 5. Dioecesis Akrensis Chaldaeorum.

Akra sive Akereh, ad aquilo-orientem 12 leucis a Mausilio in Kurdistania sita in regione hortorum amoenissimorum, 450 familias habet, in quibus 30 sunt christianae, paucae judaicae, reliquae curdicae.

Sedes episcopalis, postquam Joannes Elias Mellus (natus Marde a. 1831, episcopus Akrensis consecratus d. 5. Jun. 1864) in rerum chaldaicarum perturbatione, quam Chaldaeorum patriarcha Audu post a. 1870 excitaverat, se schismaticum aperte declaravit, orbata remansit.

Ambitus: Akrensis dioecesis ca. 15 vicos, in quibus christiani Chaldaei habitant, includit.

Incolae: ca. 900 Chaldaei. Akrae parva quoque communitas Jacobitarum est.

### 6. Dioecesis Amadiensis Chaldaeorum.

Initio hujus undevigesimi saeculi dioecesis Amadiae adhuc patriarchae Nestorianorum, qui in Kochannes prope Dschulamerk residet, parebat; cum ecclesia Romana unita est maxime ope P. Gabrielis, qui restaurator fuit congregationis Antonianorum Sancti Hormisdae, et studio Josephi, episcopi Amadiensis, qui postea fuit patriarcha Josephus V. Audu, atque Dominicanorum praefecturae apostolicae Mausiliensis. Post Josephum Audu Georgius Ebedjesus Kajyatt Amadiensem cathedram tenebat, cui a. 1879 Amidam translato successit Georgius Goger, monachus Antonianus congregationis S. Hormisdae (electus d. 10. Febr. 1882). Amadia non est residentia episcopi, sed Mangesche, quod 12 leucis ab Amadia distat.

Ambitus: Dioecesis Amadiensis in provincia (Vilajet) Hakkiari proindeque in Kurdistania sita est ac circiter 17 vicos incolarum Chaldaeorum continet.

Incolae: Numerus dioecesanorum Syro-Chaldaeorum ad 2000 pertingit. Amadia, 35 leucis a Mausilio ad aquilonem versus, parvum est oppidum 2500 hominum.

Clerus saecularis summam 60 hominum efficit. Ab a. 1862 Amadiae sunt Dominicani praefecturae apostolicae Mausiliensis.

Ecclesiae: 15,

Seminarium: cf. Mausilium.

Lingua christianorum Chaldaeorum et Nestorianorum est chaldaica vulgaris; gens mahumetana communiter curdica utitur, in Basch Kalaa turcica.

---

[1] In describenda Syrorum archidioecesi Mausiliensi numerus 3500 habetur; unde discrepantia haec repetenda sit, non apparet.

[2] Secundum alium fontem Mausilii 70 000 incolarum sunt, in quibus 12 000 christianorum, 5000 judaeorum, 53 000 mahumetanorum; sed hic numerus justo altior esse videtur, praesertim quum ipse Dr. H. A. Daniel, Handbuch der Geographie, 1887, Bd. I. p. 176 non plures quam 40 000 incolarum Mausilii exhibeat.

### 7. Dioecesis Gezirensis Chaldaeorum.

Initium habuit dioecesis catholica Gezirensis (Dschesire Ibn Omar), quo tempore Joannes (Simeon) Sulaca a Julio III. Papa patriarcha Amidensis creatus Ebedjesum archiepiscopum Gezirensem consecravit (a. 1545).

Ambitus: Sita est dioecesis Gezirae in regione Buhtan, quae maximam partem montibus altis accessuque difficilibus occupatur, eaque in regione 14 stationes sunt primariae et 11 secundariae.

Incolae: Teste episcopo Gezirensi in dioecesi circiter 4000 catholicorum Chaldaeorum et 75 Syri inveniuntur, praeter quos ca. 3000 Jacobitarum, 200 Nestoriani, 100 Armeni schismatici, 130 methodistae, 1800 Jezidae, 25 000 mahumetanorum, 100 judaei, ita ut summa omnium incolarum ca. 31 600 efficiat.

Ex relatione praefecti apostolici Mausiliensis (1886) Gezirae urbi 4000 hominum sunt, inter quos 250 Chaldaei, 120 Syri, 200 Jacobitae. In vicis attinentibus sunt 3200 Chaldaei, 3000 Jacobitarum. Nestoriani in tota dioecesi 500, methodistae 150 (ex Jacobitis et Nestorianis).

Clerus: sacerdotes Chaldaei 14, subdiaconi 7,

Ecclesiae: 7, Oratoria: 9.

Lingua christiani Gezirenses et vicinorum aliquot pagorum utuntur arabica, Chaldaei alii extra Geziram degentes Nestorianique communiter chaldaica vulgari, mahumetani autem passim curdica.

### 8. Dioecesis Mardensis Chaldaeorum.

Dioecesis Chaldaeorum Mardensis secundum totam extensionem intra praefecturam apostolicam Capucinorum Mardensem sita est.

Marde simul dioecesis patriarchalis Syrorum, episcopatus Armenorum sedesque praefecti apostolici praefecturae Capucinorum Mardensis est[1].

Ambitus: Dioecesis ad urbem fere Mardensem restricta esse videtur, quod in vicinis regionibus christiani Chaldaei vix inveniantur.

Incolae: Marde urbs a. 1886 catholicos latinos 34, Syros 1200, Chaldaeos 600, Armenos 4200, porro 1500 Jacobitas, 600 protestantes, 10 000 mahumetanorum continebat.

Sacerdotes: Chaldaei ?

Missio Capucinorum Mardensis 3 sacerdotibus, fratri laico 1, sororibus 5 Franciscanis incumbit.

### 9. Dioecesis Salmasiensis Chaldaeorum.

Salmas sive Salamas (Salmastum, Salmacia) nomen dedit dioecesi Salmasiensi, quae antea Adorbigana a provincia Persiae ejusdem nominis (Aderbeidschan) vocabatur, quaeque praecipue ad litus lacus Urmiensis sita est in finibus delegationis apostolicae Persiae.

[1] Cf. Statum praefecturae apostolicae Capucinorum Mardensis.

Ambitus: Dioecesis Salmasiensis per provinciam Persiae Adorbiganam patet, inter cujus urbes praeter caput provinciae Tauridem (Tabris) imprimis Urmia nominanda est, urbs ab occidente lacus, qui ex eadem cognomen habet Urmiensis, in campo fertilissimo trecentis vicis obsito, lata amplitudine constructa et pomorum hortis undique cincta.

Incolae: Numerus Syro-Chaldaeorum ad 6000 aestimari potest inclusis etiam iis Chaldaeis, qui trans Araxem in territorio Russico degunt.

Clerus: Episcopo Salmasiensi ca. 20 sacerd. subsunt.

### 10. Dioecesis Sertensis Chaldaeorum.

Serta (Seert, Soert), inter duos fluvios, quibus Bitlis et Buhtan sunt nomina, in aperto undatoque campo exstructa, moeniis e caemento factis et propugnaculis partim quidem ruinosis cincta domos habet ex saxo aedificatas aspectumque praebet non ineleganten.

Ambitus: Dioecesis Sertensis ab austro dioeceseos catholicae Musceusis Armenorum, ab oriente archidioeceseos Chaldaeorum Amidensis, a septentrione dioeceseos Gezirensis Chaldaeorum, ab occidente dioeceseos Salmasiensis, tota inter Tigridem et Persiam sita est in regione Carduchorum (Curdorum); praeter Sertam urbem 33 vicos a christianis Chaldaeis et 5 vel 6 a Nestorianis habitatos includit.

Incolae: Referente praefecto apostolico Mausilii (1886) Serta urbs 15 000 incolarum habet, in his christianos ca. 3700; Chaldaei sunt 1000, Armenorum schismaticorum 3000, Jacobitae 400, Armeni catholici et Syri 100, methodistae (quondam Armeni schismatici et Jacobitae) 200. In tota dioecesi 4900 Chaldaei et 4400 Jacobitae sunt. Ab his numeris non nimium discrepant ii, quos a. 1887 retulit episcopus Sertensis, Jacobus Michael Naam. Urbis quidem Sertae indicantur incolarum 13 000, scilicet 2200 Armeni schismatici, 1200 Chaldaei, 120 Jacobitae, 20 Syri, 120 methodistae, ceteri mahumetani. Numerus omnium per dioecesim Jacobitarum 5200, mahumetanorum 50 000, Armenorum 15 000, Jacobitarum 4000, methodistarum 400, Nestorianorum 33. Differentia aliquatenus inde videtur repetenda, quod a. 1887 complures (6) vici Nestorianorum se Romanae ecclesiae adjunxerunt.

Clerus: Dioecesi 19 sunt sacerdotes Chaldaei, in his 2 monachi congregationis Antonianorum secundum regulam S. Hormisdae (Hermetae, Eliae), qui cum 1 fratre laico in antiquissimo monasterio, leuca una a Serta dissito, commorantur. Hi 2 sacerdotes mandato episcopi plurium vicorum chaldaicorum, inter quos et 6 illi, qui nuper a Nestorianismo conversi sunt, curam gerunt.

Religiosi: Praeter congregationem Antonianorum, de qua supra, ab a. 1882 in dioecesi Dominicani versantur.

Ecclesiae et sacella: Praeter cathedralem ecclesiam Sertae sacellum Chaldaeorum est; 4 aliis locis singulae sunt ecclesiae aliisque 20 oratoria.

Lingua in urbe Serta praevalet arabica itemque inter mahumetanos aliquorum a septentrione Sertae vicorum, alias vulgaris chaldaica et curdica in usu sunt.

### 11. Dioecesis Zachuensis Chaldaeorum.

Zachua (Zaku, Sachu), in insula fluminis Kabur, qui in Tigridem influit, 22 leucis a Mausilio versus aquilo-occidentem in Kurdistania sita, a Turcis officialibus, Curdis agricolis, Chaldaeis et Judaeis incolitur. In vallis circumjacentis planitie christiani Chaldaei praecipue habitant, quorum septem sunt vici.

Ambitus: Dioecesis Zachuensis orientem versus dioecesi Amadiensi, austrum versus dioecesi patriarchali Mausiliensi, ad aquilonem dioecesi Gezirensi confinis est.

Incolae: Praeter mahumetanos in dioecesi ca. 550 familiae Chaldaeorum, 2 vici Nestorianorum et aliquot judaei sunt.

Clerus: 10 sacerdotes Chaldaei, inter quos 6 monachi Antoniani congregationis S. Hormisdae; Mar Jacub conventus est duorum vel trium sacerdotum Dominicanorum.

Lingua chald. utuntur Chaldaei, mahumetani curdica.

### Conspectus patriarchatus Babyloniensis Chaldaeorum.

| Dioeceses. | Chaldaei. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Archidioecesis Amidensis | 2200 | 7 |
| „ Cherchensis | 4000 | ? |
| „ Mausiliensis | 5100 | 20 |
| „ Sehananensis | ? | ? |
| Dioecesis Akrensis | 900 | ? |
| „ Amadiensis | 2000 | 10 |
| „ Gezirensis | 4000 | 14 |
| „ Mardensis | 600 | ? |
| „ Salmasiensis | 6000 | 21 |
| „ Sertensis | 5200 | 19 |
| „ Zachuensis | 2750 | 10 |

### De relatione, quae inter varios catholicae ecclesiae ritus vigeat.

Inter Romanam ecclesiam orientalesque catholicos sive unitos nulla ne minima quidem in rebus dogmaticis, uti per se patet, existere potest discrepantia aut diversitas, sed ab omnibus, qui cum Sede Romana communionem habere desiderant, plena exigitur cum fide ecclesiae Romanae consensio. Sed haec conformitas non obstat, quominus singulae ecclesiae orientales ritum suum proprium et peculiarem, i. e. disciplinam ecclesiasticam et sacrae liturgiae formam diversam ab ecclesiis occidentis, conservent, dummodo fidei dogmatibus nihil in eis contradicat, imo in ritu suo conservando a Summis Pontificibus tuentur. (Benedicti XIV. const. „Allatae sunt“ § 18 [Bull. IV. p. 126 ed. Ven.] Coll. Lac. tom. II. col. 534 sq.)

Ut quilibet ritus in sua integritate conservetur, singuli plerumque suum proprium patriarcham, metropolitas, episcopos, parochos suos habent aliosque episcopi adjutores. Quare nulli etiam episcopo aut parocho in alterius ritus sphaeram aut competentiam se ingerere licet (ibid. § 27. Coll. Lac. II. col. 535). Necessitate quidem accidente concessum est, ut sacerdos, parochus aut episcopus ritus cujuslibet alterius ritus sociis sacramenta administret, sed nihil inde in ritu hominis suscipientis mutatur. Item urgente necessitate sacerdos in aliena ecclesia secundum suum ritum celebrare permittitur, sed nulli sacerdoti alio ritu missam offerre aut alieno missali uti, servato ritu proprio, aut sacramenta secundum alienum ritum aut alieni ritus materia administrare licet.

Universim unius ritus socii ei soli se conformare tenentur, speciatim vero festa sui tantum ritus observare; ubi tamen alicujus ritus asseclae propriam paroeciam non habent, sed cum alius ritus catholicis hominibus commorantur, illius ritus, cujus est major populi pars et ecclesia, festos dies servare jubentur. Eodem modo orientales aut latini cogi non possunt, ut alterius partis jejunia, nisi quantum ad vitandum scandalum necesse est, observent. Catholici variorum rituum matrimonio copulari possunt, quin alter alterius ritum suscipiat. Si vero pater est ritus latini, liberos quoque latinum ritum sequi oportet. Si pater ad alienum ritum pertinet, prolem latino ritu baptizandam offerre potest. Infans vero matre latina et patre orientali unito natus et secundum hujusce ritum baptizatus non potest absque consensu patris et latini episcopi approbatione ad ritum latinum transferri. Liberi igitur generatim ejus parochi jurisdictionem sequuntur, cujus ritu sunt baptizati, nisi forte in casu necessitatis ab alio atque a competente parocho baptizati sint. (Bened. XIV. const. „Etsi Pastoralis“, Coll. Lac. II. col. 510.)

Cum laicis prohiberi non possit domicilii mutatio ac proinde transitus ex una paroecia aut dioecesi in aliam, consequens esse videatur, ut laicis, qui sui juris sint, transitus etiam ab uno ritu catholico ad alium nullatenus sit interdictus. Sed obstat, quominus ita procedatur, bonum publicum ordoque juridicus ecclesiae, quo exigitur, ut ritus singuli pacis et concordiae religiosae causa serventur et protegantur. Unde in Italia laicis prohibitum est a latino ritu ad alium transire, graecis autem clericis et parochiis seu communitatibus integris Italiae, qui ad ritum latinum accedere volunt, consensus Summi Pontificis requiritur, laici vero singulares ad id sola episcopi approbatione indigent. Quod porro ad terras orientales spectat, et transitus a graeco ad latinum et a ritu orientali ad alium orientalem consensui papali reservatus est. Simili modo inter episcopos Galiciae et Bukowinae catholicos graecos et latinos convenit, ut in posterum nemo ad

ritum mutandum sine Sedis Apostolicae consensu admitteretur. A fortiori hic consensus requiritur, quoties clericus sacris initiatus ad alium ritum se conferre velit.

**Conspectus summarius patriarchatuum orientalium.**

| Patriarchatus. | Catholici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Patriarchatus Ciliciae Armenorum . . | ca. 91 000 | ca. 230 |
| „ Antiocheni Melchitarum | 114 080 | 263 |
| „ „ Maronitarum | 298 000 | 1186 |
| „ „ Syrorum . . | ca. 20 000 | ca. 80 |
| „ Babyloniensis Syro-Chald. | ca. 33 000 | ca. 110 |
| Summa totalis | 556 080 | 1869 |

Fontes:

Oriens christianus in quatuor patriarchatus digestus; quo exhibentur ecclesiae, patriarchae caeterique praesules totius orientis. Studio et opera R. P. F. Michaelis Le Quien, Morino-Boloniensis, ordinis fratrum Praedicatorum. Opus posthumum. Ex typographia regia. Parisiis 1740

Acta et decreta Sacrorum Conciliorum recentiorum. Collectio Lacensis. Auctoribus presbyteris S. J. e domo B. V. M. sine labe conceptae ad Lacum. Tom. II. Acta et decreta Sacrorum Conciliorum, quae ab episcopis rituum orientalium ab a. 1682 usque ad a. 1789 indeque ad a. 1869 sunt celebrata. Accedunt decreta Romana de ritibus orientalibus. Friburgi Brisgoviae 1876.

## Caput vigesimum tertium.

# India cis Gangem.

1. India nomen accepit ab Indo nobilissimo flumine. Clauditur ab occasu Indo, a septentrione Emodis montibus; meridie mare, quod Indicum appellatur, magnis sinibus recipit, in quod longissimo excursu sese emittit. Divisa est Gange flumine in duas partes, quarum una versus occasum India cis Gangem, altera versus ortum India trans Gangem appellatur. Cum superioribus saeculis ob feritatem intercedentium populorum terra adiri India nequiret, tam longinqui vero maris navigatio nondum experta esset, diu Europaeis incognita mansit, cum non nisi ex veterum scriptis nosceretur. At primus Vasco Gama Portugallensis a. 1497 ab Hispaniis profectus, superato Bonae Spei promontorio atque universa Africa circumnavigata Indiae oram maritimam perlustravit. Post hunc idem ab aliis feliciter tentatum; missique alii aliique subinde a regibus Portugalliae, qui oram maritimam vi occupatam arcibus ac propugnaculis munirent.

2. „Apostolici muneris obeundi officium in latissimis Indiae regionibus Thomae obtigisse, memoriae proditum est. Hic sane, uti vetera litterarum monumenta testantur, Christo in caelos recepto, cum in Aethiopiam, Persidem, Hircaniam ac demum in paeninsulam ultra Indum migrasset, difficillima peregrinatione suscepta gravissimisque exantlatis laboribus, primus eas gentes christianae veritatis luce collustravit redditoque summo animarum Pastori sanguinis sui testimonio ad sempiterna in caelis praemia evocatus est.

Exinde apostolum praeclare de ea regione meritum colere India non omnino intermisit: in vetustissimis libris liturgicarum precum aliisque illarum ecclesiarum monumentis Thomae nomen et laudes celebrari consueverunt, atque insequentibus saeculis, post ipsam errorum luctuosam propagationem, nequaquam est ejus deleta memoria; itemque fides, quam ille disseminarat, tametsi intermortua jacuit, non tamen extincta funditus esse visa est. Quare, novis virorum apostolicorum excitata curis, latius manavit, egregiisque florens virtutum exemplis et martyrum educta sanguine, gentes illas ab immiti feritate revocatas sensim ad humanitatem excoluit. Hac vero aetate christianum nomen tanta apud Indos prosperitate vulgatum est, ut Ecclesiae filii per universam paeninsulam ad sedecim centena millia feliciter creverint; sacerdotes magno in honore habentur, catholica doctrina in scholis summa cum libertate traditur, jamque certa spes affulget copiosiores ex ea gente manipulos ad Jesum Christum accessuros.

Ut aliquid de praeteritorum temporum memoria perbreviter attingamus, inito jam saec. 14. antiquam fidem velut ab interitu vindicare conati sunt nobiles ex Franciscana et Dominicana familia alumni, qui auctoritate missuque Romanorum Pontificum ad Indias transgressi plurimum operae in sanandis haereticorum opinionibus abolendaque ethnicorum superstitione posuerunt. Ubi vero expeditior per promontorium Bonae Spei patuit Europae gentibus ad oras Indicas transitus, una cum virorum apostolicorum adcursu salutares crevere fructus. Singularem laudem eo tempore consecuta est Societas Jesu, imprimisque ad miraculum excelluit magnus Indiarum apostolus Franciscus Xaverius, qui incredibiles labores perpessus, et maximis periculis terra marique excelso animo superatis, crucem sacrosanctam iis regionibus quasi triumphator intulit et ingentem hominum multitudinem nedum in ora Malabarica, sed et in Coromandelica et in Cey-

lonensi insula, immo et in remotioribus provinciis usque ad Japonios, multiplici superstitione sublata, ad Jesum Christum adiunxit.

Ad tantam christiani nominis propagationem praeter laboriosas missionariorum curas plurimum valuit illustrium Portugalliae et Algarbiorum regum opera, quibus merito contigit, ut ab Apostolica Sede perhonorifice collaudarentur, quod *eorum ministerio tam lata orbis terrae pars antea ignota Europae innotuisset: maxime vero, quod Ecclesiae Dei per agnitionem christianae veritatis aggregaretur* [1].

In provinciis vero, quas vel in ora Malabrica vel in Coromandelica Lusitani obtinuerant, cum latius fides catholica manavisset, praecipua Pontificum Maximorum cura fuit, sacerdotes ad sacra officia iis in regionibus obeunda undique advocare aliaque sapienter et utiliter, praesertim quod ad christianorum regimen pertineret, constituere. Aucta vero Lusitanarum possessionum amplitudine, novae dioeceses in iisdem coloniis constitutae sunt. In iis eminet Goana, quam Paulus IV. archiepiscopalis throni honore et juribus auxit; accedit vero Cochinensis et Cranganorensis, item in ora Coromandelica Meliaporensis, quam in urbe Sancti Thomae Paulus V. instituit. Portugalliae vero atque Algarbiorum regibus, quod rei catholicae incrementis profuissent nominatimque dioeceses, quae commemoratae sunt, aere suo munifice dotassent, Romani Pontifices grati animi causa jus patronatus in novensiles episcopales sedes concessere. Quae quidem cum in veteris ac recentis christianorum societatis utilitatem provide decernerent, spe erigebantur, brevi futurum, ut extremi orientis gentibus lux Evangelii longe lateque affulgeret, quaeque ex illa sequuntur beneficia, tamquam abundantissimus amnis in ipsam civilem societatem influerent. — Sed prospere coeptorum cursum fortuna retardavit. Coortis enim bellorum aliorumque casuum procellis, magna clades Ecclesiae apud Indos succrescenti imminere videbatur. Itaque ne Evangelii interciperetur propagatio, neu in tot hominum millibus sempiterna animorum salus periclitaretur, Romani Pontifices ad regna illa amplissima, praesertim quae Lusitanis coloniis nequaquam continebantur, providentiam suam transtulerunt summaque cura studuerunt, quanto plures ex ingenti illa multitudine possent ad instituta christiana traducere, item munire adjumentis iis, quae ad excolendos animos pertinent, et haeretica pravitate depulsa, in sancta religione retinere.

Quo autem cura difficilior ob immensa locorum intervalla, regionum latitudinem, incommoda itinerum, eo accuratius vel evangelicis operariis deligendis vel missionum regimini ordinando operam dare magna cum libertate consueverunt. Saec. 17. [2] et 18. praesertim opera virorum religiosorum, quos Sacra Congregatio christiano nomini propagando ad Indos miserat, plures christianorum communitates coaluere; linguae earum gentium variae per missionarios perceptae; libri vernaculo populi sermone conscripti; plurimorum animi spiritu catholicae institutionis imbuti atque in spem caelestium erecti. — Quibus in rebus nobilitati sunt labores sodalium Carmelitidum, Capulatorum, Barnabitidum, Oratorianorum, qui quidem in iis gentibus ad christiana instituta erudiendis non eodem omnes tempore, sed idem studium collocavere constantiamque parem.


Gubernandis interea fidelibus moderandisque sacrorum operariorum expeditionibus, idoneo antistitum regimine constituto, provisum est. — Summi Pontifices singulari studio in id imprimis animum intendebant, ut apostolici viri doctrinam christianam India tota sancte inviolateque servarent, nec ullo unquam ethnicarum superstitionum vestigio inquinari paterentur. Revera nemo ignorat, quam vigilanter incubuerint ad evellenda radicitus vanarum observationum rituumque a fide christiana abhorrentium zizania ab inimico homine disseminata in novellis iis ecclesiae germinibus, quae praesertim in regnis Madurae, Maissourii et Carnatici adoleverant: item quam provide studuerint, quaestiones omnes inter regionum illarum missionarios in re gravissima excitatas pontificia auctoritate dirimere. De quibus ut Clemens XI. apprime cognosceret, Carolum Thomam Tournonium, patriarcham Antioche-

[1] Leo X., Summam Nobis laetitiam. 1513.

[2] „Quam late diffusa sit religio christiana per Indiam orientalem," scripsit a. 1620 Aubertus Miraeus Bruxellensis, „facile quivis intelliget ex catalogo collegiorum societatis Jesu ibidem existentium, quae duas in provincias sunt distincta, Goanam et Malabaricam.


| *Provincia Goana.* | *Provincia Malabarica.* |
|---|---|
| Goae { Domus professa, Colleg. Goanum, Domus probationis | Colleg. Coccinense cum 5 residentiis, Domus probationis } Cochin, |
| Colleg. Salsetanum cum II residentiis — Salsete, | Colleg. Cranganorense — Cranganor, |
| Colleg. Chaulense — Chaul, | Seminarium Vaipicotanum — Vaipicota, |
| Colleg. Tanaense cum suis resid. — Tanà, | Colleg. Coulanense — Coulam, |
| Colleg. Baçainense cum suis residentiis — Baçaym, | Colleg. Tutucurinense cum residentiis — Tutucurim, |
| Residentia Taraporensis — Tarapor, | Resid. Madurensis — Madurè, |
| Colleg. Damanense — Daman, | Colleg. Columb cum 7 resid — Colombo, |
| Colleg. Diense — Diu, | Colleg. Nagapatanum (inchoat.) — Nagapatam, |
| Resid. Aethiopica — Aethiopia, | Colleg. S. Thomae — S. Thomé, |
| Resid. Mogorensis — Mogor, | Colleg. Peguanum (inchoat.) — Pegu, |
| Colleg. Mozambiquium — Mozambique, | Colleg. Bengalense (inchoat.) — Bengala, |
| Resid. Senensis — Sena, | Colleg. Malacense — Malaca, |
| Resid. Tetensis — Tete. | Domus Ternatensis cum resid. Moluccensibus — Molucco. |
| (Sunt in hac provincia socii 280.) | (Sunt in hac prov. socii 150.) |

# n regionibus.



# Synopsis evolutionis ecclesiasticae in Indiae cis Gangem regionibus.

Paulus III. a. 1534 sedem episcopalem cum amplissima territorii extensione in urbe Goana excitavit.



num, cum potestate legati a latere in Indiis orientalibus commissarium ac visitatorem apostolicum a. 1701 destinavit. Sapientibus Tournonii decretis Clemens XI. auctoritatis suae robur adiecit, eisdemque Innocentius XIII., Benedictus XIII. et Clemens XII., ut quam diligentissime obtemperaretur, graviter sanxerunt. Benedictus vero XIV. edita constitutione *Omnium sollicitudinum,* amotis dubitationum causis additisque opportunis declarationibus, controversiam dimidio fere saeculo acriter agitatam sustulit.

Aliquanto serius, cum de Indiarum bono Romani Pontifices plura cogitarent, tranquillitas Ecclesiae per Europam turbulentis est afflicta temporibus, quae tempora vel apud Indos christianae fidei incrementum prohibuere. Praeterea in provinciis paeninsulae australibus plaga gravis accessit, auctore tyranno Tipou Sahib, qui catholicum nomen multimodis vexavit. — Quamvis vero post id tempus apostolici viri pro nomine christiano multum et utiliter elaboraverint, tamen Gregorius XVI. rem omnem animo et cogitatione complexus intellexit et declaravit, *regiones illas necessario requirere, ut Apostolica Sedes, mutatis temporum adjunctis, religioni in iis periclitanti succurreret et ecclesiastici regiminis formam ea ratione moderaretur, quae obtinendae fidei incolumitati par esset.* Statimque ad rem aggressus non pauca constituit christianis ex India hominibus salutaria amplificandaeque per eos tractus religioni valde opportuna.

Verumtamen Apostolicae Sedis curas, utique communis salutis gratia susceptas, multis longe secus interpretantibus, cum funestum illud dissidium deflagravisset, quod in majora mala erupturum videbatur, Pius IX. cum Petro rege fidelissimo semel atque iterum egit, ut quaedam communi consilio decernerentur, quae tot incommodorum remedium afferrent. Itaque conventio est inita a. 1857, cujus tamen conditiones quominus perficerentur, variae difficultates impedimento fuere.“ (Ex litteris apostolicis Leonis XIII. d. Kalendis Septembribus a. 1886.)

3. Vide synopsin juxta positam.

4. Hierarchia catholica in India cis Gangem constituta fuit litteris apostolicis Leonis XIII. „Humanae Salutis Auctor“ d. d. 1. Sept. 1886 his verbis:

„Cum igitur in universis Indiae missionibus, quas commemoravimus, evangelicorum nuntiorum studio et laboribus eo jam res christiana provecta sit, ut non modo Salvatoris Nostri nomen summa cum libertate invocetur, sed ecclesiae plures numerentur, eaedemque multis sapienter et utiliter institutis floreant, Nos quidem primum omnium Deo optimo maximo pro parta catholico nomini prosperitate singulares gratias et agimus et habemus. Deinde vero, quod Decessoribus Nostris diu in optatis fuit, ut ecclesiastica hierarchia in India atque in insula Ceylonensi constitueretur, id Nos ad efficiendum aggredimur. Quo facto consequutura bona, Deo juvante, confidimus non pauca nec exigua, nominatim concordiae caritatisque incrementum, similitudinem et firmitatem disciplinae, populorum cum episcopis maximeque cum Romano Pontifice stabiliorem conjunctionem, expeditiorem catholici nominis propagationem una cum ampliore virtutum christianarum cultu.

Itaque rogata, ut negotii gravitas postulabat, Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium sacro consilio christiano nomini propagando praepositorum sententia, fusis in humilitate cordis Nostri ad omnipotentem Deum precibus implorataque ope Immaculatae Dei Matris, Sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Sanctorum Thomae apostoli ac Francisci Xaverii, qui eas gentes sicut olim ad Evangelii lucem traduxere, ita nunc patrocinio caelesti tuentur ac tegunt; motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, de Apostolicae potestatis plenitudine, ad majorem divini nominis gloriam fideique catholicae incrementum harum litterarum auctoritate in universis Indiae orientalis missionibus episcopalem hierarchiam ad canonicarum legum praescripta instituimus.

Porro Decessorum Nostrorum vestigiis inhaerentes, qui primum archidioecesim Goanam eique suffraganeas sedes Cochinensem, Meliaporensem et Cranganorensem erexerunt, easdem juxta eam rationem, quae in recenti conventione cum illustri Portugalliae et Algarbiorum rege fidelissimo inita significatur, confirmamus et in unam ecclesiasticam provinciam iterum coalescere volumus.

Praeterea omnes totius paeninsulae atque insulae Ceylon vicariatus apostolicos, uti a Nobis supra descripti sunt, nec non praefecturam in centro Bengalicae provinciae sitam, in episcopales ecclesias auctoritate Nostra Apostolica tenore praesentium erigimus et constituimus. Ex novarum vero dioecesium numero quae sequuntur, nempe ecclesiam Agraensem, Bombayensem, Verapolitanam, Calcuttensem, Madraspatanam, Pondicherianam et Columbensem ad archiepiscopalis dignitatis honorem evehimus. Quod autem pertinet ad provinciales seu suffraganeas ecclesias designandas, integrum Nobis erit, quod magis expedire videatur, statuere.“

5. Quae sapientissima consilia ut exsecutioni mandarentur, Summo Pontifici, Excellentissimum ac Reverendissimum D. Antonium Agliardi, archiepiscopum Caesareensem, Sedis Apostolicae delegatum in Indias orientales deputare placuit, cui Rmus D. Andreas Ajuti auditor et Rmus D. Wladislaus Zaleski [1] secretarius adjuncti sunt.

Rebus feliciter compositis delegatus apostolicus Romam reversus est et Rmus D. Ajuti ad dignitatem

[1] Monseigneur Zaleski, Voyage à Ceylan et aux Indes 1887. Première édition. Rome 1888.

archiepiscopi Acridensis evectus (consecr. in civitate Bombayi mense Majo 1887) in ejus munus successit. Sedem suam fixit in urbe Ootacamund, dioeceseos Coimbaturensis, ut praesens in Indiis ea efficienda et ordinanda curaret, quae Sancta Sedes Indiae ecclesiarum profectui et decori statuenda esse decreverit.

## I. Provincia ecclesiastica Goana.

Haec provincia ecclesiastica constat ex archidioecesi Goana et suffraganeis: Cochinensi, Damaensi, Sancti Thomae de Meliapur, omnes in regionibus Indiarum orientalium, et Macaonensi in regionibus Sinicis et Indicis.

1. *Patriarchatus „ad honorem" Indiarum orientalium*:*

Goa, sedes episcopalis cum amplissima territorii extensione d. 3. Nov. a. 1534 a Paulo III. Papa excitata, sedes metropolitana et primatialis orientis a d. 4. Febr. 1557, sedes patriarchi „ad honorem" Indiarum orientalium vi concordati d. 23. Jun. 1886.

Ambitus: Ilhas de Goa, Bardez, Salsette.

Catholici: ca. 290 000, Sacerdotes: 748 (1884),

Paroeciae: 113, Ecclesiae et sacella: 241.

### Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Cochinensis:*

Cochinum (Cochin), creata fuit haec dioecesis d. 4. Febr. a. 1557 per constitutionem Pauli IV. „Pro excellenti praeeminentia".

Ambitus: Complectebatur regiones Quiloni (Quilon) atque alias, ab a. 1886 continet regionem, quae circumscribitur in parte septentrionali atque orientali archidioecesi Verapolitana atque in meridionali dioecesi Quilonensi. Sunt etiam loca non pauca, quorum non sunt definiti limites, et quae sita sunt in ora Travancoris.

Incolae: catholici 67 048, quorum 9000 in civitate Cochini, protestantes 1200, Jacobitae 300, mahumetanorum 19 000, infidelium 90 000.

Clerus: sacerdotes 46[1], clerici 26,

Paroeciae: principales 33, filiales 11,

Ecclesiae et sacella: 66.

3. *Dioecesis Damaensis:*

Damaum (Damão), dioecesis erecta virtute concordati d. 23. Jun. 1886 et articuli 7. concordati die 21. Febr. 1857. Episcopus hujus dioecesis habet titulum archiepiscopi „ad honorem" de Cranganor.

Ambitus: Territorium, quod circumscribitur a septentrione flumine Narbudda et paeninsula Cambaya, a meridie districtu Rutnagherry, ab oriente montibus Ghates, ab occidente mari Indico.

[1] Ast 10 sacerdotes pertinent ad Goam, 7 ad Verapolim, 3 sunt syriani, id est ritus syriaci.

Incolae: catholici 65 199, acatholici in districtibus coronae Lusitanicae subjectis (Damão, Diu, Broach, Surrat, Tanna, Culabo) 1 788 012.

Sacerdotes: 62, Clerici: 3, Ecclesiae: 46.

4. *Dioecesis Sancti Thomae de Meliapur:*

Sancti Thomae de Meliapur, dioecesis erecta a Paulo Papa V. d. 9. Jan. 1606.

Catholici: ca. 37 000, Sacerdotes: 48.

5. *Dioecesis Macaonensis:*

Macaum (Macao), dioecesis vi bullae Gregorii XIII. „Super specula militantis Ecclesiae".

Ambitus: Insulae Hiang-shang, Haïnan, colonia Lusitanica Timor; ecclesiae Lusitanicae de Malacca et Singapore.

Incolae: ca. 21 000 catholicorum, qui frequentant ecclesias,

Clerus: sacerdotes 40, clerici 3,

Paroeciae: 9, Ecclesiae: 22, Sacella: 26.

*Insula Ceylana:*

## II. Provincia ecclesiastica Columbensis.

Haec provincia ecclesiastica tam late patet, quam insula Ceylana; metropoli Columbensi subditae sunt ecclesiae episcopales Jaffnensis et Kandiensis. Usuveniunt linguae: singalensis, tamulica, anglica.

1. *Archidioecesis Columbensis:*

Columbus (Colombo), archidioecesis per encyclicam Leonis XIII. d. d. 1. Sept. 1886.

Ambitus: Provinciae occidentalis et meridionalis insulae Ceylanae.

Incolae: 1 400 000, quorum catholici 129 114,

Sacerdotes: 38, quorum 6 saeculares Europaei, 5 indigenae, 27 e congregatione Oblatorum B. M. V. Immaculatae,

Stationes: principales 24, secundariae 156,

Ecclesiae et sacella: 163.

### Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Jaffnensis:*

Jaffna (Dschaffnapatam), dioecesis per encyclicam Leonis XIII. d. d. 1. Sept. 1886.

Ambitus: Provinciae septentrionalis, occiduo-septentrionalis, orientalis, centro-septentrionalis Ceylanae insulae; dioecesis includit Point Pedro ad septentrionem, Trincomalie et Batticalloa ad orientem, Chilaw ad occidentem et Kurunegala ad meridiem.

Incolae: 734 000, ex quibus catholicorum 80 000,

Sacerdotes: 39, quorum 38 e congregatione Oblatorum B. M. V. Immaculatae,

Stationes primariae: 26,

Ecclesiae et sacella: 232.

3. *Dioecesis Kandiensis:*

Kandium (Kandy), dioecesis per encyclicam Leonis XIII. d. d. 1. Sept. 1886.

Ambitus: Provincia centralis et provincia Uwa.

Incolae: 639 500, quorum catholicorum 13 000,

Sacerdotes: 12, quorum 10 e congregatione Benedictino-Sylvestrina,

Stationes: primariae 7, subsidiariae 12,

Ecclesiae: 19, Sacella: 33.

***India cis Gangem meridionalis et centralis:***

## III. Provincia ecclesiastica Verapolitana.

Provincia ecclesiastica Verapolitana componitur praeter archidioecesim Verapolitanam ex dioecesi suffraganea Quilonensi. Lingua vulgaris, quae adhibetur in archidioecesi, est malabarica, in dioecesi suffraganea idioma quoddam mixtum ex tamulico et malabarico. In civitatibus praesertim maritimis usuveniunt linguae anglica, lusitanica et hindostanica.

1. *Archidioecesis Verapolitana:*

Verapolis (Verapoli), sedes archiepiscopalis creata die 1. Sept. 1886. Residentia: Magnumey, prope Verapolim.

Ambitus: Archidioecesis continetur partim in ditione Anglis directe subdita et partim in regnis Travancor et Cochin.

Incolae: ca. 2 000 000, quorum 40 000 catholicorum ritus latini,

Sacerdotes: 44 ritus latini, quorum 14 missionarii Europaei,

Stationes latinae: 29, Ecclesiae et sacella: 38.

Sedes suffraganea:

2. *Dioecesis Quilonensis:*

Quilonum (Quilon), sedes erecta d. 1. Sept. 1886.

Ambitus: Dioecesis continetur partim in ditione Anglis immediate subjecta (Tangacherry et Aujengo) et in regno Travancore.

Incolae: 2 500 000, quos inter catholicorum 86 000,

Sacerdotes: 33 ritus latini, quorum 20 Europaei,

Stationes primariae: 21, Ecclesiae: 24, Sacella: 131.

## Vicariatus apostolici Syro-Malabarorum.

Indigenae christiani Malabariae sive orae Malabaricae in India orientali, qui ritum syro-chaldaicum sequuntur, gentis suae conversionem ab ipso S. Thoma apostolo repetunt, quare etiam „christiani S. Thomae" vocari solent. Certe pluribus jam ante Lusitanorum in Indiam adventum saeculis patriarchae Chaldaei episcopos in Indiam mittere solebant, qui eas ecclesias gubernarent et a quibus in haereses quoque Nestorii inductae sunt.

Agentibus deinde Lusitanis, imprimis Alexio Menezes, archiepiscopo Goano, „Chaldaei Indi" sive „christiani S. Thomae" a. 1599 in urbe Diampar ejurato Nestorianismo fidem catholicam amplexi sunt et ab a. 1600 ad a. 1653 quattuor metropolitas e societate Jesu sibi succedentes habuerunt, postea vero multi, instigantibus maxime Batavis, defecerunt et Jesuitas expulerunt. Quum vero a Nestorianis episcopos non impetrassent, ad Jacobitas sese converterunt et cum errore monophysitarum ritum Syrorum occidentalium receperunt. Iis autem, qui constantes in fide permanserant, Alexander VII. missionarium ex ordine Carmelitarum misit, qui a. 1660 archiepiscopus Hierapolitanus ordinatus sacerdotem indigenam consecravit episcopum. Carmelitarum opera, quorum curae gens illa deinceps concredita mansit, multi apostatae ad ecclesiam reducti sunt. (Card. J. Hergenroether, Kirchengeschichte, 1886. III. p. 522.)

A. 1605 dioecesis Cranganorii regendis praecipue Syro-Chaldaeis Malabaricis instituta erat, quae a Gregorio XVI. a. 1838 suppressa et regimen Malabarorum uni vicario apostolico Verapolitano traditum est. Missio a turbis atque dissensionibus nunquam immunis exstitit. Praeter numerum enim eorum, qui ca. 160 000 veteri Jacobitarum errori adhaerent, schisma Mellusianum, quod post concilium Vaticanum ortum habuit, ca. 30 000 asseclarum nactum est.

Post restitutam in India hierarchiam Leo XIII. Papa specialem curam catholicis Syro-Malabaricis demandavit, utque paternae suae providentiae eis effectum exhiberet, suadentibus episcopis et archiepiscopis Indiae australis et mediae, qui ad synodum Bangaluri, praesidente delegato apostolico Antonio Agliardi, archiepiscopo Caesareensi, celebrandam convenerant, et relatione Sacrae Congregationis de propaganda fide audita, in audientia d. 17. Maji 1887 decrevit, ut duo novi vicariatus apostolici Syro-Malabarorum erigerentur, uterque episcopo ritus latini gubernandus traderetur, cujus tamen vicarius generalis sacerdos ritus esset Syro-Malabarici. Limites utriusque vicariatus fluvio Aluvay sive Alweie, qui apud Maleaturum oppidum oritur, Malabariam pertransit et prope Cochinum sive Cottiaram in mare infunditur, designantur. Qui a septentrione hujus fluminis est vicariatus, nomen impositum habet „vicariatus Syro-Malabaricus septentrionalis sive Trichoorensis", qui ab austro est, „vicariatus Syro-Malabaricus meridionalis sive Cottayamensis" nominatus est.

*Vicariatus apostolicus Trichoorensis:*

Catholici Syro-Malabarici: 101 551,

Sacerdotes: indig. 122, missionarius Europaeus 1,

Ecclesiae parochiales: 83,

Ecclesiae et sacella: 105.

*Vicariatus apostolicus Cottayamensis:*

Catholici Syro-Malabarici: 107 000,

Sacerdotes: indig. 271, missionarius Europaeus 1,

Ecclesiae et sacella: 152.

### IV. Provincia ecclesiastica Pondicheriensis.

Provincia ecclesiastica Pondicheriensis complectitur praeter archidioecesim ejusdem nominis dioeceses suffraganeas: Mangalurensem, Trichinopolitanam, Coimbaturensem, Meissurensem.

1. *Archidioecesis Pondicheriensis:*

Pondicherium (Pondichéry), archidioecesis erecta d. 1. Sept. 1886.

Ambitus: Districtus Arcot meridionalis et septentrionalis, Salem, Trichinopoli (ex parte), Tanjore, Chingleput (ex parte) in territorio anglico, porro colonia gallica.

Incolae: 7 206 000, quorum catholici 206 350,
Sacerdotes: 110, inter quos indigenae 32,
Stationes: primariae 70, subsidiariae 153,
Ecclesiae et sacella: 624,
Lingua vulgaris est tamulica.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Mangalurensis:*

Mangalurum (Mangalur, Mangalore), dioecesis erecta d. 1. Septembris 1886.

Ambitus: Ora Canarensis meridionalis et Malabarica septentrionalis; ad dioecesim pertinet Mahe, pars coloniae gallicae.

Incolae: 2 885 000, quorum catholici 68 755,
Sacerdotes: 63, inter quos Europaei e societate Jesu 24, sac. saec. 1, indigenae 38,
Stationes: primariae 33, subsidiariae 14,
Ecclesiae et sacella: 64.

3. *Dioecesis Trichinopolitana seu Madurensis:*

Trichinopolis (Trichinopoli), dioecesis erecta die 1. Sept. 1886.

Ambitus: Provinciae civiles Tinnively et Madura portionesque provinciarum Trichinopoli et Tanjore.

Incolae: 5 912 000, quorum catholici 170 165,
Sacerdotes: 81 e societate Jesu, 7 saeculares,
Stationes primariae: 36,
Ecclesiae: 242, Sacella: 498.

4. *Dioecesis Coimbaturensis:*

Coimbaturum (Coimbatur, Coimbatore), dioecesis erecta d. 1. Sept. 1886.

Ambitus: Pars territorii Anglorum et ditio Chittoor Talook ad regem Coccinensem pertinens.

Incolae: 2 028 000, quorum catholici latini 27 740, Syro-Chaldaei 300,
Sacerdotes: 32, inter quos 8 indigenae,
Stationes: primariae 20, subsidiariae 56,
Ecclesiae: 20, Sacella: 56.
Linguae vulgares sunt: tamulica, canarensis, telugica, hindostanica.

5. *Dioecesis Meissurensis:*

Meissurum (Meissur, Mysore), dioecesis erecta die 1. Sept. 1886.

Ambitus: Regnum Meissur, provinciae civiles Coorg, Collegal, Wynaad (ex parte), porro collectoratus Salem (ex parte).

Incolae: 4 735 000, inter quos catholici 29 378,
Sacerdotes: 47, ex quibus indigenae 10,
Stationes: primariae 20, subsidiariae 78,
Ecclesiae et sacella: 84.
Linguae vulgares sunt: tamulica, canarensis, telugica, concanica.

### V. Provincia ecclesiastica Madraspatana.

Metropoli Madraspatanae subditae sunt ecclesiae episcopales: Heiderabadensis, Visagapatana, Nagpurensis.

1. *Archidioecesis Madraspatana:*

Madraspatam (Madras), archidioecesis erecta litt. encycl. Leonis XIII. d. d. 1. Sept. 1886.

Ambitus: Collectoratus praesidentiae Madraspatanae: Chingleput (ex parte), North Arcot, Nellore, Guntoor, Cuddapah, Bellary, Kurnool et Anantapore.

Incolae: 8 604 802, quos inter catholici 54 792 (1756 Europaei, 6181 Eurasiani, 46 792 indigenae),
Sacerdotes: 44, quorum indigenae 13,
Stationes primariae: 25,
Ecclesiae: 43, Sacella: 97.
Linguae, quae usuveniunt, sunt: tamulica, telingica, anglica etc.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Heiderabadensis:*

Heiderabadum (Heiderabad, Hyderabad), dioecesis erecta d. 1. Sept. 1886.

Ambitus: Status Nizam Heiderabadensis et pars quaedam praesidentiae Madraspatanae.

Incolae: 9 219 000, quorum catholici 11 400,
Sacerdotes: 12,
Stationes: primariae 10, secundariae 10,
Ecclesiae et sacella: 45.
Linguae, quae a variis gentibus adhibentur, sunt: marotica, canarensis, telingica, tamulica, hindostanica.

3. *Dioecesis Visagapatana:*

Visagapatam (Vizagapatam), dioecesis erecta die 1. Sept. 1886.

Ambitus: Confinia nondum praecise definita sunt.
Incolae: 10 423 367, quorum cath. 8661 (alias 8861),
Sacerdotes: 16 ex congregatione S. Francisci Salesii de Annecy,
Stationes primariae: 11, Ecclesiae et sacella: 49.

4. *Dioecesis Nagpurensis:*

Nagpurum (Nagpur, Nagpore), dioecesis erecta die 11. Julii 1887.

Ambitus: Praecipuae stationes dioeceseos sunt: Nagpore, Kamptee, Khandwa, Jubbalpore, Amraoti.

Incolae: 11 588 858, inter quos catholici circiter 6787,

Sacerdotes: 16 ex congregatione S. Francisci Salesii de Annecy,

Stationes primariae: 6, Ecclesiae et sacella: 25.

Nota. „Map of the ecclesiastical province of Madras" haec habet:

1. Archidioecesis *Madraspatana.* Confinia: Juxta concordatum Sanctam Sedem inter et regem Portugalliae et post cessionem regionis Raichore Douab dioecesi Hyderabadensi limites archidioecesis sunt sequentes: in parte septentrionali fluminibus Toonga Budra et Kistna separatur a dioecesi Hyderabadensi; in oriente sinu Bengalensi; in parte meridionali viis vulgo nuncupatis Edward Elliot's Road, St. George's Cathedral Road et via, qua ducitur per Kunnatur et Sriperumbadur ad Conjeveram et quae postea ad flumen Palar continuatur, a dioecesi Meliapurensi sejungitur; tunc flumine Palar separatur ab archidioecesi Pondicheriensi; in occidente tandem dioecesi Mysurensi et flumine Toonga Budra, quo a dioecesi Punensi separatur. Exclusae sunt quinque ecclesiae in civitate Madras, quae jurisdictioni episcopi Meliapurensis subsunt.

Superficiem habet 47 583 milliaria quadrata.

Incolae per collectoratus archidioecesis Madraspatanae numerantur ut sequitur:

| | Numerus incolarum. | Milliaria quadrata. | Catholici. |
|---|---|---|---|
| Kistna | 904 016 | 4 972 | 10 350 |
| Nellore | 1 220 236 | 8 739 | 1 077 |
| Cuddapah | 1 121 038 | 8 745 | 644 |
| Kurnool | 709 305 | 7 788 | 1 191 |
| Bellary | 736 807 | 5 904 | 3 321 |
| Anantapore | 599 899 | 5 103 | |
| Province of Chingleput (Ponneri et Tiruvellur) | 250 867 | 854 | 4 322 |
| Province of N. Arcot | 1 171 875 | 5 278 | 1 000 |
| Madras City | 405 848 | 100 | 24 356 |
| Summa totalis | 7 119 891 | 47 483 | 46 261 |

2. Dioecesis *Vizagapatamensis.* Juxta divisionem inter dioeceses Vizagapatamensem et Nagpurensem a Sacra Congregatione propagandae fidei factam dioecesis Vizagapatamensis ita limitatur: in septentrione flumine Mahanadi et limite septentrionali districtus Raipur; in oriente sinu Bengalensi; in parte meridionali sinu Bengalensi et flumine Godavery usque ad territorium Cherla, tunc limite septentrionali territorii Cherla et Nagur; in occidente flumine Indravati et limite occidentali districtuum Bastar et Raipur.

Numerus christianorum in dioecesi est 8861, sacerdotes societatis S. Francisci Salesii 16, moniales S. Josephi de Cluny 47.

3. Dioecesis *Hyderabadensis* limitatur in parte orientali sinu Bengalensi; in septentrione flumine Godavery, quo a dioecesibus Vizagapatamensi et Nagpurensi separatur; in occidente limitibus territorii Nizam Hyderabadensis et praesidentiae Bombayensis, quibus sejungitur a dioecesi Punensi; in meridie fluminibus Tunga Boodra et Kistna, quibus ab archidioecesi Madraspatanensi sejungitur. Limites naturales inter praesidentiam Bombayensem et territorium Nizam non apparent, ergo limes inter dioecesim Poonensem et Hyderabadensem in hac parte debet esse flumen Sina, quod invenitur in occidente districtus Nuldroog.

Incolarum numerus est 1) in territorio Nizam 7 607 000 et 2) in territorio anglico 1 612 000. Numerus christianorum autem in tota dioecesi est 11 400; in territorio Nizam 10 930 et in territorio anglico 470.

4. *Nagpurensis* dioecesis juxta limitum descriptionem Sacrae Congregationi de propaganda fide propositam limitatur in septentrionali parte dioecesibus: Agraensi, a qua separatur limitibus centralium provinciarum versus Indore necnon flumine Narbada; Allahabadensi, a qua separatur limitibus centralium provinciarum necnon districtibus Damoh et Saugor dictis; Calcuttensi, a qua separatur limitibus centralium provinciarum in orientali parte; dioecesi Vizagapatamensi, a qua separatur districtibus Sambalpur et Raipur necnon regno Bastar; in meridionali parte dioecesibus: Puniensi, a qua separatur flumine Godavery; Hyderabadensi, a qua separatur flumine Godavery; Vizagapatamensi, a qua separatur Madras praesidentia; in occidentali parte dioecesi Puniensi, a qua separatur Bombayensi praesidentia.

Totius dioecesis ambitus est circiter 85 999 milliaria quadrata; complectitur autem 1) omnes centrales provincias exceptis districtibus Damoh, Saugor, Sambalpur et Raipur, exceptis etiam regno Bastar necnon parva parte Narbada divisionis ultra flumen hujus nominis extendente; 2) provinciam Berar dictam; 3) Hyderabadensis Nizam territorii partem sitam in septentrionali ripa fluminis Godavery necnon quasdam particulas Bombayensis praesidentiae citra hoc flumen extendentes; 4) parvam partem centralis Indiae citra flumen Narbada extendentem.

Incolarum numerus est circiter 11 588 858; christianorum autem numerus est circiter 6465. Episcopus 1, sacerdotes 13, fratres laici 13, moniales 40 sunt in hac dioecesi. Habet autem 16 capellas et 3 ecclesias. Inter capellas numerantur tantum sacella, quae locum tenent ecclesiae, non autem illa, quae sunt in suburbiis majorum stationum.

### *India cis Gangem septentrionalis:*

## VI. Provincia ecclesiastica Bombayensis.

Cum ecclesia Bombayensi vinculo jurisdictionis metropolitanae unita est ecclesia episcopalis Puniensis.

1. *Archidioecesis Bombayensis:*

Bombaya (Bombay), archidioecesis erecta d. 1. Septembris 1886; commissa est Patribus e societate Jesu.

Ambitus: Regiones Ahmedabad, Broak septentrionalis, Baroda, Guzerate, Marwar, Catch, Sindh, Beluchistan cum aliquot missionibus in insulis de Salsetta et Bombay.

Incolae: 17 350 000, inter quos circiter 17 428 catholici,

Sacerdotes: 40 e societate Jesu, 9 saeculares,

Stationes: primariae 15, secundariae 8,

Ecclesiae et sacella: 35.

Linguae vulgares sunt praeter hindostanicam: sindhi, guzeratti, mahratti, catchi etc.

Sedes suffraganea:

2. *Dioecesis Puniensis:*

Punium (Puna, Poona), dioecesis a d. 1. Sept. 1886, commissa est societati Jesu.

Ambitus: Provinciae Kandeish et Deccan excepto territorio Sawuntwary, archidioecesi Goanensi assignato.

Incolae: 6 500 000, inter quos catholici 7267 jurisdictionis Puniensis.

Sacerdotes: 21, quorum 8 indigenae,
Stationes: primariae 13, secundariae 14,
Ecclesiae et sacella: 27.

## VII. Provincia ecclesiastica Agraensis.

Metropoli Agraensi subditae sunt ecclesiae suffraganeae Allahabadensis (olim Patnensis), Lahorensis (olim Punjab) et praefectura apostolica Kafiristan (Kafristan) et Cashmire.

1. *Archidioecesis Agraensis:*

Agra, archidioecesis a d. 1. Sept. 1886, commissa est Patribus Capucinis.

Ambitus: Praeter territorium, quod Anglis directe subjectum est, archidioecesis amplectitur status tantum indirecte ipsis subditos, nempe Gharwal, Hill States, Pattiala, statum regionis Rajputana, Malwa, Rampur et alios.

Incolae: 30 205 000, ex quibus catholici 8403,
Sacerdotes: 31 ex ordine Capucinorum, 2 saeculares, 1 indigena,
Stationes: primariae 21, secundariae 24.
Ecclesiae et sacella: 55.

### Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Allahabadensis:*

Allahabadum (Allahabad), dioecesis erecta die 1. Sept. 1886, commissa est Patribus Capucinis.

Ambitus: Regiones Nepal, Behar, Bundelkand, Oudh et provinciae septentrio-occidentales.

Incolae: 47 734 000, ex quibus catholici 8225,
Sacerdotes: 19 ex ordine Capucinorum, 7 saec.,
Stationes: primariae 19, secundariae 10 (sine stationibus ferroviariis),
Ecclesiae et sacella: 30.
Lingua vulgaris est hindostanica; regio Nepal proprium idioma habet.

3. *Dioecesis Lahorensis:*

Lahore, dioecesis erecta d. 1. Sept. 1886, commissa est Patribus Capucinis.

Ambitus: Punjab (pars meridionalis), Mitteemkote una cum parvo regno Bahawulpore, quod portio est regionis Rajputana, Kangra, Loodhiana et Ferozepore juxta flumen Sutley usque ad regnum Babawulpore.

Incolae: 17 600 000, inter quos catholici 5900,
Sacerdotes: 12,
Stationes: primariae 8, secundariae 4,
Ecclesiae et sacella: 16.

4. *Praefectura apostolica Kafiristan et Cashmire:*

Kafiristan et Cashmire (Cashmere, Kashmir), praefectura apostolica erecta per decretum d. d. 6. Julii 1887, concredita est seminario Sancti Joseph de Mill-Hill.

Ambitus: Territoria regionum Kafiristan et Cashmire, porro pars septentrionalis regionis Punjab.

Incolae: catholici 3520,
Sacerdotes: 11, Stationes: ? Ecclesiae et sacella: 5.

## VIII. Provincia ecclesiastica Calcuttensis.

Haec provincia ecclesiastica constituitur ex archidioecesi Calcuttensi (olim Bengalae occidentalis) et dioecesibus Kishnagurensi (olim Bengalae centralis) et Daccaensi (olim Bengalae orientalis).

1. *Archidioecesis Calcuttensis:*

Calcutta, archidioecesis erecta d. 1. Sept. 1886, concredita est Patribus societatis Jesu.

Ambitus: Districtus Purgunah, Burdwan, Beerbhom, Darjeeling, Purneah, Sonthals etc.

Incolae: 17 083 500, quorum catholici 36 000,
Sacerdotes: 53, e quibus Europaei 47,
Stationes: primariae 24, secundariae 55,
Ecclesiae et sacella: 161.
Linguae vulgares praeter hindostanicam sunt: bengalica, uriyaca, kolarica.

### Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Kishnagurensis:*

Kishnagurum (Kishnagur), dioecesis erecta d. 1. Sept. 1886, commissa est seminario Mediolanensi Sancti Caloceri.

Ambitus: Districtus Berhampoor, Kishnagur, Jessore, Maldah, Rampoor, Bagrah, provinciae Assam[1] et Boothan.

Incolae: 16 241 000, inter quos catholici 3194,
Sacerdotes: 7,
Stationes: primariae 5, secundariae 2 (sine stationibus ferroviariis),
Ecclesiae et sacella: 11.
Lingua vulgaris est bengalica et assamensis.

3. *Dioecesis Daccaensis:*

Dacca, dioecesis erecta d. 1. Sept. 1886, commissa est Benedictinis Cassinen. primaev. observ.[2]

[1] *Praefectura apostolica Assam.*

Provincia Assam a. 1889 praefectura apostolica facta est et commissa curae societatis instructionis catholicae (società cattolica istruttiva). Centrum missionis: Shillong.

Ambitus: Provincia Assam. Postea uniantur huic regioni Boothan et Manipur.

Incolae: 4 881 426. (Cf. Missions catholiques, 1889, n. 1070.)

[2] Missionarii congregationis Sanctae Crucis vicariatum apostolicum Bengaliae orientalis (Dacca) administrabant ante annos undecim sub apostolico vicario Petro Dufal, ep. tit. Delcensi; sed missionariorum copiis deficientibus provinciam abdicare coacti erant. Interim numero operariorum aucto veterem suam missionem novo missionariorum strenuorum manipulo iterum aggredi valent. Patres autem Benedictini, qui pauci adhuc restant, per aliquod adhuc tempus, ut videtur, remansuri sunt donec novae ex patria suppetiae submittantur.

Ambitus: Districtus Dacca, Bakergunge, Pubna, Mymensing, Sylhet, Cachar, Chittagong, Kasi et Jaintiah montes, Manipur, Hill Tipperah, Tipperah Noakhallis et in provincia Arracan territorii tractum situm inter Gehemadong montes et Bengalensem sinum.

Incolae: 13 470 000, quorum catholici 10 350,
Sacerdotes: 9,
Stationes primariae: 8,
Stationes secundariae: 32,
Ecclesiae et sacella: 12.

## Conspectus[1] dioecesium in India cis Gangem.

(Fons: The Madras Catholic Directory for the year of our Lord 1889. Madras 1888.)

| Dioeceses. | Incolae. | Catholici. | Ecclesiae et sacella. | Scholae elementar. | Discipuli. | Seminaria. | Alumni. | Missionarii Europaei. | Sacerdotes indigenae. | Orphanotrophia. | Orphani. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Archidioecesis Goana, patriarchatus „ad honorem“ Indiarum orientalium | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — |
| Dioecesis Coccinensis | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — |
| „ Damaensis et archidioecesis „ad honorem“ de Cranganore | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — |
| „ Sancti Thomae de Meliapur | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — |
| „ Macaonensis in Sinis | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — |
| Archidioecesis Columbensis (Colombo) | 1 400 000 | 129 114 | 163 | 171 | 12 686 | 1 | 10 | 36 | 3 | 3 | 133 |
| Dioecesis Jaffnensis (Jaffna) | 734 000 | 80 800 | 232 | 98 | 6 645 | 1 | 20 | 36 | 3 | 4 | 185 |
| „ Kandiensis (Kandy) | 639 500 | 13 000 | 51 | 13 | 678 | — | — | 5 | 7 | 1 | 31 |
| Archidioecesis Verapolitana | ? | 40 000 | 38 | — | — | 1 | 236 | 10 | 38 | 1 | 32 |
| Dioecesis Quilonensis | 2 500 000 | 86 000 | 155 | 76 | 3 475 | 1 | 17 | 20 | 18 | 2 | 40 |
| Vicariatus apostolicus Trichoorensis Syro-Malabarorum | ? | 101 551 | 105 | ? | — | — | — | 1 | 122 | — | — |
| Vicariatus apostolicus Cottayamensis Syro-Malabarorum | ? | 107 000 | 152 | ? | — | 2 | 150 | 1 | 271 | — | — |
| Archidioecesis Pondicheriensis (Pondichéry) | 7 206 000 | 206 350 | 624 | 111 | 6 415 | 1 | 50 | 80 | 31 | 14 | 301 |
| Dioecesis Mangalurensis (Mangalore) | 2 885 000 | 68 755 | 64 | 37 | 3 363 | 1 | 15 | 25 | 37 | 5 | 171 |
| „ Trichinopolitana (Trichinopoli) | 5 912 000 | 170 165 | 761 | 168 | 8 244 | 1 | 7 | 69 | 27 | 7 | 438 |
| „ Coimbaturensis (Coimbatore) | 2 028 000 | 28 040 | 76 | 42 | 1 573 | 1 | 8 | 25 | 8 | 4 | 298 |
| „ Meissurensis (Mysore) | 4 735 000 | 30 000 | 84 | 35 | 2 044 | 1 | 27 | 33 | 10 | 9 | 561 |
| Archidioecesis Madraspatana (Madras) | 7 075 784 | 44 107 | 136 | 65 | 4 757 | 1 | 35 | 30 | 14 | 5 | 420 |
| Dioecesis Heiderabadensis (Hyderabad) | 9 219 000 | 11 400 | 45 | 18 | 803 | 1 | 20 | 11 | 2 | 4 | 224 |
| „ Visagapatana (Vizagapatam) | 10 423 367 | 8 661 | 49 | 25 | 1 184 | — | — | 19 | — | 8 | 292 |
| „ Nagpurensis (Nagpore) | 11 588 858 | 6 787 | 25 | 17 | 1 361 | — | — | 16 | — | 4 | 59 |
| Archidioecesis Bombayensis | 17 350 000 | 17 428 | 35 | 29 | 3 731 | 1 | 12 | 45 | 19 | 2 | 306 |
| Dioecesis Puniensis | — | 7 267 | 27 | 15 | 557 | — | — | 24 | — | — | — |
| Archidioecesis Agraensis | 30 205 000 | 8 403 | 55 | 21 | 1 296 | 1 | 10 | 31 | — | 3 | 787 |
| Dioecesis Allahabadensis | 47 734 000 | 8 225 | 30 | 32 | 1 173 | 1 | 6 | 25 | 1 | 6 | 312 |
| „ Lahorensis (Lahore) | 17 600 000 | 5 900 | 16 | 4 | 125 | 1 | 10 | 16 | — | 2 | 71 |
| Praefectura apostolica Kafiristan et Cashmire | — | 3 520 | 5 | 2 | 60 | — | — | 11 | — | 1 | 51 |
| Archidioecesis Calcuttensis (Calcutta) | 17 083 500 | 36 000 | 161 | 114 | 5 970 | 1 | 12 | 59 | 5 | 5 | 780 |
| Dioecesis Kishnagurensis | 16 241 000 | 3 194 | 11 | 23 | 357 | — | — | 7 | — | 6 | 177 |
| „ Daccaensis | 13 470 000 | 10 350 | 12 | 10 | 554 | — | — | 10 | — | 2 | 52 |
| Summa | 226 010 009 | 1 232 017 | 3 112 | 1 126 | 67 051 | 18 | 645 | 645 | 616 | 98 | 5 721 |

In hac summa numeri incolarum etc. provinciae ecclesiasticae Goanae non inclusi sunt.

### Fontes:


Geschichte der katholischen Missionen in Ostindien von der Zeit Vasco da Gama's bis zur Mitte des 18. Jahrhunderts, von Maximilian Müllbauer, Cleriker der Erzdiöcese München-Freising. Freiburg im Breisgau 1852.

The Madras Catholic Directory and general annual Register for the year of our Lord 1889. Madras 1888.

Sanctissimi Domini Nostri Leonis Papae XIII. allocutiones, epistolae, constitutiones aliaque acta praecipua. Desclée, de Brouwer et soc. Brugis et Insulis 1887.


[1] Hujus conspectus census missionariorum Europaeorum et sacerdotum indigenarum discrepat ab illo sacerdotum supra dato, qui desumptus est libro, cujus titulus: Missiones catholicae ritus latini. 1889.

Caput vigesimum quartum.

# India trans Gangem et Insulae in Indico mari.

## India trans Gangem.

India trans Gangem divisa est in tres vicariatus, qui a Birmania nomen acceperunt, et in tres regiones ecclesiasticas, videlicet in regionem primam cum vicariatu apostolico Siamensi et dioecesi Malacensi, in regionem secundam cum vicariatibus Tunquini orientalis, septentrionalis, centralis, occidentalis et meridionalis, denique in regionem tertiam cum vicariatibus Cambodiae, Cochinchinae occidentalis, orientalis et septentrionalis.

### A. Birmania.

1. *Vicariatus apostolicus Birmaniae septentrionalis:*

Facta divisione vicariatus apostolici Avaensis et Peguensis erectus est d. 27. Nov. 1866 vicariatus apostolicus Birmania septentrionalis, de novo circumscriptus d. 28. Jun. 1870, commissus curis seminarii Parisiensis pro missionibus exteris.

Ambitus: Pars regni Birmanici nunc ab Anglis occupati.

Incolae: 3 500 000, quorum catholici circiter 3000,
Sacerdotes: 15, ex quibus 10 Europaei, 5 indigenae,
Stationes: primariae 11, secundariae 7,
Ecclesiae et sacella: 14.

Lingua vulgaris est birmanica, sed unaquaeque gens in missionis regione considens propriam linguam retinet.

2. *Vicariatus apostolicus Birmaniae orientalis*[1]*:*

Originem nactus est anno 1866 ex divisione vicariatus apostolici Avaensis et Peguensis, de novo circumscriptus anno 1870. Missio commissa est seminario Mediolanensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: Tungu (Tungoo).

Ambitus: Territorium partim Anglicae dominationi, partim auctoritati Siamensis regis subest, sed major pars tribubus Karianis aut aliis barbaris populis independentibus occupatur.

Incolae: catholici circiter 8000, Sacerdotes: 6,
Stationes: primariae 4, secundariae 109,
Ecclesiae: 3, Sacella: 108.

Linguae vulgares sunt birmanica, kariana etc.

3. *Vicariatus apostolicus Birmaniae meridionalis:*

Erectus est a. 1866 praevia divisione vicariatus apostolici Avaensis et Peguensis, denuo circumscriptus a. 1870, commissus seminario Parisiensi pro missionibus exteris.

Ambitus: Praeter partem continentalem Birmaniae, quae dominio Anglico subest, insulae Andaman nuncupatae.

Incolae: 3 500 000, quorum catholici 18 000,
Sacerdotes: 29, ex quibus Europaei 20,
Stationes: primariae 15, secundariae 54,
Ecclesiae: 19, Sacella: 35.

### B. Siam. Paeninsula Malaica.

***Regio prima.***

Prima regio missionum in Indiae trans Gangem territorio complectitur vicariatum apostolicum Siamensem et dioecesim Malacensem.

1. *Vicariatus apostolicus Siamensis:*

Alexander VII. Papa vicarium apostolicum in Siam primum misit D. de la Motte Lambert, episcopum titularem Berytensem, qui d. 22. Aug. 1662 ad urbem Juthia pervenit; haec missio commissa est seminario Parisiensi pro missionibus exteris.

Ambitus: Major pars regni Siamensis.

Incolae: Circiter 8 000 000, inter quos catholici 14 050,
Sacerdotes: 36, ex quibus indigenae 8,
Stationes primariae: 26,
Ecclesiae: 17, Sacella: 17.

2. *Dioecesis Malacensis:*

Vicariatus apostolicus Malacensis (erectus 1840) ad dignitatem dioeceseos ejusdem nominis anno 1888 evectus est. Missio commissa est seminario Parisiensi pro missionibus exteris.

Ambitus: Districtus (Strait's settlements) Singapore, Malacca, Dindlings, Pulo Pinang, qui directe dominationi Anglicae subjecti sunt; status Perack, Salangore et Sungei, qui gubernantur a quodam residente Anglico cum assistentia consilii cujusdam Malacensis; denique regna Johore, Pahan, Tringanu, Kelantan, Patani, quae independentia sunt.

Incolae: 1 050 000, quorum catholici 12 000 episcopo Malacensi et 3000 episcopo Macaensi subjecti sunt,
Sacerdotes: 26, quorum 2 indigenae,
Stationes: primariae 16, secundariae 20,
Ecclesiae: 29, Sacella: 16.

### C. Tunquinum.


***Regio secunda.***

Haec regio missionum amplectitur omnes vicariatus apostolicos Tunquinenses, scilicet Tunquini meridionalis, occidentalis, centralis, septentrionalis et orientalis.

[1] „Par décret de la Sacrée Congrégation de la Propagande, a été détachée du vicariat apostolique de la Birmanie méridionale annexée au vicariat de la Birmanie orientale, la bande de terre limitée au nord par le 20° de latitude, à l'est par le fleuve Salouen, au midi par le parallèle qui passe au sud de Toungoo et à l'est par le fleuve Sitang“ (Les Missions catholiques, 1889, p. 423).

Synopsis
evolutionis ecclesiasticae Tunquini.

Alexander VII. per bullam „Super cathedram principis apostolorum“ d. d. 7. Sept. a. 1659 primum vicarium apostolicum Tunquino dedit Franciscum Pallu, episcopum Heliopolitanum, e societate Parisiensi pro missionibus exteris.




1. *Vicariatus apostolicus Tunquini meridionalis:*

Tunquinum meridionale, vicariatus apostolicus per decretum d. d. 27. Mart. 1846; missio concredita est seminario Parisiensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: Xa-doai.

Ambitus: Provinciae Nghe-an, Ha-tinh cum districtu Bo-Scinh et Laotienses regiones usque ad Me-kong.

Incolae: 2 000 000, inter quos catholici 68 619,

Sacerdotes: 73, ex quibus 53 indigenae, 20 Europaei e seminario Parisiensi,

Stationes: primariae 8, secundariae 425,

Ecclesiae: 152, Sacella: 7.

2. *Vicariatus apostolicus Tunquini occidentalis:*

Tunquinum occidentale; missio concredita est seminario Parisiensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: So-kien.

Ambitus: Provinciae Thanh-hoa, Ninh-binh, Hanoi (Ke-sho), Son-tay, Hung-hoa, Tuyen-quang (pars meridionalis).

Incolae: 8 000 000, inter quos catholici 155 000,

Sacerdotes: 130, inter quos 44 Europaei ex seminario Parisiensi,

Ecclesiae et sacella: 500.

3. *Vicariatus apostolicus Tunquini centralis:*

Tunquinum centrale, vicariatus apostolicus ab anno 1848; commissus est Patribus Dominicanis. Residentia vicarii apostolici: Bui-ciu (Bui-schu).

Ambitus: Provinciae Hung-yen et Nam-dinh (tres quartae partes),

Incolae: 4 000 000, quos inter catholici 157 545,

Sacerdotes: 55, quorum indigenae 47, ex ordine Praedicatorum 12,

Stationes: primariae 64, secundariae 615,

Ecclesiae et sacella: 512.

4. *Vicariatus apostolicus Tunquini septentrionalis:*

Tunquinum septentrionale, missio concredita est Patribus Dominicanis. Residentia vicarii apostolici Xuam-hoa (alias Ke-roi).

Ambitus: Provinciae Bank-ninh, Say-son (Canbang), Tay-nguyen, Tuyen-quang (pars septentrionalis),

Incolae: 2 500 000, ex quibus catholici 20 300,

Sacerdotes: ex ordine Dominicano 5 (4 Hispani, 1 indigena), saeculares indigenae 21,

Stationes: primariae 14, subsidiariae 128,

Ecclesiae: 82.

5. *Vicariatus apostolicus Tunquini orientalis:*

Tunquinum orientale, vicariatus commissus est Patribus Dominicanis. Residentia vicarii apostolici: Hai-duong.

Ambitus: Provinciae Hai-duong, Yen-quang.

Incolae: 3 000 000, ex quibus catholici 37 362,

Sacerdotes: 34, quorum 29 indigenae, ex ordine Praedicatorum 8,


Stationes: primariae 18, secundariae 197.

## D. Cambodia. Cochinchina.

***Regio tertia.***

Ad hanc regionem tertiam spectant praeter vicariatum apostolicum Cambodiensem vicariatus apostolici Cochinchinae occidentalis, orientalis, septentrionalis.

Synopsis
evolutionis ecclesiasticae Cochinchinae.




1. *Vicariatus apostolicus Cambodiensis:*

Cambodia, vicariatus apostolicus ab a. 1850; missio concredita est seminario Parisiensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: Pheriom-Penh.

Ambitus: Cambodiae regnum (sub protectoratu gallico); provinciae Siamenses Battambong, Angior, Suren; provinciae Sciodoc et Hatien in Cochinchina gallica.

Incolae: 1 700 000, inter quos catholici indigenae 16 735,

Sacerdotes: 25 Europaei, Stationes: 73,

Ecclesiae et sacella: 68.

2. *Vicariatus apostolicus Cochinchinae occidentalis:*

Cochinchina occidentalis; missio concredita seminario Parisiensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: Saigon.

Ambitus: Provinciae Bien-hoa, Sai-gon, Mi-tho, Vinh-long.

Incolae: 1 200 000, ex quibus catholici indigenae 51 000, Europaei 4000,

Sacerdotes: 91, inter quos Europaei 49,

Stationes: primariae 38, secundariae 205,

Ecclesiae et sacella: 181.

3. *Vicariatus apostolicus Cochinchinae orientalis:*

Cochinchina orientalis; concredita est missio seminario Parisiensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: Binh-dinh.

Ambitus: Provinciae Quang-nam, Quang-ngai, Binh-dinh vel Qui-nhon, Na-trang, Ciampa vel Bin-thuan.

Incolae: 3 500 000, quorum catholici 17 000,

Sacerdotes: 32, ex quibus 20 Europaei,

Stationes: 50, Ecclesiae: 15, Sacella: 6.

Ultimis mensibus a. 1884 saeviente persecutione, necati sunt 23 000 christiani, 9 missionarii Europaei et 7 indigenae, 60 catechistae, 270 mulieres religiosae annamiticae.

4. *Vicariatus apostolicus Cochinchinae septentrionalis:*

Cochinchina septentrionalis, vicariatus apostolicus erectus per decr. d. d. 20. Aug. 1850, commissus est seminario Parisiensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: Hué.

Ambitus: Ad occiduo-septentrionem habet Tunquinum meridionalem, ad orientem mare Sinicum, ad meridio-orientem vicariatum apostolicum Cochinchinae orientalis, ad occiduo-meridiem Me-kong.

Incolae: 2 000 000, inter quos catholici 18 645 (post cladem a. 1885),

Sacerdotes: 42, ex quibus 18 Europaei,

Stationes: primariae 25, secundariae 94,

Ecclesiae: 7, Sacella: 35.

---

# Insulae in Indico mari.

## A. Insulae Philippinae.

Philippinae auspiciis Philippi Hispaniarum regis detectae et occupatae sunt 1564; appellantur etiam Manilenses ab urbe Manila; harum maxima Luzzoia, in qua Hispani urbem Manilam condiderunt; secunda est Mindanao; tertia Calamianes, aliis Paragoya; dein reliquae minores inter has dissipatae. Maxima insulanorum pars ad christianam fidem Hispanorum opera conversa videtur.

### Provincia ecclesiastica Manilensis.

Provinciae ecclesiasticae Manilensis partes constitutivae sunt praeter archidioecesim Manilensem dioeceses suffraganeae: Novae Segobiae, Novae Caceres, Nominis Jesu de Cebú seu Caebuanensis, Sanctae Elisabethae de Jaro seu Jarensis. Anno 1885 degebant in tota provincia (secundum Estado general de los pueblos del Arzobispado de Manila y de los Obispados sufraganeos de Nueva Caceres, Nueva Segovia, Cebú y Jaro, formado por el M. R. Arzobispo de Manila. Manila 1886): 5 839 860 incolae paroeciani (padrones parroquiales), 1311 homines ordinum religiosorum (corporaciones religiosas), 840 cleri saecularis (clero secular), 65 368 magistratuum civilium (corporaciones civiles), 16 168 milites, 6294 copiarum navalium. Numerus christianorum Sinensium attingebat 3061.

1. *Archidioecesis de Manila seu Manilensis:*

Manila, civitas ortum habuit 1571, in suffraganeam archidioeceseos Mexicanae erecta est a. 1578 virtute bullae Gregorii XIII., in metropolitanam ex brevi Clementis VIII. d. d. 14. Aug. 1595 cum dioecesibus suffraganeis Novae Caceres, Novae Segobiae et Sanctissimi Nominis Jesu de Cebú, a qua novissime ex bulla 27. Maji 1865 sejuncta fuit suffraganea Sanctae Elisabethae Jarensis.

Ambitus: Provinciae et districtus: Manila, Bataan, Batangas, Bulacan, Cavite, Nueva Ecija, Distrito del Principe, Laguna, Distrito de la Infanta, Mindoro, Distrito de Morong, Pampanga, Tarlac, Zambales.

Incolae (1885): catholici 1 742 723, ex quibus 1895 Sinenses, acatholici 30 000, de his 400 sunt haeretici alienigeni ex Europa et America et 2000 infideles indigenae in montibus degentes; reliqui sunt Sinenses.

Clerus saecularis: sacerdotes 312, ex quibus 305 indigenae, clerici 44.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Novae Segobiae:*

Nova Segobia (Nueva Segovia), episcopatus a die 14. Aug. 1595.

Ambitus: Provinciae et districtus: Ilocos Súr, Ilocos Norte, Abra, Union, Benguet (Distrito), Lepanto (Distrito, Mision de Cayan), Pangasinan, Tarlac, Cagayan, Isabela de Luzon, Nueva Vizcaya, Islas Batanes.

Incolae (1885): catholici 963 405, ex quibus 141 Sinenses,

Clerus saecularis: sacerdotes 121, ex quibus 119 indigenae, clerici 11,

Paroeciae: 120, Filiales: 26,

Ecclesiae: 146, Sacella: 40.

3. *Dioecesis Novae Caceres:*

Nova Caceres (Nueva Cáceres), episcopatus a die 14. Aug. 1595.

Ambitus: Provinciae et districtus: Camarines Súr, Camarines Norte, Albay, Tayalas, Masbate et Ticao (Comandancia político militar de Masbate y Ticao), Burias (Comandancia político militar de Burias).

Incolae (1885): catholici 609 190, acatholici circa 2000 indigenae infideles in montibus degentes,

Clerus saecularis: sacerdotes 132, ex his 131 indig.,

Paroeciae: 112.

4. *Dioecesis Nominis Jesu de Cebú seu Caebuanensis:*

Cebú, episcopatus a d. 14. Aug. 1595.

Ambitus: Provinciae et districtus: Cebú, Bohol, Leyle, Samar, Distrito 2° de Mindanao: Misamis, Distrito 3° de Mindanao: Surigao, Islas Marianas[1].

Incolae (1885): catholici 1 456 310, ex quibus 743 Sinenses; acatholici ca. 59 000; 1886: 1 488 830; 1887: 1 523 994,

Clerus saecularis: sacerdotes 97, ex quibus 95 indigenae, clerici 21,

Paroeciae: 118, Ecclesiae: 191, Sacella: 142.

5. *Dioecesis Sanctae Elisabethae de Jaro seu Jarensis:*

Sancta Elisabetha de Jaro (Santa Isabel de Jaro), episcopatus a d. 27. Maji 1865.

Ambitus: Provinciae et districtus: Iloilo, Concepcion (Distrito), Cápiz, Mindanao, Antique, Calamianes, Isla de Negros, Romblon.

Incolae (1885): catholici 1 077 232, ex quibus 282 Sinenses,

Clerus saecularis: sacerdotes 63, ex quibus 61 indigenae, clerici 6.

Ordines et congregationes regulares provinciae ecclesiasticae Manilensis:

Provincia Sanctissimi Rosarii religiosorum Dominicanorum: 189 homines.

Provincia Sancti Gregorii Magni religiosorum Franciscanorum: 197 homines.

Provincia Sanctissimi Nominis Jesu religiosorum Augustinianorum calceatorum: 212 homines.

Provincia Sancti Nicolai Tolentinatis religiosorum Augustinianorum discalceatorum (Recollect.): 321 homines.

Missio societatis Jesu: 125 homines.

Congregatio Sancti Vincentii de Paulo: 34 homines.

Congregatio sororum charitatis: 130 homines.

Congregatio Sanctae Catharinae (Beaterio de Santa Catalina): 56 homines.

Monasterium Sanctae Clarae: 47 homines.

Fontes:

Carta general del Archipiélago Filipino levantada principalmente por la comision hidrográfica al mando de Capitan de navio D. Claudio Montero y Gay hasta el año 1870 con adiciones hasta 1875. Publicada por la Direccion de Hidrografia. Madrid 1875. — Div. ecclesiastica in Philippinis insulis.

Estado general de los pueblos del Arzobispado de Manila y de los Obispados sufraganeos de Nueva Cáceres, Nueva Segovia, Cebú y Jaro, formado por el M. R. Arzobispo de Manila. Manila 1886.

Cartas de los PP. de la Compañía de Jesus de la Mision de Filipinas. Manila 1887.

Estado general de almas de los pueblos de obispado de Cebú en 1887. Formado por el Illtmo. y Rmo. Sr. Obispo de dicha diócesis segun los parciales remitidos por los vicarios foraneos y curas parrocos a principios de 1888. Cebú.

[1] Quae a Magellano primum Islas de las Velas sunt appellatae a genere velorum, quibus utuntur insulani. Aliis vocantur Islas de Ladrones, h. e. latronum seu furum insulae a nefaria incolarum consuetudine furandi.

## B. Archipelagus Malesicus.

Saec. 16. decurrente evangelium in variis archipelagi Malesici sive Malaici locis praedicatum est non sine fructu, maxime in insulis Moluccis. Sed jam eodem saeculo exeunte Batavi in mari Malesico potestatem fixerunt, fundataque a. 1611 urbe Batavia Lusitanos sensim repellebant et pro viribus rem catholicam delere conabantur.

Proclamata autem a rege Hollandiae Ludovico Bonaparte a. 1808 libertate religionis duo missionarii catholici ex Hollandia, quorum alter praefectus apostolicus erat, in coloniam appulerunt. Tum a. 1842 vicariatus apostolicus Bataviae, qui omnem coloniarum Neerlandicarum ambitum comprehenderet, erectus est.

Vicarius apostolicus primus fuit Jacobus Groof; qui praelatus strenuissimus a gubernatore militari de Rochoussen, cui displicuerat, in Hollandiam vi reductus est. In ejus vices successit Petrus Vrancken, qui interim coadjutoris titulum gerebat. Missionis status circa hoc tempus satis erat tristis; insulae enim Javae nec sacerdos nec episcopus erat omnesque ecclesiae a gubernio clausae erant. His tamen minime deterritus Vrancken fortiter manum admovit operi cum quinque missionariis generose cooperantibus. E tribus stationibus orbatis duae iterum receperunt sacerdotes, ipse cum aliis duobus missionariis Bataviae remansit. Unica tunc in missione erat institutio catholica, orphanotrophium scilicet in urbe Samarang, quae est praecipua insulae Javae statio. Viginti vero septem annis post eadem missio viginti numeravit missionarios, quinque domus religiosas, in quibus ca. 1000 pueri educabantur et instruebantur. In orphanotrophio missionis 350 infantes alebantur; duo asyla 300 pueris refugium praebebant. Sorores a S. Ursula in missione labores suos impendunt ab a. 1856, fratres a S. Aloysio ab a. 1862, sorores tertii ordinis S. Francisci de Heithuizen ab a. 1868.

Quater tamen episcopus zelo flagrantissimus affecta valetudine in Europam reverti compulsus est, quumque sanitas minime restauraretur, gravi munere exonerari petiit, quibus votis Sancta Sedes annuens, ut viri optime meriti, qui eatenus episcopus Colophonius i. p. i. fuerat, virtutes honoraret, archiepiscopum i. p. creavit (19. Jun. 1874). Laetissimum porro archiepiscopo emerito accidit, ut d. 2. Febr. a. 1875 Sittardii in Limburgo successorem suum in vicariatu apostolico Bataviae administrando, Adamum Claessens, episcopum consecrare posset.

1. *Vicariatus apostolicus Bataviae:*

Batavia, vicariatus apostolicus erectus est per decretum d. d. 16. Sept. 1842.

Ambitus: Vicariatus apostolicus Bataviae tam late patet quam dominium Hollandicum in Indiis orientalibus.

Incolae: 26 000 000, quorum catholici 39 474 (cum militibus Europaeis 8500),

Sacerdotes: 38,

Stationes: primariae 16, subsidiariae 67,

Ecclesiae: 27, Sacella: 6.

2. *Praefectura apost. Borneae septentrionalis et Labuan:*

Bornea (Borneo) septentrionalis et Labuan, praefectura apostolica erecta d. 27. Aug. 1855; a die 19. Mart. 1881 missio concredita est societati Sancti Joseph pro missionibus exteris de Mill-Hill.

Ambitus: Insula Labuan et regiones septentrionales in insula Bornea, dominio Hollandiae non subjectae.

Incolae: catholici 300, alii 300 000,

Sacerdotes: 11 Europaei,

Stationes primariae: 6,

Ecclesia: 1, Sacella: 4.

**Conspectus summarius vicariatuum, dioecesium etc. in India trans Gangem, insulis Philippinis etc. existentium.**

| Dioeceses, Vicariatus apostolici etc. | Catholici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Vicariatus apostolicus Birmaniae septentrional. | 3 000 | 15 |
| " " " orientalis . . | 8 000 | 6 |
| " " " meridionalis . | 18 000 | 29 |
| " " Siamensis . . . . . | 14 050 | 36 |
| Dioecesis Malacensis . . . . . . . . . . | 12 000 | 26 |
| Vicariatus apostolicus Tunquini meridionalis . | 68 619 | 73 |
| " " " occidentalis . | 155 000 | 130 |
| " " " centralis . . | 157 545 | 55 |
| " " " septentrional. | 20 300 | 26 |
| " " " orientalis . . | 37 362 | 34 |
| " " Cambodiensis . . . . | 16 735 | 25 |
| " " Cochinchinae occidental. | 55 000 | 91 |
| " " " orientalis . | 17 000 | 32 |
| " " " septentr. . | 18 645 | 42 |
| India trans Gangem | 601 256 | 620 |

| Dioeceses, Vicariatus apostolici etc. | Catholici. | | Sacerdotes. |
|---|---|---|---|
| Archidioecesis Manilensis . . . . . . . | 1 742 723 | Clerus saecularis. | 312 |
| Dioecesis Novae Segobiae . . . . . . | 963 405 | | 121 |
| " Novae Caceres . . . . . . . | 600 190 | | 132 |
| " Nominis Jesu de Cebú . . . . . | 1 456 310 | | 97 |
| " Sanctae Elisabethae de Jaro . . | 1 077 232 | | 63 |
| Provincia ecclesiastica Manilensis | 5 839 860 | | 725 |
| Vicariatus apostolicus Bataviae . . . . . | 39 474 | | 38 |
| Praefectura apostolica Borneae septentrional. et Labuan . . . . . . . . . | 300 | | 11 |
| | 39 774 | | 49 |
| Summa totalis | 6 480 890 | | 1 394 |

# Caput vigesimum quintum.

# Imperium Sinense. Japonia et Corea.

## A. Imperium Sinense.

1. **Divisio civilis.** Imperium Sinense dividitur in provincias Sinarum prope dictarum, in Manchuriam et regiones a corona Sinensi dependentes, nempe Mongoliam, Tibet, Dsungariam et Turkestan orientalem. Coblaius, Sinarum imperator, Sinas proprie dictas seu utramque Sinam, nempe borealem et meridionalem, in 15 provincias distribuit, quarum nomina sunt haec: Pekinensis, Chansia, Chensia, Chantonia, Honania, Setchuensis, Nanquinensis, Huquania, Tchekianensis, Kiansia, Fokiensis, Quantunia, Quansia, Junnania, Queichea. Metropolis Sinae meridionalis fuit Nanquinum, Sinae borealis Pekinum; nunc Pekinum caput est totius imperii Sinensis. Hodie vero numerus omnium provinciarum Sinarum proprie dictarum 19[1] est, quarum nomina vulgaria: Petchili, Chantung (Schantung), Chansi (Schansi), Honan, Kiangsu, Anhui (Nganhwei, Nganhoei), Kiangsi, Fukien (Fokien), Formosa, Tchekiang (Tschekiang), Hupe, Hunan, Chensi (Scheusi), Kausu, Setchuen (Sz'tschwan), Kwantong (Kwangtung) cum insula Hainan, Kuangsi (Kwangsi), Yunnan, Kweitcheu (Kweitschou).

[1] La Chine proprement dite ou „les 18 provinces" (Schi-pacheng). Les 18 provinces forment 8 gouvernements généraux et 3 gouvernements provinciaux, à la tête desquels sont placés 8 gouverneurs généraux, 12 gouverneurs dépendants et 3 gouverneurs provinciaux indépendants.

En vérité ce sont 20 provinces, 2 nouvelles provinces ayant été formées il y a peu de temps de l'île de Formosa et du Turkistan chinois.

## 2. Superficies et incolae:

| Provinciae. | kmq. | Incolae. |
|---|---|---|
| Petchili (1879) . . . . . . . . . | 148 357 | 17 937 000 |
| Chantung (1885) . . . . . . . . | 139 282 | 36 545 704 |
| Chansi (1885) . . . . . . . . . | 170 853 | 10 791 341 |
| Honan (1885) . . . . . . . . . | 173 350 | 22 117 036 |
| Kiangsu (1885) . . . . . . . . | 103 959 | 21 259 989 |
| Anhui (Nganhoei, 1879) . . . . . | 139 875 | 20 596 988 |
| Kiangsi (1885) . . . . . . . . . | 177 656 | 24 541 406 |
| Fokien (1885) . . . . . . . . . | 118 517 } | 23 502 794 |
| Formosa (1885) . . . . . . . . | 38 803 } | |
| Tchekiang (1885) . . . . . . . | 92 383 | 11 685 348 |
| Hupe (1885) . . . . . . . . . . | 179 946 | 33 600 492 |
| Hunan (1885) . . . . . . . . . | 215 555 | 21 005 171 |
| Chensi (1885) . . . . . . . . . | 210 340 | 8 276 967 |
| Kansu (1885) . . . . . . . . . | 674 923 | 4 368 872 |
| Setchuen (1885) . . . . . . . . | 479 268 | 71 073 730 |
| Kwangtung . . . . . . . . . . | 233 728 } | 29 740 055 |
| et insula Hainan (1885) . . . . | 36 195 } | |
| Kwangsi (1879) . . . . . . . . | 201 640 | 5 121 327 |
| Yunnan (1879) . . . . . . . . . | 317 162 | 11 721 576 |
| Kweitcheu (1879) . . . . . . . | 172 898 | 7 669 181 |
| **1. Sinae proprie dictae** . . . | 4 024 690 | 381 554 977 |
| **2. Mandchuria** . . . . . . . . | 982 472 | 12 000 000 |
| **3. Regiones coronae Sinensi subditae:** | | |
| Mongolia . . . . . . . . . . . | 3 377 283 | 2 000 000 |
| Tibet . . . . . . . . . . . . | 1 687 898 | 6 000 000 |
| Dsungaria . . . . . . . . . . . | 383 300 | 600 000 |
| Turkistan orientalis . . . . . . | 1 118 713 | 580 000 |
| Summa totalis | 11 574 356 | 402 735 000 |

3. Valde incertum est tempus, quo primum propagata fuerit religio catholica in Sinis. Ex inscriptione lapidaria, eruta in provinciae Chensi metropoli (Singan-fu) a. 1625, cujus exemplar sinice et syriace impressum in folio volubili extat in bibliotheca Vaticana inter libros sinicos a P. Philippo Couplet S. J. Innocentio XI. Pont. Max. a. 1680 dono oblatos, ut scribit Joseph Simon Assemanus Maronita, intelligitur, quod fuerit propagata religio christiana jam ab octavo Christi saeculo [1].

A saeculo Ecclesiae decimo tertio Romani Pontifices Innocentius IV., Gregorius X., Clemens V., Benedictus XII. miserunt plures religiosos ex Franciscanis atque Dominicanis in Sinas ad religionem propagandam. Ex ipsorum missionariorum litteris missis ad ipsosmet Pontifices constat, propagationem fidei fuisse satis diffusam in Sinis, atque plures ecclesias Deo vero erectas extitisse.

Clemens V. Joannem de Monte-Corvino Cambaliensem (Cambalum, quae Cambalu Europaeis et Chambalech Arabibus dicitur) archiepiscopum et metropolitam creavit a. 1307 septemque Minoritas ei adjunxit in episcopos suffraganeos, quorum tres successive fuerunt episcopi ecclesiae cathedralis erectae in Cayton (Zaytun, Tsiuen-tchu-fu in provincia civili Fokien). Bellis Tataros inter ac Sinenses ingruentibus a. 1369, Tatari et una cum illis fratres Minores e Sinis recedere coacti sunt, tunc vero non latini solum, sed ipsi etiam Nestoriani, qui plurimum apud imperatores Tataros valuerant, a Sinensibus idololatris vexati vel alio migraverunt, vel ibi delituerunt et paulatim ex pastorum defectu christianam religionem fere exuerunt, ita ut, quum Lusitani, Fernando Perez de Andrada duce, qui primus ad urbem Cantoniensem appulit, in Sinas a. 1517 venissent, nullum ibi christianismi vestigium deprehenderint et primi quoque ejusdem nationis praecones evangelici simulque Hispani, qui ex insulis Philippinis eo se contulerant, non alios ubique praeter idololatras invenerint. Post magnum extremi orientis apostolum S. Franciscum Xaverium labente saeculo 16. circa a. 1582 P. Matthaeus Ricius (Ricci) e societate Jesu aliique plures viri prorsus insignes in propaganda fide maximos progressus per totas Sinas obtinuerunt. Dynastiae Cin, quae coepit ab anno Domini 1644, duo priores imperatores satis foverunt religionem catholicam. Siquidem Jesuitae potuerunt aedificare 300 et plus ecclesias per totum imperium, quarum pleraeque propter persecutiones subsequentes partim destructae, partim in idolorum templa mutatae fuerunt.

### Synopsis evolutionis divisionis ecclesiasticae in imperio Sinensi.

Dioecesis Macao 1575—1587.

D. Macao 1587—1658. D. Funay (Japan, Kiushiu) 1587—1671.

Vic. ap. Nanking
cum administratione apostolica provinciarum civilium Chansi, Petchili, Chantung, Coreae, Tatariae,
1658—1679 cum adm. apostolica provinciarum civilium Chansi, Chensi, Petchili, Honan, Chantung, Coreae, Tatariae (?)

D. Macao.

Administratio apostolica provinciarum civilium Fokien, Tchekiang, Kiangsi, Kwangtung.

Administratio apostolica prov. civilium Huquang, Kwangsi, Yunnan, Kweitcheu.

Administratio apostolica totius imperii Sinensis 1684.

Vic. ap. Yunnan, Kwangsi, Kwangtung
1684.

Vic. ap. Tchekiang, Fokien, Kiangsi, Huquang
cum administratione totius imperii Sinensis 1684.

Vic. ap. Sutchuen et Kweitcheu (?)
1684.

D. Peking.
Ambitus: Provinciae civiles Chantung, Leaotung, Chansi, Honan, Chensi, Sutchuen, Petchili 10. Apr. 1690—15. Oct. 1696.

D. Macao.

D. Nanking.
Ambitus: Provinciae civiles Tchekiang, Fokien, Kiangsi, Huquang, Kweitcheu, Yunnan, Kiangnan 10. Apr. 1690—15. Oct. 1696.

Dioeceses suffraganeae metropoleos Goanae.

D. Peking.
Ambitus: Petchili cum Tataria, Chantung 1696.

D. Macao.
Ambitus: Kwangtung, Kwangsi 1696.

D. Nanking.
Ambitus: Kiangnan, Honan 1696.

Dioeceses suffraganeae metropoleos Goanae.

[1] Cf. Deutsche Rundschau für Geographie und Statistik, Wien 1887, 10. Jahrgang, Heft 2: Die historischen Denkmale von Hsi-ngan-fu in der chinesischen Provinz Shen-hsi. Von Professor L. von Lóczy in Budapest. — Zeitschrift für katholische Theologie, 1885, Joh. Ev. Heller S. J.: Das nestorianische Denkmal in Singan-fu.

4. Macaum (Macao) urbs a. 1575 sedes suffraganea Goanae metropoleos erecta ejusque jurisdictioni omnes Sinarum et Japoniae regiones attributae sunt. Hi tamen vasti fines jam a. 1588 erecta dioecesi Funai in Japonia, quae utique numquam prosperam existentiam sortiri potuit, coarctati sunt.

Jesuitae jam a. 1579 pedem Macai fixerunt splendidamque S. Pauli ecclesiam construxerunt, quae brevi abhinc tempore flammis consumpta est. Seminarium quoque et sui ordinis alumnis et variarum Asiae orientalis nationum juvenibus in munus apostolicum formandis ibi destinaverunt. Jam a. 1581 Macaensis viceprovincia a provincia ordinis Goana separata et sui juris constituta est.

A. 1587 Acapulco in Mexico 18 Dominicani duce Joanne de Castro vela fecerunt, et 15 ex eis in insula Luzzoia fundamenta provinciae sui ordinis postea tam florentis, a Sacro Rosario nuncupatae, jecerunt, reliqui tres Macai conventum Dominicanorum fundarunt; hi fuerunt Patres Antonius ab Arcediano, Alfonsus Delgado et Bartholomaeus Lopez.

Circa a. 1590 Petrus ab Alfaro, cujus opera prima Franciscanorum statio in insulis Philippinis creata est, cum duobus sociis Macai monasterium fratrum Minorum S. Francisci fundavit. Postremo Patres Augustiniani etiam accesserunt.

E monialium coetibus moniales S. Clarae usque ad hos dies perseveraverunt.

Praeter cathedralem S. Petri ecclesiam Macai duae ecclesiae parochiales excitatae sunt, S. Laurentii et S. Antonii, insuper ecclesia confraternitatis a misericordia, praeeunte S. Francisco Xaverio, et duo sacella in duobus castellis portus aditum protegentibus constituta sunt, quorum alterum sacellum apud nautas Lusitanos peculiari veneratione honoratur.

Ob magni momenti merita, quae Lusitaniae reges de fidei diffusione sibi comparaverunt, a Summis Pontificibus patronatu in episcopatus illis in terris erigendos donati erant: regi nominatio praesulum competebat, simul autem dotatio dioecesium incumbebat.

Quoniam vero a Macaensibus non ea ratione, qua a Sancta Sede speratum erat, Sinarum bono providebatur, Alexander VII. a. 1658 primum Indiae trans Gangem duos creavit vicarios apostolicos, Franciscum Pallu, episcopum Heliopolitanum i. p., regioni Tunquinensi et Petrum de la Mothe-Lambert, episcopum Berytensem i. p., regioni Cochinchinensi. Priori simul administratio provinciarum Sinensium Yunnan, Kweitcheu, Huquang, Sutchuen, Kwangsi commissa est, alteri administratio provinciarum Tchekiang, Fokien, Kwangtung et Kiangsi. Ambo autem vi indulti apostolici tertium socium sibi cooptarunt Ignatium Cotolendi, episcopum Metellopolitanum i. p., cui dignitas vicarii apostolici Nankinensis et administratoris provinciarum Petchili, Chausi, Chantung cum Corea et Tataria obtigit.

Multis superatis difficultatibus Pallu et de la Mothe episcopi per mare Mediterraneum et orientem in Indiam trans Gangem pervenerunt. Cotolendi autem a. 1662 iter faciens in Hindostania mortuus est. In ejus vices duo illi superstites Dominicanum Sinensem quendam, Gregorium Lopez, elegerunt, cujus jurisdictio per provincias Honan et Chensi valebat, Tatariae vero mentio hac occasione non fit. Ipse ex facultate apostolica ante obitum (1688) Joannem Franciscum a Leonissa O. S. F., episcopum Berytensem i. p., successorem constituit.


Petrus de la Mothe a. 1679 antequam Sinas ingressus est, diem supremum obiit. Eodem anno episcopus et vicarius apostolicus Pallu a Pontifice Romano impetravit, ut Tunquinum in duos dirimeretur vicariatus, quo facto ipse munere administratoris totius imperii Sinarum praeditus navem conscendit. Verum non ante a. 1684 in Fokien pervenit, ubi a Jesuitis ceterisque religiosis pro munere suo agnitus eodem anno, cum Carolum Maigrot, episcopum Cononensem i. p., viceadministratorem omnium Sinarum et vicarium apostolicum provinciarum Tchekiang, Fokien, Kiangsi et Huquang substituisset, mortuus est. Hic ut reliqui praelati Galli congregationis Parisiensis missionum exterarum paulo ante fundatae socius fuerat.

Eodem a. 1684 Innocentius XI. Papa Franciscum Varo, qui tamen ante documenta recepta exstinctus est, vicarium apostolicum in Yunnan, Kwangsi, Kwangtung, et Artum de Lyonne congregationis missionum exterarum, episcopum Rosaliensem i. p., vicarium apostolicum in Sutchuen (et fortasse Kweitcheu) creavit.

A. 1690 prima quaedam aera controversiarum de patronatu Sinarum terminatur. Circa illud enim tempus rex Lusitaniae perspicere coepit, non aliud esse efficacius medium, quo suis in patronatum consiliis effectum et agnitionem exoptatam compararet, nisi ut vicissim obligationibus ex eo enatis ex parte saltem satisfaceret. Quare Alexandro VIII. Pontifice paratum se esse declaravit ad duos novos in Sinis episcopatus erigendos congruo modo cooperandi, sicque d. 10. April. 1690 duae dioeceses Pekinensis et Nankinensis erectae sunt, quae patronatui regio subjacerent et suffraganeae metropoleos Goanae essent. Dioecesi Pekinensi attributae sunt Chantung, Leaotung (Mandchuria), Chansi, Honan, Chensi, Sutchuen provinciae, Nankinensi provinciae Tchekiang, Fokien, Kiangsi, Huquang, Kweitcheu, Yunnan.

Dissensiones denuo inter vicarios apostolicos et Lusitanos ortae Innocentium XII. permoverunt, ut die 15. Oct. 1696 novam circumscriptionem ecclesiasticam decerneret.

Pekinensis dioecesis ad provincias Petchili (cum Tataria) et Chantung, Nankinensis ad Kiangnan et Honan, Macaensis ad Kwangtung et Kwangsi restricta est.




ret.

## Regi[...]


Vicariatus apost. Man[...]
" " Mong[...]
" " [...]alis,
" " [...].
" " Petch[...]o-occident.,
" " "
" " "
" " "

## Regio quinta.

Vicariatus apost. Hongkong,
" " Fokien,
" " Amoy,
Praefectura apostolica Kwangtung,
" " Kwangsi.

# Evolutio divisionis ecclesiasticae imperii Sinensis

ab anno 1696.




# Missiones imperii Sinensis

recenter in quinque ecclesiasticas regiones partitae sunt, ut in sequenti prospectu apparet.

### Regio prima.

Vicariatus apost. Mandchuriensis,
„ „ Mongoliae orientalis,
„ „ „ centralis,
„ „ „ occiduo-meridional.,
„ „ Petchili septentrionalis,
„ „ „ meridio-occidentalis,
„ „ „ meridio-orientalis,
„ „ „ Honan septentrionalis.

### Regio secunda.

Vicariatus apost. Honan meridionalis,
„ „ Kiangnan,
„ „ Hupe occiduo-septentrionalis,
„ „ „ occiduo-meridionalis,
„ „ „ orientalis,
„ „ Hunan septentrionalis,
„ „ „ orientalis,
„ „ Kiangsi septentrionalis,
„ „ „ meridionalis,
„ „ „ orientalis,
„ „ Tchekiang.

### Regio tertia.

Vicariatus apost. Chantung septentrionalis,
„ „ „ meridionalis,
„ „ Chensi septentrionalis,
„ „ „ meridionalis,
„ „ Chansi,
„ „ Kansu,
Missio Sikiang (Kuldscha).

### Regio quarta.

Vicariatus apost. Yunnan,
„ „ Kweitcheu,
„ „ Setchuen meridionalis,
„ „ „ orientalis,
„ „ „ septentrio-occident.,
„ „ Tibetanus.

### Regio quinta.

Vicariatus apost. Hongkong,
„ „ Fokien,
„ „ Amoy,
Praefectura apostolica Kwangtung,
„ „ Kwangsi.

Consequentibus annis vicarii apostolici in provinciis Tchekiang, Fokien, Kiangsi, Huquang, Kweitcheu, Yunnan, Sutchuen, Chansi ac Chensi creati vel, qui jam aderant, confirmati sunt. Hoc actu ecclesiastica imperii Sinici administratio in stabilem formam redacta est, quae altera saeculi 18. parte pluribus labefactata, nostro autem saeculo a Pontificibus Gregorio XVI., Pio IX., Leone XIII. renovata et ulterius divisis ditionibus jam existentibus novisque adjunctis in uberiorem florem explicata est. (Cf. Die katholischen Missionen, Jahrg. 1882.)

5. Neque tamen Sinensis ecclesia catholica, quae usque ad medium saeculum decimum octavum tam prospere profecit, a calamitatibus et afflictionibus immunis mansit. Funestissima missionibus illis clades suppressa societate Jesu illata est, quae postea congregatione missionis (Lazaristarum) et seminario Parisiensi missionum exterarum deletis aucta est. Sacerdotum paucitate res primis nostri saeculi decenniis eo adducta est, ut omnia, quae a missionariis catholicis summis laboribus et plurimo martyrum effuso sanguine per duo saecula condita erant, brevi tempore plane interitura esse viderentur.

Verumtamen everso primo imperio Gallico sensim religiosi ordines refloruerunt, societas Jesu resuscitata, congregatio missionum seminariumque Parisiense restituta sunt atque catholicorum in Gallia animos summum fidei in dissitis regionibus propagandae studium commovebat.

Hinc pia missionum promovendarum associatio propagandae fidei Lugdunensis a S. Francisco Xaverio appellata a. 1822 originem duxit lateque non per Galliam solam, sed etiam per finitimas terras atque adeo per omnes mundi plagas diffusa est. Ad hanc deinde societatem a. 1843 accessit unio apostolatus orationis et pia associatio a Sacra Infantia Jesu, quae missionibus universim ac missioni imprimis Sinensi operam ferebant. Sic paulatim numerus missionariorum in Sinis augebatur, et praeter Dominicanos, Franciscanos, Lazaristas presbyterosque seminarii Parisiensis missionum exterarum alumni etiam societatis Jesu laborabant.

Potior tamen interim cura missionariorum recens ingressorum non tam paganis convertendis quam requirendis familiis christianis impendebatur, quae latentes persecutionum vim effugeraut. In quo difficili labore plura decennia impensa sunt.

Restitutis tandem veteribus communitatibus christianis ad paganorum conversionem manus admoveri potuerunt. Eadem autem divina providentia juvante, qua in Europa eventus restaurandis Sinarum missionibus secundissimi disponebantur, factum est, ut difficultates quoque in regno Sinensi vigentes removerentur. Post bellum enim opii causa susceptum pace Nankini a. 1842 conclusa quinque portus omnium nationum commercio aperti sunt, quae res abolendo veteri exclusionis systemati praeludebat. Omnes jam respublicae mercaturam exercentes cum imperio Sinensi conventiones mercatorias inire festinabant. Singulare autem circa missiones catholicas momentum inerat pactioni commerciali, quae a Gallis d. 24. Oct. 1844 inita et d. 25. Augusti 1845 rata est habita. Hoc enim pacto omnibus Sinensibus religionis christianae amplectendae et colendae facta est facultas; Christianismum esse bonum cultum agnitum est; omnes ecclesias a temporibus Kanghi imperatoris aedificatas restituendas esse statutum est, nisi quae jam in templa pagana (pagodas) aut domus publicae utilitati destinatas conversae essent.

Attamen quae optime determinata erant, ab auctoritatibus Sinicis negligenter maleque servabantur, hinc iterum querelae atque adeo novum exortum est bellum a Gallis Anglisque foederatis gestum.

Cantonum urbs frequentissima d. 30. Dec. 1857 expugnata, prorex et summus exercitus Sinici dux capti sunt; quo facto diuturni tractatus habiti atque a. 1858 mense Junio novae pactiones initae, quae proximo jam anno a Sinensibus magistratibus sunt violatae. Quare a. 1860 expeditio militaris majore apparatu suscepta est. Juncti Angli et Galli usque ad caput imperii Pekinum progressi, magnificum aestivum imperatorum Sinensium palatium diripiunt ac destruunt urbemque ipsam d. 13. Oct. 1860 occupaut.

Quibus rebus gestis Sinensium animus fractus et pacis conventio Pekini Sinenses inter et Gallos Anglosque inita est atque d. 2. Nov. ab imperatore Hienfong ratificata.

Vide synopsin div. eccl. et miss. juxta positam.

### Regio prima.

Cum populus Sinensis sit valde numerosus in Medio Imperio, ubi superficies terrae colendae vix sustentationi inhabitantium sufficit, exinde quaedam familiae, paupertate pressae, ad terras desertas et incultas Mongoliae emigrarunt, ut ibi ex novae terrae cultura sibi victum et amictum compararent. Inter emigrantes interdum habebantur aliqui christiani. Tempore persecutionum nonnullae familiae christianae, ut sese persecutorum irae subtraherent, de Medio Imperio ad abscondita inter montes Mongoliae loca aufugerunt. Istae oves ab ovili aberrantes certis temporum intervallis a propriis missionariis vicariatus Pekinensis inquirebantur et visitabantur, in quantum fieri poterat. Qui rerum status perseveravit usque versus annum trigesimum hujus saeculi, quando, missionariis Europaeis ex vicariatu Pekinensi totaliter expulsis, solus sacerdos Sinensis, nomine Súe, cui tota dicti vicariatus cura commissa erat, in urbe capitali permansit. Is tandem videns etiam sibi extremum vitae periculum imminere, cum alumnis seminarii secrete aufugit ad Mongoliam et in pago, nominato Si-wan-dze, ubi christianae familiae numerosiores erant, sedem fixit seminariumque exstruxit, in quo alumni secum abducti studiis incum-

berent. Statim ex vicinioribus locis christiani ad Si-wan-dze confluxere et missionario tanquam dilecto patri circumsedere. Anno trigesimo quinto Joseph Mouly, Lazarista a suo superiore Parisiis ad missiones Sinenses deputatus, a Sacra Congregatione de propaganda fide titulo missionarii apostolici insignitus, iter ad Sinas aggressus est et Macaum perveniens a visitatore apostolico Rmo. D. Torell ut superior missionis Gallicae Pekini renuntiatus fuit. Post innumeras itineris aerumnas ad urbem capitalem imperii Sinensis secrete pervenit, ubi statim sibi compertum habuit, se non sine evidenti vitae periculo sistere posse, indeque ad Mongoliam progressus est. Anno trigesimo nono Summus Pontifex Gregorius XVI., quia vicariatus Pekinensis, complectens provinciam Tchely, Leaotung et Mandchuriam cum Mongolia, nimis extensus erat, eum divisit in duas partes, scilicet in vicariatum Pekinensem et vicariatum Leaotung-Mandchuriae-Mongoliae. Pro posteriori vicariatu in vicarium apostolicum electus fuit Emmanuel Joannes Verolles, missionarius e congregatione Parisiensi pro missionibus exteris, in provincia Sutchnen; praelaudatus praesul ad suum vicariatum properans pervenit in Si-wan-dze d. 2. Nov. 1840; sub quo Patres Lazaristae Mongoliae christianis, ut antea, inservire perrexerunt. A. 1842 pervenerunt in Si-wan-dze decreta Summi Pontificis d. d. 20. Aug. 1840, quibus Mongolia in vicariatum separatum erigebatur sub vicario apostolico Joseph Marciale Mouly, episcopo Fesulano titulari.

A. 1838 administrator apostolicus Pekinensis Cajetanus Pires, vicarius apostolicus provinciae Kiangsu, Pekini obiit. Ejus vicarius generalis De Castro jurisdictionem defuncti vicarii servavit et paulo post in vicarium apostolicum Pekinensem electus fuit, sed per plures annos istud munus vicarii apostolici accipere renuit. Tandem Sancta Sedes intime dolens, quod tanto tempore vicariatus Pekinensis viduatus et sine proprio pastore maneret, scripsit ad vicarium apostolicum Mongoliae, Joseph Mouly, ei injungens, ut, si De Castro in negatione persisteret, sibi ipsi munus vicarii apostolici assumeret. Quare frustra iteratis precibus, ut De Castro Sanctae Sedis desiderio annueret, Joseph Mouly Pekinum tendit et illius administrationi humiliter humeros submisit. At sese omnino imparem arbitrans, qui utriusque vicariatus Mongoliae et Pekinensis administratione solus sufficeret, enixe rogavit confratrem suum Florent. Daguin, ut titulum coadjutoris pro vicariatu Mongoliensi acciperet. Precibus cessit et d. 25. Jul. 1848 in Si-wan-dze episcopus Troadensis consecratus fuit. A. 1856 vicariatus Pekinensis in tres partes divisus et Mongolia in vicariatum separatum erecta est. A. 1864 Sacra Congregatio de propaganda fide vicariatum Mongoliae novae congregationi Immaculati Cordis B. M. V., recenter Bruxellis in Belgio ad conversionem populi Sinensis erectae, concessit.

Ad regionem primam, in quas imperium Sinense divisum est, spectant 8 vicariatus apostolici, nempe: Mandchuriensis, Mongoliae orientalis, Mongoliae centralis, Mongoliae occiduo-meridionalis, Petchili septentrionalis, Petchili meridio-occidentalis, Petchili meridio-orientalis, Honan septentrionalis.

1. *Vicariatus apostolicus Mandchuriensis:*

Mandchuria, vicariatus apostolicus ab a. 1840; missio concredita est seminario Parisiensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: Im-tse.

Ambitus: Districtus Moukden, Ghirin, Saghahien [1].

Incolae: 13 000 000, inter quos catholici Sinenses 13 025,

Sacerdotes: 31 (27 Europaei),

Stationes: primariae 21, subsidiariae 120,

Ecclesiae: 17, Sacella: 30.

2. *Vicariatus apostolicus Mongoliae orientalis:*

Mongolia orientalis, vicariatus apostolicus ab anno 1883, commissus est curis congregationis Immaculati Cordis B. M. V. de Scheutveld.

Ambitus: Pars orientalis Mongoliae, nempe magnum mandarinatum Gehol.

Incolae: 15 000 000, inter quos catholicorum 6000, catechumeni 809,

Sacerdotes: 14 (Europaei 9),

Stationes: primariae 9, secundariae 78,

Ecclesiae: 13, Sacella: 10.

3. *Vicariatus apostolicus Mongoliae centralis:*

Mongolia centralis, vicariatus apostolicus per decretum d. m. Dec. 1883; missio concredita est congregationi Immaculati Cordis B. M. V. de Scheutveld. Residentia vicarii apostolici: Si-wan-dze.

Ambitus: Amplectitur vicariatus Mongoliae centralis unum districtum civiliter dependentem a magno mandarinatu Tchiang-tchia-ku.

Incolae: catholici ultra 9000, catechumeni 500, alii ?

Sacerdotes: 17, nempe Europaei 14 et Sinenses 3,

Stationes: 115, Ecclesiae et sacella: 41.

[1] Decretum. Jamdudum vicarii apost. missionum Sinensium Mongoliae et Mandchuriae pro majori jurisdictionis suae limitum claritate et rectitudine et pro faciliori infidelium conversione et animarum salute supplices preces huic S. Congregationi Christiano Nomini propagando obtulerunt, ut nova limitatio inter utrumque vicariatum apost ab ea stabiliretur. Limites autem inter Mongoliam et Mandchuriam propositi sunt qui sequuntur: 1) Murus incipiens a magno muro Sinensi usque ad locum, ubi flumen Leao-ho per eum transit; 2) ipsum flumen Leao-ho usque ad magnam viam ex Pekino ad Ifitsigar; 3) ipsa via praedicta usque ad locum, ubi flumen Jorim eam secat; 4) ipsum flumen Jorim usque ad montes Khinghanola; 5) flumen Khalkha defluens ex monte praedicto Kingghan ad lacum Koulounnoor; 6) flumen Argoun ex praedicto lacu defluens versus septentrionem; hinc fit, ut omnia loca, quae habentur ad occidentalem partem, pertineant ad Mongoliam, quae ad orientem prostant, Mandchuriae missioni credita sint.

4. *Vicariatus ap. Mongoliae occiduo-meridionalis:*

Mongolia occiduo-meridionalis, vicariatus apostolicus per decr. d. m. Dec. 1883; missio concredita est congregationi Imm. Cordis B. M. V. de Scheutveld.

Ambitus: Territorium tribuum Orthos, Eleuths, Ourats et Maomingans; praefectura civilis Ning-hia ex provincia Kansu (per decr. d. d. 12. Oct. 1886).

Incolae: catholicorum 3000, catechumeni ca. 500, alii?
Sacerdotes: 13, nempe Europaei 12, Sinensis 1,
Stationes: primariae 9, secundariae 21,
Ecclesiae et oratoria: 20.

5. *Vicariatus ap. Petchili septentrionalis seu Pekinensis:*

Petchili, abrogata sede Pekinensi, vicariatus apostolicus institutus est; commissus est congregationi missionis.

Ambitus: Pars septentrionalis provinciae Petchili.
Incolae: 10 000 000 (?) cum 33 500 catholicis,
Sacerdotes: 50, inter quos Europaei 22, indigenae 28,
Stationes: primariae 20, subsidiariae 452,
Ecclesiae et sacella: 149, Oratoria: 97.

In Yang-kia-kô exstat colonia Trappistarum [1].

6. *Vicariatus apostolicus Petchili meridio-occidentalis:*

Petchili meridio-occidentalis, vicariatus apostolicus erectus a. 1856, concreditus est congregationi missionis.

Ambitus: Pars meridio-occidentalis provinciae Petchili.

Incolae: 6 000 000 cum catholicorum 27 000 et catechumenis 417,

Sacerdotes: 25, nempe 11 Europaei et 11 indigenae e congregatione missionis, saeculares indigenae 3,
Stationes: primariae 9, secundariae 388,
Ecclesiae: 34, Sacella: 223.

7. *Vicariatus apostolicus Petchili meridio-orientalis:*

Petchili meridio-orientalis, vicariatus apostolicus ab a. 1856, concredita est missio societati Jesu.

Ambitus: Praefecturae primae classis Ho-kien-fu, Koang-p'ing-fu, Tai-min-fu; praefecturae secundae classis Chen-tcheu et Ki-tcheu.

Incolae: 10 000 000 cum catholicis 35 202 et catechumenis 1617,

Sacerdotes: 46 (Europaei e societate Jesu 35, indigenae e societate Jesu 6, indigenae saec. 5),
Stationes: primariae 6, subsidiariae: 509,
Ecclesiae: 42, Sacella: 431.

8. *Vicariatus apostolicus Honan septentrionalis:*

Honan septentrionalis, vicariatus apostolicus commissus seminario Mediolanensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: Siao-tchioang, prope urbem Lin-hien.

Ambitus: Ea pars provinciae Honan, quae ad septentrionem magni Fluminis Flavi (Hwang-ho) est sita.

Incolae: 6 000 000 cum catholicis 1320,
Sacerdotes: 6, nempe 3 Europaei, 3 indigenae,
Stationes: primariae 3, subsidiariae 22,
Ecclesia: 1, Sacella: 12.

## Regio secunda.

Haec secunda regio complectitur vicariatus apostolicos, qui vocantur: Honan meridionalis, Kiangnan, Hupe occiduo-septentrionalis, Hupe occiduo-meridionalis, Hupe orientalis, Hunan septentrionalis, Hunan meridionalis, Kiangsi septentrionalis, Kiangsi meridionalis, Kiangsi orientalis, Tchekiang.

1. *Vicariatus apostolicus Honan meridionalis:*

Honan meridionalis, vicariatus apostolicus erectus d. 28. Aug. 1882, commissus est seminario Mediolanensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: Nan-jang-fu.

Ambitus: Ea pars provinciae Honan, quae ad meridiem magni Fluminis Flavi (Hwang-ho) est sita.

Incolae: 10 000 000, inter quos catholicorum 6000,
Sacerdotes: 10 (6 Europaei, 4 indigenae),
Stationes: primariae 4, subsidiariae ?
Ecclesiae: 5, Sacella: 60.

Fons: Karte der Provinz Ho-Nan nach der Aufnahme der PP. Regis, de Mailla und Henderer. Wien, Stephan Endlicher, 1843.

2. *Vicariatus apostolicus Kiangnan seu Nankinensis:*

Abrogata sede Nankinensi a. 1856, provincia Kiangnan in vicariatum erecta fuit; concredita est missio societati Jesu. Residentia vicarii apostolici: Shanghai.

Ambitus: Provincia Kiangnan seu subprovinciae Ngan-hoei et Kiangsu.

Incolae: 50 000 000, quorum catholici 103 813 et catechumeni 2654,

Sacerdotes: 111, nempe 83 e societate Jesu, 29 saeculares indigenae,
Stationes: primariae 61, secundariae 636.

Fons: Karte der Provinz Kiang-Sou nach der Aufnahme der PP. de Mailla und Henderer. Wien, Stephan Endlicher, 1842.

3. *Vicariatus apostolicus Hupe occiduo-septentrionalis:*

Hupe occiduo-septentrionalis, vicariatus apostolicus ab a. 1870 (1871); missio concredita est Patribus Franciscanis reformatis. Residentia vicarii apostolici: Lao-ho-keu.

Ambitus: Praefecturae civiles Siang-jang-fu, Yüu-yang-fu.

Incolae: 7 000 000, inter quos 6450 catholici,
Sacerdotes: 16 (Europaei 7, indigenae 9),
Stationes: primariae 18, secundariae 96,
Ecclesiae et sacella publica: 28.

4. *Vicariatus apostolicus Hupe occiduo-meridionalis:*

Hupe occiduo-meridionalis, vicariatus apostolicus ab a. 1870 (1871); missio commissa est patribus Franciscanis reformatis. Residentia vicarii apostolici: I-tchang.

[1] „Yang-kia-kô est situé à une trentaine de lieues à l'ouest de Péking, au milieu d'un massif de montagnes assez élevées." Les Missions catholiques, 1889, p. 353.

Ambitus: Praefecturae civiles Chi-nan-fu, I-tchang-fu, King-men-hien, King-tcheu-fu.
Incolae: 6 000 000, quos inter catholici 4200,
Sacerdotes: 10 (6 Europaei, 4 indigenae),
Stationes: 54, Sacella: 21.

5. *Vicariatus apostolicus Hupe orientalis:*

Hupe orientalis, vicariatus apostolicus factus a. 1870 (1871); missio concredita est Patribus Franciscanis reformatis. Residentia vicarii apostolici: U-tchang-fu.

Ambitus: Pars provinciae civilis Hupe, quae non pertinet ad vicariatus apostolicos Hupe occiduo-septentrionalis et occiduo-meridionalis.
Incolae: 16 000 000, inter quos catholici 13 403 et multi catechumeni,
Sacerdotes: 26, quorum 13 Europaei et 13 indigenae,
Stationes: primariae 3, secundariae 343,
Ecclesiae: 10, Sacella: 50.

6. *Vicariatus apostolicus Hunan septentrionalis:*

Hunan septentrionalis, vicariatus apostolicus per decretum d. d. 19. Sept. 1879 sejunctim a vicariatu Hunan meridionalis erectus; missio concredita est Patribus Augustinianis.

Ambitus: Pars septentrionalis provinciae civilis Hunan.
Incolae: 10 000 000, inter quos catholici 118,
Sacerdotes: 7 (6 Augustiniani, 1 indigena),
Stationes primariae: 3, Sacella: 3.

7. *Vicariatus apostolicus Hunan meridionalis:*

Hunan meridionalis, vicariatus apostolicus per decretum d. d. 19. Sept. 1879; missio commissa est Patribus Franciscanis reformatis. Residentia vicarii apostolici in regione Huan-sa-van, non longe a civitate Heng-tcheu-fu.

Ambitus: Pars meridionalis provinciae civilis Hunan [1].
Incolae: 10 000 000, inter quos catholicorum 5000,
Sacerdotes: 12 (4 Europaei, 8 indigenae),
Stationes primariae: 9, Ecclesiae: 13, Sacella: 20.

8. *Vicariatus apostolicus Kiangsi septentrionalis:*

Kiangsi septentrionalis, vicariatus apostolicus erectus a. 1879; missio concredita est congregationi missionis.

Ambitus: Praefecturae civiles provinciae Kiangsi: Kieu-kiang, Nan-kang, Nan-tchang, Chui-tcheu, Lin-kiang, Yuen-tcheu.
Incolae: 7 000 000, inter quos catholici 3407 et catechumeni 493,
Sacerdotes: 7 (5 e congregatione missionis, 2 indigenae),
Stationes: 64, Ecclesiae et sacella: 28.

[1] Praefectura civilis So-tchao-fu separatus est d. 27. Nov. 1889 a vicariatu apostolico Hunan meridionali et unitus vicariatui septentrionali; remanet tamen exemta domus PP. Franciscanorum reformatorum in urbe So-tchao-fu. (Missions catholiques, 1889, n. 1072.)

9. *Vicariatus apostolicus Kiangsi meridionalis:*

Kiangsi meridionalis, vicariatus apostolicus divisus a Kiangsi septentrionali a. 1879; missio concredita est congregationi missionis. Residentia vicarii apostolici: Kan-tcheu.

Ambitus: Praefecturae civiles provinciae Kiangsi: Ki-ngan, Kan-tcheu, Nan-ngan, Ning-tu.
Incolae: 10 000 000, quorum catholici 3862,
Sacerdotes: 10, inter quos indigenae 3,
Ecclesiae: 4, Oratoria publica: 20.

10. *Vicariatus apostolicus Kiangsi orientalis:*

Kiangsi orientalis, vicariatus apostolicus separatus a Kiangsi septentrionali per decr. d. d. 14. Aug. 1885; missio concredita est congregationi missionis. Residentia vicarii apostolici: Fu-tcheu.

Ambitus: Praefecturae civiles provinciae Kiangsi: Kuang-sin-fu, Kien-tchang-fu, Fu-tcheu-fu, Jao-tcheu-fu.
Incolae: 8 000 000, inter quos catholici 10 885 et catechumeni 568,
Sacerdotes: 16, quorum 10 indigenae,
Stationes: primariae 5, secundariae 205,
Ecclesiae: 13, Sacella: 32.

11. *Vicariatus apostolicus Tchekiang:*

Tchekiang, vicariatus apostolicus erectus a. 1696 (1838 et 1845), commissus congregationi missionis. Residentia vicarii apostolici: Ningpo.

Ambitus: Provincia Tchekiang.
Incolae: 25 000 000, quorum catholici 7332,
Sacerdotes: 19, nempe 12 Europaei e congregatione Missionis, 7 indigenae,
Stationes: primariae 9, secundariae 74,
Ecclesiae: 8, Sacella: 43.

Fons: Karte der Provinz Tche-kiang nach der Aufnahme der PP. de Mailla und Henderer Wien, Stephan Endlicher, 1842.

## Regio tertia.

Tertia regio composita est ex vicariatibus apostolicis: Chantung septentrionali, Chantung meridionali, Chensi septentrionali, Chensi meridionali, Chansi, Kansu et Kukunoor, et ex missione de Singkiang.

1. *Vicariatus apostolicus Chantung septentrionalis:*

Chantung septentrionalis; vicariatus apostolicus Chantung, erectus a. 1839, per decr. d. d. 22. Dec. 1885 divisus est in septentrionalem et meridionalem. Residentia vicarii apostolici: Tsi-nan-fu.

Ambitus: Pars septentrionalis provinciae civilis Chantung.
Incolae: 20 000 000, inter quos catholici 16 246, catechumeni 4976, protestantium 5000, mahumetanorum 5 000 000,
Sacerdotes: 22, quorum Europaei 11, indigenae 11,
Stationes: primariae 9, secundariae ca. 300,
Ecclesiae et sacella: 171.

2. *Vicariatus apostolicus Chantung meridionalis:*

Chantung meridionalis, vicariatus apostolicus erectus per decr. d. d. 22. Dec. 1885, commissus seminario Steylensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: Puo-li.

Ambitus: Praefecturae civiles Gen-tchu-fu, Zaotchu-fu, I-tchu-fu et subpraefectura civilis Zi-ning-tchu.

Incolae: 10 000 000, quorum catholici 1385, catechumeni 2227 (nunc catholici 2160, catechumeni 5425)[1],

Sacerdotes: 13, omnes Europaei,

Stationes: primariae 2, subsidiariae 119,

Ecclesiae et sacella: 39.

Fons: Karte der Provinz Chan-toung nach der Aufnahme der PP. Regis et Cardoso. Wien, Stephan Endlicher, 1843.

3. *Vicariatus apostolicus Chensi septentrionalis:*

Chensi septentrionalis, vicariatus apostolicus commissus Patribus Franciscanis. Residentia vicarii apostolici: Cung-juen-fang ad praefecturam civilem pertinens urbis Cao-lin-hien.

Ambitus: Provincia civilis Chensi exceptis praefecturis civilibus Han-tchung et Hing-ngan.

Incolae: 6 000 000, inter quos catholici 21 300,

Sacerdotes: 22, quorum 14 indigenae,

Stationes: 13, Ecclesiae: 19, Sacella: 86.

4. *Vicariatus apostolicus Chensi meridionalis:*

Chensi meridionalis, vicariatus apostolicus a. 1887 per decr. d. d. 6. Jul. erectus, commissus seminario SS. apostolorum Petri et Pauli de Urbe.

Ambitus: Praefecturae Han-tchung et Hing-ngan.

Incolae: 4 000 000, inter quos catholici 7748,

Sacerdotes: 11 (8 Europaei e seminario SS. apostolorum Petri et Pauli de Urbe),

Stationes: 52, Ecclesiae et sacella: ?

5. *Vicariatus apostolicus Chansi:*

Chansi, vicariatus apostolicus per decr. d. d. 3. Febr. 1844, commissus est curis Patrum Franciscanorum. Residentia vicarii apostolici: Tai-juen-fu.

Ambitus: Provincia civilis Chansi.

Incolae: 17 000 000, inter quos catholici 14 980 et catechumeni 2500,

Sacerdotes: 27, ex quibus 10 ex Europa,

Stationes: primariae 9, secundariae 353,

Ecclesiae: 10.

6. *Vicariatus apostolicus Kansu et Kukunoor:*

Kansu, vicariatus apostolicus, erectus per decretum d. d. 21. Maji 1878, commissus est congregationi Imm. Cord. B. M. V. de Scheutveld. Residentia vicarii apostolici: Song-chiu-choang, prope Leang-tcheu.

Ambitus: Provincia Kansu (sine provincia civili Ninghia) et regio Kukunoor.

Incolae: 21 500 000, inter quos catholicorum 2000 (cum illis, qui sunt in missione Singkiang),

Sacerdotes: 14, omnes Europaei (cum illis in missione Singkiang),

Stationes: primariae 9, secundariae 14 (cum illis in missione Singkiang),

Ecclesiae et sacella: 13 (cum illis in missione Singkiang).

7. *Missio de Singkiang:*

Singkiang sive Tataria occidentalis, quae nuper in provinciam civilem erecta est.

## Regio quarta.

Partes constitutivae hujus quartae regionis sunt 6 vicariatus apostolici, nempe: Yunnan, Kweitcheu, Setchuen meridionalis, Setchuen orientalis, Setchuen occiduo-septentrionalis, Tibetanus.

1. *Vicariatus apostolicus Yunnan:*

Yunnan, vicariatus apostolicus per decretum d. d. 6. Aug. 1843; concreditus est seminario Parisiensi pro missionibus exteris.

Ambitus: Provincia Yunnan (fere ex integro).

Incolae: 12 000 000, inter quos catholici 11 207,

Sacerdotes: 33 (24 Europaei, 9 indigenae),

Stationes: primariae 32, secundariae 111,

Ecclesiae et sacella: 53.

2. *Vicariatus apostolicus Kweitcheu:*

Kweitcheu, vicariatus apostolicus ab a. 1847; missio concredita est seminario Parisiensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: Kwei-jang-fu.

Ambitus: Provincia civilis Kweitcheu.

Incolae: 10 000 000, ex quibus catholici 16 892,

Sacerdotes: 37 (30 Europaei, 7 indigenae),

Stationes: primariae 40, secundariae 490,

Ecclesiae et sacella: 66.

3. *Vicariatus apostolicus Setchuen meridionalis:*

Setchuen meridionalis, vicariatus apostolicus erectus a. 1860, cum ab orientali Setchuen divisus est, missio concredita est seminario Parisiensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: Kia-ting-fu.

Ambitus: Vicariatus amplectitur partem meridionalem, superiorem et inferiorem, sinice nuncupatam Tchuang-lan, provinciae civilis Setchuen, quinque exceptis civitatibus cum respectivis districtibus, adnexis vicariatui Setchuen occiduo-septentrionali.

Incolae: 15 000 000, inter quos catholici 18 057,

Sacerdotes: 38 (Europaei 28, indigenae 10),

Stationes: primariae 30, secundariae 252,

Ecclesiae et sacella: 36.

4. *Vicariatus apostolicus Setchuen orientalis:*

Setchuen orientalis, vicariatus apostolicus, erectus a. 1860, concreditus est seminario Parisiensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostol.: Tchong-kin.

[1] Kl. Herz-Jesu-Bote, Aug. 1889.

Ambitus: Amplectitur orientalem partem provinciae Setchuen, quae pars appellatur Tchuang-tung.

Incolae: 15 000 000, inter quos catholici 31 539 et aliquot millia catechumenorum,

Sacerdotes: 72 (35 Europaei, 37 indigenae),

Stationes: primariae 50, secundariae 581,

Ecclesiae seu sacella: 64.

5. *Vicariatus apostolicus Setchuen occiduo-septentrionalis:*

Setchuen occiduo-septentrionalis, vicariatus apostolicus commissus seminario Parisiensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: Tchentu-fu.

Ambitus: Amplectitur partem occidentalem provinciae Setchuen, sinice dictam Tchuang-si, et septentrionalem, sinice nominatam Tchuang-pe; insuper e parte meridionali superiori civitates Kiuong-tcheu, Ta-ie-pien et earum districtus, principatum Mupin et partem orientalem districtus Tien-tsuen-tcheu; necnon e praefectura Tse-tchen civitates Tse-tcheu, Lui-kiang, Jang-hien cum suis territoriis.

Incolae: 20 000 000, inter quos catholici 38 800,

Sacerdotes: 66 (26 Europaei, 40 indigenae),

Stationes: primariae 49, secundariae 446,

Ecclesiae et sacella: 47.

6. *Vicariatus apostolicus Tibetanus:*

Tibet, vicariatus apostolicus adscriptus seminario Parisiensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: Ta-tsien-lu.

Ambitus: Fere omnis regio geographica Tibetana; vicariatus includit quasdam partes, quae Setchuen et Yunnan provincias respiciunt.

Incolae: 4 000 000, inter quos catholici 1204,

Sacerdotes: 15, omnes Europaei,

Stationes: primariae 9, secundariae 33,

Ecclesiae seu sacella: 14.

## Regio quinta.

Ad quintam regionem spectant 3 vicariatus apostolici et 2 praefecturae apostolicae; illi vocantur: Hongkong, Fokien, Amoy; hae: Kwangtung et Kwangsi.

1. *Vicariatus apostolicus Hongkong:*

Hongkong, vicariatus apostolicus ab a. 1874, adscriptus est seminario Mediolanensi pro missionibus exteris.

Ambitus: Insulae Hongkong, Lantau cum pluribus aliis adjacentibus; porro in continente districtus provinciae Kwangtung: Su-non, Kwai-chau, Hai-fong.

Incolae: 3 000 000 (?), ex quibus catholici 6800,

Sacerdotes: 12, ex quibus indigenae 5,

Stationes: primariae 8 (in insula Hongkong 3), secundariae 9,

Ecclesiae: 4, Sacella: 22.

2. *Vicariatus apostolicus Fokien:*

Fokien, vicariatus apostolicus concreditus est Patribus Dominicanis. Residentia vicarii apostolici: Futcheu-fu.

Ambitus: Provincia Fokien (exceptis praefecturis Tchuang-tcheu et Tchang-tcheu).

Incolae: 20 000 000, inter quos catholici 32 371, catechumeni 114,

Sacerdotes: 26 (14 Europaei ex ordine Praedicatorum, indigenae 12),

Stationes: primariae 12, secundariae ca. 100,

Ecclesiae vel sacella: 40.

3. *Vicariatus apostolicus Amoy:*

Amoy, vicariatus erectus per decretum d. d. 3. Dec. 1883, commissus est ordini Praedicatorum. Residentia vicarii apostolici: Amoy.

Ambitus: Insula Formosa cum parvis insulis, quae circumstant; praefecturae civiles Tchuang-tcheu et Tschang-tcheu.

Incolae: 4 500 000 (in insula Formosa 2 500 000), inter quos catholici 3930 (quorum 1014 in insula Formosa),

Sacerdotes: 14 (Europaei 11, indigenae 3), in insula Formosa 7,

Stationes: primariae 12 (6 in insula Formosa), subsidiariae 14 (3 in insula Formosa).

4. *Praefectura apostolica Kwangtung:*

Kwangtung, vicariatus apostolicus, erectus a. 1850, commissus est seminario Parisiensi pro missionibus exteris.

Ambitus: Provincia Kwangtung (exceptis praefecturis Su-non, Kwai-chau, Hai-fong, insula Hai-nan cum districtu Heung-chan prope Macao).

Incolae: 25 000 000, quos inter catholici 29 047,

Sacerdotes: 51 (45 Europaei, 6 indigenae),

Stationes: primariae 36, secundariae ?

Ecclesiae et sacella: 121.

5. *Praefectura apostolica Kwangsi:*

Kwangsi, praefectura apostolica, erecta d. 6. Aug. 1875, commissa est seminario Parisiensi pro missionibus exteris.

Residentia vicarii apostolici: Chang-se.

Ambitus: Provincia civilis Kwangsi.

Incolae: 8 000 000, quorum catholici 1192,

Sacerdotes: 9, omnes Europaei,

Stationes: primariae 7, secundariae 17,

Ecclesiae et sacella: 10.

## Conspectus summarius

vicariatuum et praefecturarum etc. in Sinis existentium.

Fontes: „The Madras Catholic Directory 1889" et „Missiones catholicae 1888".

| Vicariatus et praefecturae. | | | Catholici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|---|---|
| Vicariatus apostolicus | | Mandchuriensis | 13 025 | 31 |
| „ | „ | Mongoliae orientalis | 6 000 | 11 |
| „ | „ | „ centralis | 10 000 | 17 |
| „ | „ | „ occid.-merid. | 3 000 | 13 |
| „ | „ | Petchili septentrionalis | 33 500 | 50 |
| „ | „ | „ meridio-occid. | 27 000 | 25 |
| „ | „ | „ meridio-orient. | 35 202 | 24 |
| „ | „ | Honan septentrionalis | 1 320 | 6 |
| | | Regio prima | 129 047 | 180 |
| Vicariatus apostolicus | | Honan meridionalis | 6 000 | 10 |
| „ | „ | Kiangnan seu Nankinensis | 103 813 | 111 |
| „ | „ | Hupe occid.-septentrion. | 6 450 | 16 |
| „ | „ | „ „ meridional | 4 200 | 10 |
| „ | „ | „ orientalis | 13 403 | 26 |
| „ | „ | Hunan septentrionalis | 118 | 7 |
| „ | „ | „ meridionalis | 5 000 | 12 |
| „ | „ | Kiangsi septentrionalis | 3 407 | 7 |
| „ | „ | „ meridionalis | 3 862 | 10 |
| „ | „ | „ orientalis | 10 885 | 16 |
| „ | „ | Tchekiang | 12 000 | 20 |
| | | Regio secunda | 169 138 | 245 |
| Vicariatus apostolicus | | Chantung septentrionalis | 16 246 | 22 |
| „ | „ | „ meridionalis | 1 385 | 13 |
| „ | „ | Chensi septentrionalis | 21 300 | 22 |
| „ | „ | „ meridionalis | 7 748 | 11 |
| „ | „ | Chansi | 14 980 | 27 |
| „ | „ | Kansu et Kukunoor | 2 000 | 14 |
| Missio Singkiang | | | ? | ? |
| | | Regio tertia | 63 659 | 109 |
| Vicariatus apostolicus | | Yunnan | 11 207 | 33 |
| „ | „ | Kweitcheu | 16 892 | 37 |
| „ | „ | Setchuen meridionalis | 18 057 | 38 |
| „ | „ | „ orientalis | 31 539 | 72 |
| „ | „ | „ occid.-septent. | 38 800 | 66 |
| „ | „ | Tibetanus | 1 204 | 15 |
| | | Regio quarta | 117 699 | 261 |
| Vicariatus apostolicus | | Hongkong | 6 800 | 12 |
| „ | „ | Fokien | 33 371 | 26 |
| „ | „ | Amoy | 3 930 | 14 |
| Praefectura apostolica | | Kwangtung | 29 047 | 51 |
| „ | „ | Kwangsi | 1 192 | 9 |
| | | Regio quinta | 74 340 | 112 |
| | | Summa totalis | 553 883 | 907 |

## B. Japonia et Corea.

### 1. Superficies et incolae[1]:

| | kmq. | Incolae. | |
|---|---|---|---|
| Nippon centralis | 94 797 | 14 889 659 | (1. Jan. 1887.) |
| „ septentrionalis | 78 224 | 5 792 196 | „ |
| „ occidentalis | 53 561 | 8 897 403 | „ |
| Shikoku | 18 211 | 2 768 229 | „ |
| Kiushiu | 43 614 | 5 933 454 | „ |
| Kokkaïdo seu Jeso (Yeso) | 94 011 | 226 236 | „ |
| Japonia | 382 418 | 38 507 177 | „ |
| Corea | 218 192 | 10 518 937 | (1883) |

2. **Divisio politica.** Imperium Japoniae dividitur respectu civili in tria gubernia (Fu): Tokio, Osaka, Kioto et 44 districtus (Ken).

3. **Divisio ecclesiastica.** Imperium Japoniae et regnum Coreae constituunt hodie unam regionem ecclesiasticam cum 4 vicariatibus apostolicis, quorum 3 ad Japoniam spectant.

A. 1549 d. 15. Aug. S. Franciscus Xaverius indefessus Evangelii praeco Japoniam appulit biennioque fundamenta jecit christianae communitatis, quae sequentibus decenniis in florentissimam ecclesiam adolevit, ita ut 200000 christianorum numerarentur cum 250 ecclesiis ac 13 seminariis. Anno tamen 1587 persecutio vehemens orta atque Batavorum invidia, qui Hispanorum et Lusitanorum colonias infestantes in Japoniam quoque pervenerunt, missio eversa est. Dirissima crudelitate ac saevitia nomen christianum ab a. 1596 fere deletum. Axima, ultima christianorum arx, a. 1635 fracta est bellicis Batavorum tormentis. Plena rei christianae tolerantia non ante a. 1872 a Japoniae imperatore iterum est promulgata[2].

1. *Vicariatus apostolicus Japoniae septentrionalis:*

Japonia septentrionalis, vicariatus apostolicus concreditus est seminario Parisiensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: Yeddo seu Tokio.

Ambitus: Pars septentrionalis Japoniae.
Incolae: 18875000, inter quos 10026 catholici,
Sacerdotes: 33, omnes Europaei,
Stationes: primariae 15, secundariae 94,
Ecclesiae seu sacella: 60.

[1] Cf. „Résumé statistique de l'Empire du Japon", n. II. Tokio 1888.

[2] „La liberté des cultes établie par la récente constitution japonaise et la tolérance du Gouvernement de Tokio font prévoir les développements que peut se promettre la vraie foi dans ce puissant empire de l'extrême orient. Aussi le Saint-Père a-t-il jugé le moment venu de réaliser le projet depuis longtemps médité d'y instituer la hiérarchie. Après avoir pris à ce sujet l'avis des éminentissimes cardinaux de la Propagande, Sa Sainteté Léon XIII a décrété la création de trois diocèses et d'une métropole en remplacement des trois vicariats apostoliques actuels. Les sièges de ces nouvelles circonscriptions ecclésiastiques seront: Tokio, Nagasaki, Kioto et Sendaï, villes populeuses et illustres par leurs glorieux souvenirs chrétiens. Le siège métropolitain sera Tokio." (Les Missions catholiques, 1890, p. 147).

2. *Vicariatus apostolicus Japoniae meridionalis:*

Japonia meridionalis, vicariatus apostolicus, erectus per decretum d. d. 3 Jun. 1876, commissus est seminario Parisiensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: Nagasaki.

Ambitus: Insulae Kiushiu (Kiou-Chiou), Hirado, Goto, Tsushima (Tse-chima), Riu-Kiu (Riou-Kiou, Liou-Kiou) aliaeque minoris momenti, quae has circumstant.

Incolae: 6 000 000, inter quos catholicorum 25 000,
Sacerdotes: 16 Europaei, Stationes primariae: 11,
Ecclesiae et sacella: ?

3. *Vicariatus apostolicus Japoniae centralis:*

Japonia centralis, vicariatus apostolicus, erectus per decretum d. d. 16 Mart. 1888, concreditus est seminario Parisiensi pro missionibus exteris. Residentia vicarii apostolici: Osaka.

Ambitus: Tota occidentalis plaga insulae Nippon a lacu Biwa, assignatis ad orientem uti finibus provinciis Yetchidjen (Itchidzen), Mino et Owari, porro insula Shikoku (Chicocou) aliaeque minoris momenti, quae civiliter a memoratis territoriis pendent.

Incolae: 12 000 000, inter quos catholicorum 2000,
Sacerdotes: 14, omnes Europaei,
Stationes primariae: 9, Ecclesiae: 2, Sacella: 7.

4. *Vicariatus apostolicus Coreae:*

Quamquam certum est, aliquot Coreanos, qui saeculo 16. post bellum in servitutem redacti in Japoniam abducti erant, christianam fidem fuisse amplexos, imo pro Christo mortem subiisse, constat tamen, quod veritas evangelica ante a. 1783 in Coream non sit introducta. Primis illis annis christiani curae episcopi Pekinensis, postea a d. 9. Sept. 1831 propriis vicariis apostolicis e seminario Parisiensi pro missionibus exteris concrediti erant.

Ambitus: Regnum Coreae.

Incolae: 10 000 000, inter quos catholici 14 247 et catechumeni 1138,
Sacerdotes: 12, omnes Europaei,
Stationes: 272, Sacella: 3.

### Conspectus summarius
vicariatuum in Japonia et Corea existentium.

| Vicariatus apostolici. | Catholici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Vicariatus apostolicus Japoniae septentrionalis | 10 026 | 33 |
| " " " meridionalis . | 25 000 | 16 |
| " " " centralis . . | 2 000 | 14 |
| " " Coreae . . . . . . | 14 247 | 12 |
| Summa totalis | 51 273 | 75 |

## Caput vigesimum sextum.

# Africa.

## I. Aegyptus, Abessinia, Tripolis cum terris adjacentibus.

### A. Patriarchatus Alexandrinus.
(Nunc titularis.)

1. Alexandrinae ecclesiae patriarchalis primus institutor fuit Marcus evangelista, qui a principe apostolorum Petro illuc missus, ut secundam sedem apostolicam in prima post Romanam civitate constitueret. Alexandrina patriarchalis dioecesis varie a variis descripta est. Concilium Nicaenum (Can. 6) huic Aegyptum, Libyam et Pentapolim tantum subjicit. Thebaidem addere videtur Theodoretus (Hist.) omissa Pentapoli. Sanctus Athanasius synodum ex universa sua dioecesi congregatam describens (Ap. 2) recenset: Sancta synodus Alexandriae congregata ex Aegypto, Thebaide, Libya et Pentapoli. Sanctus tandem Epiphanius longe plures enumerat, dum ait: Hic mos invaluit, ut Alexandriae episcopus totius Aegypti ac Thebaidis Marotaeque ac Libyae, Ammoniacaeque et Mareotidis ac Pentapolis ecclesiasticam habeat administrationem (Haer. 68).

2. Notitia patriarchatus Alexandrini (secundum Carolum a Sancto Paulo):

*I. Aegyptus prima:*

Alexandria, Hermopolis parva (minor), Metellis, Coprithis, Sais, Letus alias Latopolis, Naucratis alias Naucratia, Andropolis alias Andromena, Nicium, Onuphis, Tava, Cleopatris, Mareotis, Menelaites et Schedia, Phthenoti Nomus alias Phthenegus, Nitria.

*II. Augustamnica prima:*

Pelusium, Heraclea in Sethraete Nomo, Tanis sive Tanes, Rhinocorura, Thmuis, Ostracina, Phacusa, Cassium, Aphnaeum (Daphnis?), Hephaestus, Panaephysus, Gerrum seu Gerus, Thennesus, Sela.

*III. Augustamnica secunda:*

Leontopolis, Atribis, Onium alias Ilium, Babylon, Bubastus, Pharbaethus, Heliopolis, Scenae Mandrorum, Thou, Antithou.

*IV. Provincia secunda Aegypti:*

Cabasa, Phragonea, Pachnemunis, Elearchia, Diospolis, Sebennythus, Cynus seu Cynopolis inferior, Busyris, Paralus, Xoës, Butus.

*V. Provincia Arcadiae:*

Oxyrynchus, Heraclea superior, Arsinoë alias civitas crocodilorum, Theodosiopolis, Aphroditopolis, Memphis, Clisma, Nilopolis, Parallus, Thamiate, nunc Diamiata dicta, Cynopolis superior, quae Holstenio observante in notitia Hieroclis metropolis hujus provinciae ponitur.

*VI. Provincia Thebaidis primae:*

Antinoe, Hermopolis major, Cusa, Lycopolis, Oasis magna, Hipsele, Apollinis civitas parva, Antaeum, Panopolis.

*VII. Provincia Thebaidis secundae:*

Ptolemais, This seu Thinis, Coptus, Tentyra (Holstenius corrigit ex graeco Teuchira), Maximianopolis, Latopolis, Hermonthes alias Hermetes, Thebais magna alias Diospolis magna, Therenunthis, Phylae, Thoi, Ombi, Tathyris, Diospolis parva.

*VIII. Provincia Libyae Pentapoleos:*

Ptolemais, ubi Synesius fuit episcopus, Sozusa, Lemandus, Cyrene, Teuchyra, Berenice, Ticelia alias Pisila, Aptuchi Fanum, Erythra, Barce, Hydrax, Disthis, Palebisca, Olbia.

Quibus Holstenius addit Boraeum.

*IX. Provincia alterius Libyae:*

Darnis, Paraetonium, Antipyrgus, Antiphra, Marmarica, Zagylis vel Zagyla, quod nomen nonnunquam ab aliis Gazula legi Holstenius observat, Zygris.

Praeter hosce septem alii episcopatus in Aegypto incertae positionis observantur:

Vantena (legend. Antinoë), Gavoca, Flagonita (sine dubio Fragonita), Cotenopolis, Gazula (legend. Zagula), Elesma (sine dubio Clisma), Psynchus (legend. Oxyrynchus.)

## B. Aegyptus.

Aegyptus secundum Palaestinam ab omnibus christianis terra sacra habetur, quippe in qua Christus Dominus cum parentibus per aliquod tempus exul degerit cujusque solum innumerorum martyrum sanguine irrigatum sit. In hac autem tam sacrata terra, in qua olim Christi religio fructus uberrimos protulit, superstitio pagana et mahumetana omnino praevaluit.

Septem primis nostrae aerae saeculis res christiana eandem in Africa, quantum ad terrarum spatia attinet, obtinuit potestatem, quam hodierno tempore Islamismus occupat. Ecclesiae florentissimae in regionibus circa mare Mediterraneum sitis, in Aegypto, Numidia, Carthagine, consistebant, quas patres ac doctores ecclesiae, ut Clemens, Athanasius, Cyprianus, Augustinus, illustrabant. Ab his ecclesiis christiana fides late per interiorem Africam diffusa est.

Postquam vero Dei occulto consilio earum regionum dominium ad mahumetanos transiit, omnium christianae antiquitatis splendorum sola Abessiniae vel Aethiopiae ecclesia et Copti in Aegypto tamquam ruinae tristissimae superstites manserunt. Haec tamen infausta rerum conversio non obstabat, quominus missionarii catholici pro viribus semper fidem eversam restaurare conarentur.

Missio maxime Franciscalium in Aegypto jam primis ordinis seraphici temporibus inchoata est. Fratrum observantium hospitium primum Damiatae fundatum est, indeque per totam Aegyptum, regionem Sennaar, Abessiniam quoque progressi sunt. Nobilibus ubique locorum zeli apostolici exemplis discipuli S. Francisci elucebant. Una Aegyptus inferior martyria septendecim Franciscanorum vidit, crudelitate Saracenorum patrata. Sed rerum in Europa vicissitudines, pestes et direptiones obstabant, quominus stabiles fundarentur institutiones. In omnibus tamen majoris momenti portibus maritimis, ut Damiatae, Rosettae, Alexandriae et Cairi ad Nilum fratres observantes domicilia sua retinere potuerunt; fratres reformati Aegyptum superiorem excolendam susceperunt et Fayumi in media Aegypto hospitium constituerunt.

Hoc nostro jam saeculo spes esse videtur, catholicam ecclesiam in his gentibus solidius iterum pedem fixuram esse, idque partim immigratione hominum catholicorum, partim missionibus constitutis.

### 1. Vicariatus apostolicus Aegypti et Arabiae[1].

Aegyptus superior antea jurisdictioni vicarii patriarchalis Constantinopolitani parebat, inferior Aegyptus ad custodiam Terrae Sanctae spectabat. Decreto autem d. d. 14. Maji 1839 tota Aegyptus cum Arabia in unum vicariatum apostolicum adunata est.

Ambitus: Vicariatus apostolicus Aegypti et Arabiae regionem sibi vindicat Nili inferioris inde a Syene (Assuan), ubi inter saxorum praeruptos parietes insulasque prominentes fervente impetu per cataractas devolvitur amnis et inferiorem cursus sui partem init. Praeter hanc Nili vallem ejusque delta in parte vicariatus Aegyptiaca ex orientali plaga includuntur gubernia Kosser ad mare Rubrum, El-Arisch in Syria et isthmus Pelusinus sive Arsinoënsis (isthmus Suez); ad occidentem versus oases deserti Lybici.

Ecclesiastica ratione vicariatus apostolicus Aegypti in se concludit praefecturam apostolicam Aegypti superioris pro Coptis (missionarii ex ordine Minorum reformatorum), missionem fratrum Minorum observantium in Aegypto inferiore (missionarii e custodia Terrae Sanctae), praefecturam apostolicam ad delta

[1] Nunc vicariatus apostolicus Aegypti. Vide: Vicariatus apostolicus Adensis.

Nili (missionarii e congregatione Lugdunensi pro missionibus inter Afros); haec praefectura a d. 25. Jan. 1886 quoad sacramentorum administrationem et scholarum regimen a vicario apostolico independens est.

Incolae: ca. 6807000, in quibus ca. 82000 catholicorum.

Sacerdotes: 67, Ecclesiae et sacella: 30.

FF. Minorum observantium in Aegypto inferiore stationes sunt: Alexandriae, Damanhur, Kafr-Zajat, Damiatae (Tamiathis, Damiette), Mansurah, Rosettae, Cairi, Suez, Ismailia, Port-Said cum singulis ecclesiis parochialibus.

### 2. Delegatio apostolica Aegypti et Arabiae.

Delegatio Aegypti et Arabiae apostolica eodem anno ac vicariatus hujusce nominis ortum habuit divisa delegatione Syriae. Primus delegatus fuit vicarius apostolicus Aegypti et Arabiae primus: Perpetuus a Salerno, antea custos Terrae Sanctae. A. 1866 Ludovicus Ciurcia O. S. Fr., archiepiscopus Irenopolitanus tit., delegationem apostolicam christianorum orientalium Aegypti et Arabiae demandatam suscepit idemque vicarius apostolicus latinorum constitutus est. Insuper d. 16. Mart. 1873 post obitum Joseph Valergae, patriarchae Hierosolymitani, ejusdem delegatione Syriaca est auctus, quam per tres annos gessit. Paulo ante mortem a Sancta Sede dimissionem muneris sui flagitavit impetravitque. Mortuus est annos natus 62 d. 14. Jul. 1881 (Katholische Missionen, 1882, p. 113).

Die 17. Maji 1881 Anacletus Chicaro O. S. Fr. observ., archiepiscopus Emesenus tit., delegatus constitutus est, qui paulo ante munus vicarii apostolici latinorum Aegypti adierat.

Huic successit Guido Corbelli O. S. Fr. observ., archiepiscopus tit. Pelusinus, d. 9. Oct. 1888 delegatus apostolicus creatus.

### 3. Praefectura apostolica ad delta Nili.

Ab a. 1877 in vicariatu apostolico Aegypti missio propria existit presbyterorum e seminario Lugdunensi pro missionibus inter Afros, cujus stationes sunt Tanta et Zagazig (Sagasig). In eandem missionem a. 1881 sorores societatis a missionibus inter Afros advenerunt. Prope Tantam ad canalem Gaffarieh dictum a. 1883 collegium et in urbe Zagazig schola instituta, anno subsecuto (Oct. 1884) Tantae schola publica aperta est, quae a. 1885 a discipulis ca. 100 frequentabatur, inter quos 60—70 mahumetani.

Haec missio a. 1884 m. Martio in praefecturam apostolicam dilata limitum fixa determinatione erecta est, quae circumscriptio a. 1886 ita facta est, ut 4 provinciae Garbieh, Manufieh, Galubieh, Scharkieh praefecturae concederentur, stationes tamen in his provinciis jam tum existentes vicariatus apostolici Aegypti deinceps quoque a Franciscanis administrarentur.

Incolae: Referente Bonnet, delegato concilii rei pecuniariae a prorege praepositi (cf. „Das Ausland" 1886, p. 1035), illae 4 provinciae a. 1886 2311547 incolas numerabant, qui ita distributi erant: Scharkieh 464655, Galubieh 271391, Garbieh 929488, Manufieh 646013.

Stationes: Tanta cum 9 missionariis, 6 fratribus laicis, 10 sororibus; Zagazig cum 5 missionariis, 8 sororibus; Zifte cum 3 missionariis et 4 sororibus.

Alii ordines religiosi et congregationes.

In vicariatu apostolico Aegypti praeter ordines et congregationes, de quibus jam mentio facta est, etiam Minores reformati, Lazaristae (ab a. 1840 Alexandriae), Jesuitae (ab a. 1879 Cairi et ab a. 1882 Alexandriae, cf. vicariatum apostolicum pro Coptis), sorores a Bono Pastore Andegavenses (ab a. 1849 Cairi), sorores a Matre Dei, sorores a S. Carolo Borromaeo ex Teschen (ab a. 1884), sorores a Domina Nostra de Sion.

### 4. Vicariatus apostolicus pro Coptis.

Maxima christianorum indigenarum Aegypti pars Coptorum vel Cophitorum designatur nomine. Copti plerique Eutychiano errori addicti per totam Aegyptum sparsi sunt numero fere 250000. Ritus copticus similis est graeco, syriaco et chaldaico. Armenis et Maronitis sacrum in azymis aeque ac latini celebrantibus Copti fermentatum panem, ut Graeci, Syri, Chaldaei, adhibent.

Etsi Summi Pontifices, imprimis Pius IV., Gregorius XIII., Sixtus V., Clemens VIII., Urbanus VIII., Coptis ad unitatem ecclesiae convertendis operam dedissent, nihil tamen effectum est, nisi ut patriarchae Gabriel II. 1593 et Matthaeus 1637 obiter et ad breve tempus se unioni et obsequio consentire declararent. Innocentius XII. quoque a. 1697 Joannem, patriarcham Coptorum Alexandrinum, quem ad unionem propendere audierat, frustra ad reconciliationem cum ecclesia Romana invitavit. Verum Benedicto XIV. Papa multi superioris et inferioris Aegypti Copti conversi sunt, quos Pontifex a. 1741 episcopo Coptorum Hierosolymitano unito regendos commisit et ad solvenda plura de eorum ritu exorta dubia speciales constitutiones edidit. Pius VI. a. 1781 vicariatum apostolicum Cairensem instituit (Hergenroether, Kirchengeschichte III. 1886, p. 556).

Numerus Coptorum unitorum ad duodecim vel tredecim milia pertingere censetur.

Ab a. 1879 societati Jesu seminarium Coptorum recens erectum concreditum est. Bellicis quidem anni 1882 tumultibus seminaristae duodecim, qui aderant, et discipuli externi fere centum ad fugam capessendam coacti sunt, sed pace Aegypto restituta illico studia alacriter resumere coeperunt.

### 5. Praefectura apostolica Aegypti superioris.

Missio superioris Aegypti a fratribus Minoribus reformatis S. Francisci administrata ante annos circiter

trecentos stabilita est. Primum eorum hospitium erat in urbe Achmin ad Nilum.

Sacerdotes religiosi, qui corporibus etiam arte medica curandis operam dabant, dynastarum Aegyptiorum favorem ita sibi conciliaverunt, ut non semel praediis donarentur, quae ad alterum hospitium cum ecclesia in Nagadeh prope Thebas atque tertium etiam fundandum sufficerent.

Cairi hi missionarii cum fratribus observantibus custodiae Terrae Sanctae simul uniti habitabant.

Postquam superioris Aegypti missionarii pedetentim quinque hospitia et ecclesias fundaverunt, Sacra Romana Congregatio de propaganda fide ei proprium praefectum apostolicum praefecit, cui Cairi domus missionis et adnexa ecclesia assignata est. Quamdiu missionarii cum sacerdotibus Terrae Sanctae simul habitaverant, pariter Gallorum protectione fruebantur; facta separatione tutelae reipublicae Venetae suberant, qua dissoluta ab Austriacis protegebantur.

Per innumeras persecutiones et vexationes labores missionariorum superioris Aegypti labentibus annis prosperum habuerunt progressum, et numerus Coptorum catholicorum non mediocriter auctus est; quare quum sacerdotes ex Europa advecti vix jam sine sociis ministerio obeundo pares essent, formando clero Copto opera dabatur, cujus candidati Romae in collegio pontificio Urbano de propaganda fide instruebantur. Hi sacerdotes Copti curam animarum in Aegypto exercebant tandemque episcopus Coptus et vicarius apostolicus Cairi creatus est.

A. 1863 stationes Minorum reformatorum hae erant:

1. Siut: Hospitium 1, ecclesia 1, schola 1, incolarum 30000, in quibus 12000 Coptorum, 200 catholici.

2. Tachtah: Hospitum 1, ecclesia 1, scholae 2 (60 puerorum et 70 puellarum), aliae scholae minores 2 in regione vicina, incolarum 12000, ex his Coptorum 11000, catholici 700.

3. Achmin: Incolarum 30000, ex quibus Coptorum 6000, catholici 600, scholae 2 (puerorum 35 et 40 puellarum); praeterea duo pagi vicini cum 200 catholicis.

4. Girgeh: Incolarum 12000, Coptorum 3000, catholici 500.

5. Farschut: Copti 1300.

6. Keneh: Incolarum 10000, Coptorum 2000, catholici 104.

7. Negadeh: Copti 3400, catholici 150, schola 1 puerorum 26. Vicina sunt Chus habens 129 catholicos et scholam 15 puerorum — et Gomula prope Thebarum ruinas cum catholicis 130.

8. Luxor, missio.

In missione superioris Aegypti pro Coptis existunt nunc (1888) stationes 12: Minieh, Tachtah, Achmin, Ferneh, Girgeh, Negadeh, Gioragius, Schenain, Fayum, Siut, Keneh, Luxor.

## C. Abessinia et Galla regiones.

### 1. Vicariatus apostolicus Abessiniae.

Illae regiones, quae originem Nilo caeruleo seu Astapo dant et uno nomine Abessinia vel Aethiopia vocantur, jam Athanasii Magni, Alexandriae patriarchae, temporibus christiana sacra susceperant, quae tamen Eutychetis et Dioscori haeresibus saeculo septimo depravata, postea Islamismo et populorum Galla barbarie graviter afflicta atque magna ex parte destructa sunt. Diversis temporibus, velut jam imperante in Abessinia Davide III. (1508—1540) Romani Pontifices eas gentes ad universalem ecclesiam revocare tentaverunt, quod saeculo decimo septimo aliquatenus successit.

P. Paezius, sacerdos non indoctus societatis Jesu ca. a. 1604 lingua vernacula doctrinam catholicam praedicabat et juvenem imperatorem, qui 1596 potestatem adierat, unioni plane amicum reddidit, qui quum Lusitanis etiam pro auxilio praestito devinctus esset, Romae et Matriti doctores genti suae instruendae petere non dubitavit. Brevi tamen seditione exorta e medio sublatus est. Verum novus etiam imperator Socinos (Sultan-Sagued) 1605—1632 P. Paezium in aulam suam accersivit seque ad rem catholicam transiturum esse declaravit. Disputationibus inter Jesuitas et monachos monophysiticos habitis saepe interfuit, Pontifici Romano a. 1613 obsequium testatus est, sed a. 1621 demum professionem fidei catholicae emisit. Paezius, alter Abessiniae apostolus, qui per undeviginti annos missionarii labores obierat, a. 1623 mortuus est. Vetus tum monophysitarum factio, abuna (episcopo schismatico) et monachis praeeuntibus, in unionem ecclesiasticam et sabbati judaici suppressionem insurgebat bellaque civilia, quae religionis causam prae se ferebant, excitabat. Imperator autem parta victoria anno 1624 suum ad fidem Romanae ecclesiae transitum palam promulgavit. Patriarcha Aethiopiae (Abessiniae) a Gregorio XV. nominatus erat Alphonsus Mendez, quem Hispaniae rex Philippus III. designaverat. Eo praesente imperator a. 1626 solemniter obedientiam Pontifici professus est[1]. (Hergenroether, Kirchengeschichte III. 1886, p. 323.)

[1] Ipse patriarcha scripsit Kal. Junii a. D. 1626 ad Urbanum VIII. Papam de reconciliatione et unione Aethiopiae cum ecclesia Romana: . . . Patres societatis Jesu ab anno Christi 1556 hanc silvam immenso indefessoque labore, fame sitique enecti et diversis exiliis acti excoluerunt, donec post 70 annos — ut quondam populi sui Babylonem abducti — Aethiopiae captivitatem Jesus solvit, non ille quidem Josedech, sed unus Dei hominisque filius, cujus duplicem naturam et reliquos articulos ad fidem catholicam spectantes publice confessus est cum suis omnibus magnus Aethiopiae imperator, olim Socinos, nunc autem dictus Sultan-Sagued, totum suum imperium Ecclesiae Romanae et Vestrae Beatitudinis pedibus subjiciens . . . . (Ex codice bibliothecae Ottobonianae 2536, fol. 105. — Hugo Laemmer, Analecta Romana. Schaffhausen 1861, p. 117 sq.)

Novis tamen exortis tumultibus, quae modo feliciter aedificata erant, iterum sunt eversa. Unde factum est, ut plures provinciae, omni cum rei christianae metropoli intercluso commercio, sacerdotibus ac sacramentis privatae, aegre tantum professionem suam christianam servarent, aliae a mahumetanis et paganis occuparentur. Aliqui etiamtum missionarii in Abessiniam penetrarunt, medicorum plerumque habitu dissimulati et Gallorum protectione muniti. Clemens XI. Pontifex a. 1702 Gabrielem Maronitam, anno dein 1704 Josephum ab Hierosolymis O. S. F., denuo a. 1711 tres misit socios ejusdem ordinis, quibus Oustas imperator clam docendi et sacramenta ministrandi facultatem fecit; sed orta monachorum indigenarum seditione a. 1717 ab imperatore Davide IV. supplicio affecti sunt. Joannes quidem, Coptorum patriarcha, qui per tres et quadraginta annos patriarchatum tenuit ipseque unioni ecclesiasticae favebat et catholicos protegebat, illos conatus adjuverat, quare Clemens XII. ablegato ad eum monacho Franciscano ejus merita laudavit. Neque tamen ante a. 1751 tres alii Franciscani in Aethiopiam penetrarunt, qui favente licet imperatore monachorum irae cedere sunt coacti (1754). Paucorum, qui conversi erant, Abessiniorum subsidio Clemens XI. a. 1721 concesso eorum nationi domicilio Sancti Stephani ad Vaticanum providerat, et Clemens XIII. a. 1761 regulas Antonianorum ritus coptici approbavit (Hergenroether, Kirchengeschichte III. 1886, p. 557).

Denuo suscitata est missio Abessiniae a. 1839 suadente imprimis Antonio d' Abbadie (cujus est Dictionnaire de la langue Amariñña. Paris 1881), qui itinere per Abessiniam facto incolas ad capessendam religionem catholicam paratos invenerat. Missio nova a Congregatione de propaganda fide Lazaristis concredita est. Primus praefectus apostolicus idemque ab a. 1846 vicarius apostolicus fuit Justinus de Jacobis, natione Italus. Qui quum per aliquod tempus Massauae commoratus esset, socios suos Gondar, totius Abessiniae caput, misit, ipse vero Aduae, quae est provinciae Tigre urbs primaria, habitabat. Communi labori successus non defuit adeo, ut abuna sive episcopus schismaticus suae rei timere et in missionarios vim adhibere inciperet, quare partim in septentrionales, partim in orientales plagas secedere coacti sunt. Ita missio in provincia Agame coepta est, ubi brevi complures pagi catholicam fidem susceperunt. Verum antequam novus grex satis confirmatus erat, ibi quoque persecutiones excitatae sunt, quibus major novorum catholicorum pars ad haeresim retracta est. Provinciae Agame vicina est tribus Trobes, ad quos jam missionarii se contulerunt, ut in vico Abitiena cum seminario suo refugium quaererent, sed hac etiam spe frustrati in provinciam Akele-Guzay perrexerunt (1852). Haec provincia ex omnibus aptissima catholicae fidei divulgandae esse videbatur, quod et longissime a politico imperii centro dissita et satis prope ad Massauam est.

A. 1854 Theodorus summa imperii potestate potitus instante abuna episcopum catholicum proscripsit et indigenas catholicos exquisitis tormentis ad veteres errores revocare studuit. Ex eo tempore Lazaristis jam non licuit laborem apostolicum in Abessinia interiore promovere; nova tentamina a. 1871 suscepta successu caruerunt.

Melius in extremis Abessiniae confiniis missio inter Bogos processit, quam vicarius apostolicus de Jacobis inchoaverat, priusquam ex Adua ejectus est. Anno jam 1854 in urbe Keren, quod caput est nationis Bogos, missionarius sedem fixerat et per decem annos prospere evangelizavit. Huc igitur seminarium translatum est, et ex eo tempore Keren vicariatus apostolici centrum habetur.

Lingua: Liturgica lingua, et qua omnes fere libri scripti sunt, est Ghez, quam Aethiopes vocant, sive aethiopica, quae ab Europaeis vocatur. Sermo vitae publicae est amharicus, qui in provinciis Amhara, Godscham, Schoa communis est. Lingua Tigriña in provincia Tigre maxime adhibetur et ab antiqua lingua Ghez derivata esse videtur; pleraeque enim voces et vocum formae hujus linguae etiam in Tigriña, alias Tigre vel Tigre-Bedan quoque dicta, inveniuntur, eadem apud incolas terrae Sambar et apud tribus septentrionem versus incolentes in usu est. Praeter haec idiomata alia etiam usu veniunt commixtione veterum Africae linguarum cum dialectis semiticis ortae.

Incolae: Numerus catholicorum Aethiopum est 10000, schismaticorum 3000000, judaeorum 30000, mahumetanorum 80000. Praeterea sunt in Abessinia nonnullae etiam paganae tribus.

Ecclesiae et sacella: In toto vicariatu apostolico Abessiniae sunt 10 ecclesiae et 2 sacella.

Clerus: Sacerdotes indigenae 20 et clerici indigenae 3, qui ritum aethiopicum sequuntur; congregationis Lazaristarum sacerdotes 10 et fratres laici 8, qui sunt ritus latini. In seminariis majore et minore plus quam 40 alumni sunt.

### 2. Vicariatus apostolicus Galla regionum.

Vicariatus apostolicus Africae inter populos Galla erectus est a. 1846 (30. Apr.); concredita est missio per decr. d. d. 8. Febr. 1863 Patribus Capucinis provinciae S. Ludovici in Gallia, cum prius a Capucinis ex Italia excoleretur.

Ambitus: Universa regio Galla; major pars dominio regis Chewae subjicitur; Assab ad Italiam pertinet.

Incolae: circiter 15000000, inter quos catholicorum 6000,

Sacerdotes: 13 (7 Capucini et 6 sacerdotes saeculares indigenae),

Stationes: primariae 4, secundariae 4,

Ecclesiae seu sacella: 6.

## D. Tripolis et Sudan.

### 1. Vicariatus apostolicus Sudan.

(Olim Africae centralis.)

Sudan, apostolicus vicariatus, erectus 1846, commissus est instituto Veronensi pro missionibus inter Nigritas. Residentia precaria vicarii apostolici: Cairum.

Ambitus: Ad septentrionem attingit missiones Tripolis et Aegypti, ad orientem mare Rubrum et vicariatum Nyanzae, ad meridiem vicariatus Nyanzae, Congi Belgici et Congi Gallici, ad occidentem praefecturas Saharae et Nigeriensem ac Camerun.

Incolae: ?

Sacerdotes: 12 in Aegypto et Suakim, Stationes: 3.

### 2. Praefectura apostolica Tripolitana.

Tripolis, quae Tripolis Barbariae dicitur ad differentiam Tripolis Syriae, emporium ab Europaeis mercatoribus celeberrimum, praefectura apostolica adscripta est Patribus Franciscanis reformatis. Residentia praefecti apostolici: Tripolis vulgo Tripoli.

Ambitus: Vetus Tripolitaniae regnum et Fezzan.

Incolae: 1 000 000, inter quos catholici 5 890,

Sacerdotes: 7, omnes Europaei et ex ordine Min. reformatorum,

Stationes: primariae 3 (2 paroeciae), secundariae 4, Ecclesiae: 2, Sacella: 2.

### Conspectus summarius

**dioecesium in Aegypto, Abessinia, Tripoli aliisque terris adjacentibus existentium.**

| Dioeceses etc. | Catholici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Vicariatus apostolicus Aegypti | ca. 45 000 | 67 |
| Praefectura apostolica ad delta Nili | | |
| Vicariatus apostolicus Aegypti Coptorum | ca. 27 000 | |
| Praefectura apostolica Aegypti superioris | | |
| Dioecesis Alexandrina Armenorum | 1 250 | 4 |
| " " Melchitarum | 7 000 | 21 |
| Vicar. patriarch. Aegypti infer Maronitarum | 800 | 6 |
| Dioecesis Alexandrina Syrorum | 600 | 2 |
| Vicariatus apostolicus Sudan | — | 12 |
| " " Abessiniae | 10 000 | 30 |
| " " Galla regionum | 6 000 | 13 |
| Praefectura apostolica Tripolitana | 5 890 | 7 |
| Summa | 103 540 | 162 |

## II. Regiones Tunetana, Algeriana et Maurocana.

1. Pars Africae, quam nunc aggredimur, strictiore significatione olim Africa vocata et in septem provincias civiles distributa est: Zeugitanam sive Africam proconsularem, Numidiam, Byzacenam, Mauritaniam Sitifensem, Mauritaniam Caesariensem, Tingitanam, Tripolim. Provincia proconsularis ab uno proconsule a vicarii auctoritate exempto administrata fuit, quippe qui soli praefecto praetorio Italiae parebat, sicut proconsules Asiae et Achajae solis Orientis et Illyrici praefectis subjecti erant; Byzacium autem, Numidia, Mauritania Sitifensis, Mauritania Caesariensis et Tripolis a quinque rectoribus tunc gubernabantur, quorum duo consulares Numidiae et Byzacio praeerant, et tres praesides Tripolitanam, Mauritaniam Sitifensem et Mauritaniam Caesariensem regebant. Tingitana vicario Hispaniae subjecta erat et sub eo a peculiari praeside administrata, idque ad haec usque tempora, quibus Africam Vandali usurparunt.

Ab initio hae provinciae civiles Romano patriarchae et non Alexandrino subditae erant. Quamvis septem civiles legantur in notitia imperii, tamen aetate Sancti Cypriani unica tantum erat provincia ecclesiastica, cujus episcopus Carthaginiensis solus metropolita fuit. Postea tamen in plures etiam provincias ecclesiasticas divisa est, aucto numero sedium episcopalium. Id tamen ea lege factum est, teste Carolo a Sancto Paulo, ut in singulis provinciis singuli tantum seniores episcopi aliis praeessent, quasi vicarii Carthaginiensis episcopi, nullis aliis metropolitanis institutis.

Regebant ergo singulas ecclesiae Africanae provincias singuli primates; quo nomine appellati, non ut alibi urbium metropoleon episcopi, sed qui honorem episcopatus ante alios essent consecuti in sua quisque provincia; quamobrem urbes saepe ignobiles primatem habuere, cujus auctoritate concilia inprimis indicebantur, et episcoporum controversiae dirimebantur. Una Carthago non seniorem aliquem e provincia, sed episcopum suum semper habuit primatem, eundemque ceterorum exarchum, nulla aetatis ejus habita ratione, quod et urbis dignitas et ipsa ecclesiae Africanae origo requirebat.

2. Provinciae ecclesiae Africanae saec. 4. et 5.

Secundum Steph. Ant. Morcellum S. J. (Africa christiana) saec. 4. et 5. hae ecclesiae Africanae exstiterunt.

*Ecclesiae provinciae proconsularis:*

Carthaginiensis, Abaritana, Abbenzensis, Abbir majoris, Abbir Germanicianae, quae et Abbiritana, Abitinensis, Aborensis, Absasallensis, Abtugnensis, quae et Autumnitana et Aptungensis, Abziritensis, quae et Abderitana, Advocatensis, Agensis, Altiburiensis, Amaderensis, quae et Ammederensis, Aptucensis, Araditana, Arensis, Assuritana, Ausafensis, Ausanensis, Auzuagensis, quae et Ausuagensis gemina, Belalitensis, Benennensis, Beneventensis, Biltensis, Binensis, Bocconiensis, Bollitana, Bonustensis, Bosetensis, Bullamensis, Bullensis, quae et Vullensis, Bulleriensis, Bulnensis, Buritana, Buslacena, Buzensis, Caeciritana, Calibiensis, Canapitanorum, Carpitana, Cefalensis, Celerinensis, Cellensis, Cerbalitana, Cibaliancnsis, Cicsitana, Cilibiensis, Cincaritana, Ciumtuturbi, Clypiensis, Cubdensis, Culcitanensis, quae et Culsitana et Culusitana, Curbitana, quae

et Curubitana, Drusilianensis, Duassenemsalitana, Eggensis, Furnitana, Giggensis, quae et Ziggensis, Girbensis, quae et Gerbensis et Gervitana, Gisipensis, quae et Gisipensium majorum, Giutrambacariensis, Gorensis, Gunelensis, quae et Gunelmensis, Hiltensis, Hipponis Diarrhyti, quae et Hipponensium Zaritorum et Hipzaritensis, Honoriopolitana, Horreensis, Labdensis, quae et Lapdensis, Lacubazensis, Larensis sive Larium, Libertinensis, Mattianensis, Maxulitana, Meglapolitana, Melzitana, quae et Melsitana, Membresitana, quae et Membressitana et Membrositana, Memblositana, Migirpensis, Missuensis, Mizigitana, Mullitana, Mustitana, Muzuensis, Naraggaritana, quae et Nagargaritana, Neapolitana, Nigrensium majorum, Nummulitana, Ofitana, Pappianensis, quae et Pupianensis, Pertusensis, Pisitensis, Pupitana, quae et Puppitana, Rucumensis, quae et Rucummae et Racumae, Rusucensis, Sajensis, Scilitana, Sebargensis, Sedelensis, Seminensis, Senempsalensis, Siccenensis, Siccensis, Sicilibbensis, quae et Sicilippae et Siciliae, Simidicensis, Siminensis, quae et Simminiensis, Simingitana, Simittensis, quae et Semitensis, Sinnarensis, quae et Sinuaritensis, Succubensis, Suensis, Taborensis, Tabucensis, Taciae Montanensis, quae et Tatiae Mont. et Tacanensis, Tadduensis, Tagaratensis, Tagorensis, Talborensis, Tauracinae, Telensis, Theudalensis, quae et Theodalensis et Eudalensis, Thinisae, quae et Tinnisensis, Thuccaboris, quae et Tuccaborensis, Tibursicensis Burae, Tigimmensis, Timedensis, quae et Timidae regiae, Tisilitensis, quae et Tisilensis, Titulitana, Tonnonensis, quae et Tennonensis, Trisipellis, Tuburbitanorum majorum, Tuburbitanorum minorum, Tuburnicensis, Tuccae, quae et Togiae, Tulanensis, Tunejensis, quae et Tuniensis, Tururitensis, Tyzicensis, Vagrautensis, Vallitana, Vaziensis, quae et Vazuensis, Verensis, Vicoturrensis, Villamagnensis, Visicensis, Ucitana, Uculensis, Urcitana, quae et Uracitana et Uricitana, Uticensis, Utimmirensis. Utinensis, Utzipparitana, quae et Uzipparitana, Uzalensis, quae et Uzialensis, Zarnensis, Zemtensis, quae et Zentensis, Zurensis.

*Ecclesiae provinciae Numidiae:*

Ajurensis, quae et Azurensis, Amporensis, Anguiensis, Apissanensis, Aquae Nobensis, Aquarum Tibilitanarum, Aquensis, Arsicaritana, Assabensis, Augurensis, Ausucurrensis, Babrensis, Badiensis, Bagajensis, Bajanensis, quae et Vajanensis, Bajesitana, Bamaccorensis, quae et Vamaccorensis, Bazaritana, quae et Vazaritana, Belesasensis, Berceritana, quae et Becerritana, Bofetana, Bucconiensis, Buffadensis, Bullensium regiorum, Burcensis, quae et Burgensis, Caelianensis, Caesariensis, Calamensis, Casarum Nigrensium, Casarum Silvanae, Casasmedianensis, Casensis Bastalensis, Casensis Calamensis, Castellana, Castelli Sinitensis, Castelli Titulitani, Castrorum Galbae, Cataquensis, Cemeriniana, Centenariensis, Centuriensis, Centurionensis, quae et Centurianensis, Ceramussensis, Circensis, Cirtensis, quae et Constantiniensis, Cuiculitana, Cullitana, Dianensis, Edistianensis, Enerensis, Fatensis, Fesseitana, Fissanensis, Formensis ad Idicram, Formensis Missoris, Fossalensis, quae et Fussalensis, Garbensis, Gaudiabensis, Gaurianensis, Gazaufalae, Gemellensis, Germaniensis, Gibbensis, Gilbensis, Girensis, Girumarcelli, Girutarasi, Hipponeregiensis, quae et Hipponensium regiorum, Hizirzadensis, quae et Izirianensis, Hospitensis, Jacterensis, quae et Zaltarensis, Idassensis, Idicrensis, Jucundianensis, Lamasuensis, quae et Lamasbae, Lambesensis, Lambiritana, Lamfuensis, quae et Lampuensis et Jamfuensis, Lamiggigensis gemina, Lamsortensis, Lamzellensis, Laritana, Legensis, Legiensis, Legisvoluminiensis, Liberaliensis, Limatensis, Lugurensis, Macomadiensis, quae et Macomaziensis, Madaurensis, Madensis, Magarmelitana, Manazenensium regiorum, Masculitana, Matharensis, Maximianensis, quae et Maximiuensis, Mazacensis, Megarmitana, Mesarfeltensis, Metensis, Midilensis, Milei, quae et Milevitana, Montensis, quae et Montena, Mòxoritana, Muliensis, Municipensis, Mustitana, Mutugensis, Naratcatensis, quae et Naraccatensis, Nibensis, Nicibensis, Nobabarbarensis, quae et Novabarbarensis, Nobagermaniensis, Nobasparsensis, quae et Nobaspartensis, Nobasinensis, quae et Novasinensis, Novapetrensis, Octabensis, Pudentianensis, Putiensis, Respectensis, Ressianensis, Rotariensis, Rusiccadiensis, Rusticianensis, Selemselitana, quae et Silemsilensis, Seleucianensis, Siguitensis, quae et Suggitana, Silensis, Sillitanus, Sistronianensis, Suavensis, Summensis, quae et Zummensis, Susicaziensis, Tabracensis, Tabudensis, Tacaratensis, Tagastensis, Tagorensis, Tamogadensis, quae et Tamogaziensis, Tarasensis, quae et Tharasensis, Tebestina, quae et Tevestina et Thebestis, Teglatensis, quae et Tegulatensis, Thibilitana, Tibursicensis, quae et Tubusicensis, Tididitana, quae et Tiseditana, Tigillabensis, Tigisitana, Tignicensis, Tipasensis, Tubuniensis, Tuccae, quae et Tuggae et Tuncensis, Tunudensis, Turrensis, Turris rotundae, Turrium Ammeniarum, Turrium concordiae, Tuzudrumes, Vadensis, Vageatensis, Vagensis, Vegeselitana, quae et Veselitana, Veselitana, Vensanensis, Vicopacatensis, quae et Vicopacensis, Villamagnensis, Villaregiensis, Villavictorianensis, Ullitana, Urugitana, Utmensis, Zabensis, Zamensis, Zaradtensis, quae et Zaraitensis, Zertensis.

*Ecclesiae provinciae Byzacenae:*

Abaradirensis, Abiddensis, Abissensis, Acolitana, Adrumetina, Afufeniensis, Aggaritana, Aggeritana, Amudarsensis, Ancusensis, Aquae Albensis, Albensis, Aquensis, Aquensium Regiorum, Aquiabensis, Arensis, Arsuritana, Autentensis, quae et Auteniensis, Auzagerensis, Banensis, Bennefensis, Bladiensis, Bulelialensis, quae et Bubelialensis, Byzaciensis, Cabarsussitana, Capsensis, quae et Capsitana, Carcabianensis, Carianensis

sive Casularum Carianensium, Cellensis, Cenculianensis, Cenensis, Cilitana, quae et Cillitana, Circitana, Crepedulensis, Cufrutensis, Culultana, Detorianensis, quae et Decorianensis, Dicensis, Dionysianensis, Durensis, Eliensis, Febianensis, Feradimajensis, quae et Feraditana major, Feraditana minor, Filacensis, Forontonianensis, quae et Ferontonianensis, Fortianensis, quae et Forianensis et Foratianensis, Frontonianensis, quae et Frotonianensis, Gaguaritana, quae et Gauvaritana, Garrianensis, Gattianensis, quae et Gatianensis, Germanicianensis, Gummitana, Gurgaitensis, quae et A Gurgitibus, Hermianensis, Hierpinianensis, quae et Hirpinianensis, Hirenensis, quae et Hirinensis et Irensis, Horreae Aninicensis, Horreae Caeliensis, Jubaltianensis, Juncensis, Leptiminensis, quae et Leptitana, Limmicensis, Macomadiensis Rusticiana, Macrianensis major, Mactaritana, Mandasumitana, quae et Madassumitana, Maraguiensis, Marazanensis, Masclianensis, Mataritana, Materianensis, Maximiensis, quae et Massimanensis, Medefessitana, quae et Menefessitana, Medianensis, Mibiarcensis, Midicensis, Miditana, quae et Mididitana, Mimianensis, Mozoteoritana, Munatianensis, Muzucensis, quae et Muzulensis, Narensis, Nationensis, Neptitana, quae et Neptensis, Octabensis, Octabiensis, Oppennensis, quae et Opemiensis, Pederodiadensis, Peradamiensis, Praecausensis, Praesidiensis, Putiensis, Quaestorianensis, Rufinianensis, Ruspensis, quae et Rusfensis et Rufensis, Ruspitensis, Sasuritana, Scebatianensis, Seberianensis, Segermitana, Septimunicensis, Sublectina, Sufetana, quae et Sufium, Sufetulensis, quae et Suficulensis, Sulianensis, Tabaltensis, quae et Tasbaltensis, Tagamutensis, quae et Thagamutensis, Tagarbalensis, quae et Targabolensis, Tagariatana, Tagasensis, Talaptensis, quae et Talaptulensis, Tamallensis, Tamallumensis, Tamateni, Tambajensis, quae et Tambeitana, Taprurensis, Tapsitana, Taraquensis, quae et Tarazensis, Teleptensis, Temonianensis, quae et Temoniarensis, Tetcitana, Thenitana, quae et Thenisiorum, Theuzitana, Thibaris, quae et Tibaritana, Ticensis, Ticualtensis, Tigualensis, Tiziensis, Trofinianensis, Tubulbacensis, Turditana, quae et Tusdritana, Turreblandina, Turrensis, Turretamallumensis, quae et Turrium Tamulus, Tuzuritana, quae et Tuziritana, Vadentinianensis, quae et Valentinianensis, Vagensis, Vararitana, Vassinassensis, Vegeselitana, quae et Vegeiselitana, Vicensis, Vicoateriensis, Victorianensis, Vitensis, Unizibirensis, quae et Uniziverensis, Uniricopolitana, quae et Unorecopolitana, Usulensis, quae et Usilabensis, Zellensis.

*Ecclesiae provinciae Mauretaniae Caesariensis et Tingitanae:*

Adquesirensis, Adsinuadensis, Agrensis, Alamiliarensis, Albulensis, Altabensis, Amaurensis, Ambiensis, Aquensis, Aquisirensis, Arenensis, Arsinnaritana, Bacanariensis, Balianensis, Baparensis, Benepotensis, Bidensis, Bitensis, Boncariensis, quae et Voncariensis, Bulturiensis, Buronitana, Buruc, Caesareensis, Caltadriensis, Caprensis, Caputcillensis, Cartennitana, Castellana, Castelli Jabaritani, Castelli Mediani, Castelli Minoritani, Castelli Ripensis, Castelli Tatroportensis, Castrorum Nobensium, Castrorum Seberianensium, Catabitana, Catrensis, Catulensis, Cessitana, quae et Cissitana, Columprutensis, Corniculanensis, Elfantariensis, quae et Elephantariensis, Fallabensis, Fenucletensis, Fidolomensis, Florianensis, Flumenzeritana, Frontensis, Girumontensis, Gratianopolitana, quae et Gratinopolitana, Gunugitana, Gypsariensis, Icositana, Idensis, Jomnitensis, Itensis, Juncensis, Lapidiensis, Majucensis, Malianensis, quae et Milianensis, Mammillensis, Manaccenseritana, Masuccabensis, Maturbensis, Maurensis, Maurianensis, Mediensis, Minensis, quae et Minnensis et Minuensis, Murconensis vel Nurconensis, Murustagensis, Mutecitana, Nabalensis, Nasbincensis, quae et Narbincensis, Nobae, quae et Novensis gemina, Nobicensis, Numidiensis, Obbensis, Oboritana gemina, Oppidonebensis, Oppinensis, Pamariensis, Panatoriensis, Priscianensis, quae et Prisianensis, Quidiensis, Regiensis, Reperitana, Rubicariensis, Rusadituuus, Rusgoniensis, quae et Rusguniensis, Rusubiccariensis, Rusubiritana, Rusuccurrensis, quae et Rusuccurritana, Satafensis, Sereddelitana, Sertensis, Sestensis, Sfasferiensis, Siccesitana, Sinnipsensis, Sitensis, Subbaritana, quae et Subaritana, Sucardensis, Sufasaritana, quae et Sufaritana, Sululitana, Summulensis, Tabadcarensis, quae et Tabarcarensis, Tablensis, Taborentensis, Tabuniensis, Tadamatensis, quae et Tadamensis, Tamadensis, quae et Tanudajensis, Tamazucensis, quae et Tamazensis, Tasaccurrensis, Ternamunensis, quae et Ternamusensis, Tifiltensis, Tigabitana, Tigamibenensis, Tigisitana, Timicitana, Timidanensis, quae et Timidianensis, Tingartensis, Tipasitana, Tubunensis, Tuscarniensis, Vagalitana, Vannidensis, Vardimissensis, Uhabensis, Villanobensis, Vissalsensis, Voncarianensis, Usinadensis, Zucabiaritana, quae et Zugabbaritana.

*Ecclesiae provinciae Mauretaniae Sitifensis:*

Acufidensis, Aquae Albensis, Assafensis, Asuoremixtensis, Castellana, Cedamusensis, Cellensis, Coviensis, Eminentianensis, Equizotensis, quae et Equizetana, Ficensis, Flumenpiscensis, Gezitana, Horrensis, Jerafitana, Igilgîtana, quae et Igillîtana, Lemelefensis, Lemfoctensis, quae et Lamfoctensis, Lesvitana, Macrensis, Macrianensis, Maronanensis, quae et Maronensis, Maxitensis, Medianorum Zabuniorum, Molicunzensis, quae et Molicuntensis, Moptensis, quae et Moctensis et Mozotensis, Nobalicianensis, Olivensis, Partheniensis, Perdicensis, Privatensis, Salditana, Satafensis, Serteitana, Sitifensis, Sociensis, Suristensis, Tamagristensis, Tamallumensis, Tamascaniensis, Thuccensis, Tubiensis, Tugusubditana, quae et Tubusubditana, Vamallensis, Vesceritana, Zabensis, Zallatensis.

*Ecclesiae provinciae Tripolitanae:*

Girbensis, quae et Girbitana et Gerbitana, Gittensis, Leptimagnensis, Neapolitana, Oensis, Sabratensis, Tacapitana.

Haec quidem sunt ecclesiarum Africanarum nomina, nec tamen omnia; eas enim hoc recensuimus, quarum certa provincia esset. Sunt et incerti loci aliae numero prope sexaginta.

3. Ab ipsis ecclesiae Africanae primordiis praestitisse Carthaginem nemo dubitat. Hujus enim civitatis episcopis jus est mature quaesitum, ut ceteros potestate anteirent, ipsaque Carthaginiensis ecclesia, ut est apud Augustinum, caput Africae appellaretur.

Sed spatium temporis haud valde diuturnum gloriose emensa consenescere ecclesia Africana coepit et ad occasum deflectere, ita tamen ut multo fuisset victura diutius, nisi vitam illata vis peremisset. Non enim senio ipsa suo confecta interiit, sed barbarorum armis oppressa succubuit. Revera exploratum est, quantum Afris malorum attulerint Vandali, quorum effrenati exercitus ubicumque vestigium posuissent, ad direptiones urbium caedemque civium Arianae veneno pestis adigebantur, ac tantus erat ubique terror, ut catholici „nullatenus respirarent, neque usquam orandi aut immolandi concederetur gementibus locus". Saeculo autem septimo, Sarraceni, hostes christiani nominis, cum easdem provincias, more procellae, inundavissent, acerbissimae servitutis jugo indigenis imposito, Carthaginem ipsam tot jam fessam aerumnis, igne ferroque exciderunt planeque perniciem et vastitatem ecclesiae intulerunt[1].

Quinto a Sarracenorum dominatione saeculo, cum germanae ecclesiae vix pauca ac prope evanescentia vestigia in Africa superessent, inventus est in Italia, qui salutem Africani generis ingenti animo complexus, de religione catholica illic restituenda cogitaret. Is fuit, quod nemo ignorat, S. Franciscus Assisiensis, qui Tunetum, ad oppidum proconsularis Africae princeps Carthaginique proximum, Aegidium et Electum alumnos suos submisit jussitque in iis hominibus ad instituta catholica revocandis, quantum possent, elaborare. Mox Gregorius IX. alios ex illo ipso instituto viros eodem in culturam animorum legavit, illorum tamen laboribus barbarica vexatione interceptis, necessario factum est, ut terra Africa apostolicos viros ad saeculum usque decimum septimum nullos habuerit. Tunc demum auctoritate Sacri Consilii christiano nomini propagando praefectura apostolica instituta est, quae Algeriensem, Tripolitanam ac Tunetanam provincias una complecteretur, eamque sodales Franciscales Capulati gerere jussi. Deinde praefectum apostolicum seorsim creari placuit, cujus potestati, quidquid est agri Tunetani, subesset, iidemque religiosi sodales ad id munus electi.

[1] Cf. Zeitschrift für katholische Theologie. Innsbruck 1886. p. 481 sq.: Der Untergang der Kirchen Nordafrika's im Mittelalter. Von Daniel Rattinger S. J.

Ineunte hoc saeculo cum militares Gallorum copiae in Africam adnavigassent inque maritimis oris victrices consedissent, constituta ibidem provincia est, cujus imperium apud eos esse coepit. Haud multo serius, dato Algeriensibus episcopo, amplissimae illae regiones, quae a Sarracenis diuturno dominatu tenebantur, veteris dignitatis aliquid recepisse visae sunt. Deinde dioecesibus Constantinae et Orani institutis, pluribus locis, in quibis olim ecclesia sospes et florens insederat, sanctissimi ritus catholici longo intervallo sunt restituti. Ipsa Tunetana regio, cum christianorum crevisset numerus, mutata in vicariatum apostolicum praefectura, episcopum a Romana Sede accepit[1].

### Archidioecesis Carthaginiensis.

„Urbem Africae splendisdissimam Carthaginem, quacum nulla ceterarum vel loci amplitudine vel operum magnificentia certare poterat, ex quo in populi Romani potestatem redacta florebat, majestas quoque proconsulis et fasces ornabant; postquam autem christianae doctrinae auctoritas Africae illuxit, novum Carthagini decus accessit primatis episcopi dignitas, ob quam ecclesia Carthaginiensis aliarum omnium, quae in Africa fuere, veluti mater habita, ac mature etiam factum est, ut quemadmodum ea urbs publicis operibus mirifice exculta eminebat, sic ipsa ecclesia maximis christianae religionis atque pietatis monumentis clarissima esset."

Archidioecesis Carthaginiensis resuscitata est die 19. Nov. 1884; limitibus amplioribus circumscripta d. 31. Martii 1885.

Ambitus: Tota regio Tunetana — 116000 kmq.

Incolae: ca. 1500000, inter quos judaeorum 45000, catholicorum 35000, Graeci uniti 400, protestantes 100, reliqui muhametani sunt.

Paroeciae: 24, cum totidem ecclesiis seu oratoriis publicis; quarum ecclesiarum duae, una Tuneti, altera Carthagine, cathedralium vice funguntur.

Sacerdotes: 53, ex quibus 23 saeculares.

### Provincia ecclesiastica Algeriensis.

Provincia ecclesiastica Algeriensis in Africa septentrionali erecta d. 25. Jul. 1866 dioecesibus Algeriensi, Constantiniana, Oranensi constituitur. Duae posteriores originem duxerunt dismembratione prioris.

1. *Archidioecesis Algeriensis:*

Algerium (Alger, Algier) inter duo promontoria in litore est, episcopatus ab a. 1838, metropolis vi bullae „Catholicae Ecclesiae auctor" d. d. 25. Jul. 1866, unitum habet titulum Juliae Caesareae.

[1] Ex litt. apost. „Materna Ecclesiae caritas" de sedis Carthaginiensis restitutione d. IV. Idus Novembris 1884.

Steph. Antonii Morcelli e societate Jesu, praepositi ecclesiae Clarensis, Africa christiana in tres partes tributa. Brixiae. Officina Bettoniana 1816.

Ambitus: Gubernium Algeriense, — 105 167 kmq.
Incolae: Omissis indigenis et militibus Gallis, Europaei 141 567,
Paroeciae: 8, Succursales: 97, Capellaniae: 27.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Constantiniana:*

Constantina (Cirta [1], Constantine), episcopatus vi bullae „Clementissimus Deus" d. d. 25. Jul. 1866, unitum habet titulum Hipponis Regii (Bonae) [2], D. Augustini episcopatu noti.

Ambitus: Gubernium Constantinense — 127 064 kmq.
Incolae: Europaei (sine militibus Gallis) 109 081,
Paroeciae: 5, Succursales: 63, Capellaniae: 17.

3. *Dioecesis Oranensis:*

Oranum (Portus Deorum, Oran), episcopatus vi bullae „Supremum pascendi munus" d. d. 25. Jul. 1866
Ambitus: Gubernium Oranense — 86 103 kmq.
Incolae: Europaeorum (sine militibus Gallis) 154 000,
Paroeciae: 5, Succursales: 73, Capellaniae: 13.

### Praefectura apostolica regni Maurocani sive Marochiensis.

Maroccum, Maurocum vulgo Marocco, praefectura apostolica restituta 1859, commissa est Patribus Franciscalibus. Residentia praefecti apostolici: Tingis.

Ambitus: Imperium Maurocanum sive Marochiense cum Fessano conjunctum.
Incolae: 6 000 000, inter quos catholicorum fere 5000,
Sacerdotes: 36 ex ordine patrum Franciscalium,
Stationes: primariae 6, subsidiariae 3, Ecclesiae 2,
Sacella: 8.

## Conspectus summarius

dioecesium in regionibus Tunetana, Algeriana et Maurocana existentium.

| Dioeceses. | Catholici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Archidioecesis Carthaginiensis | 35 000 | 53 |
| „ Algeriensis | 141 567 [3] | ca. 160 |
| Dioecesis Constantiniana | 109 081 [3] | ca. 120 |
| „ Oranensis | 154 000 [3] | ca. 105 |
| Praefectura apostolica Maurocana | 5 000 | 36 |
| Summa | 444 648 | ca. 474 |

[1] „Cirta Colonia nihil illustrius. Massanissae et successorum regia fuerat et Numidiae metropolis semper habita; quam munitissimam et omnibus rebus instructam fuisse. auctor est Strabo. A C. Caesaria temporibus colonia Sittianorum dici coeperat, P. Sittii militibus eo deductis, postquam C. Caesari in bello Africano egregiam operam utilemque navaverant. Ab aevo autem Constantini Aug., qui eam bello Maxentiano eversam restituerat, Constantina dicta est; unde episcopi ejus et Cirtenses et Constantinienses appellantur."

[2] „Hipponem ‚antiquis dilectum regibus' Silius, ‚Romanam civitatem' et ‚coloniam' appellat Augustinus; nec dubium, e primis Numidiae oppidis fuisse, sed tamen Augustini nomine potissimum et factis inclaruit."

[3] Europaei.

# III. Reliqua pars Africae.

## A. Africa centralis et orientalis.

### 1. Praefectura apostolica Sahara.

Praefectura apostolica Sahara erecta est per decretum d. d. 6. Aug. 1868 et concredita missionariis Algeriensibus.

Sacerdotes: 21, omnes Europaei,
Stationes: 8, compreheusis missionibus Berberorum in Kabylia,
Ecclesiae seu sacella: 12.

### 2. Vicariatus apostolicus Victoria Nyanza.

Victoria Nyanza, provicariatus a. d. 27. Sept. 1880, vicariatus a. d. 31. Maji 1883, denuo circumscriptus per decretum d. d. 30. Dec. 1886; missio concredita est missionariis Algeriensibus. Residentia vicarii apostolici: Rubaga.

Ambitus: Regnum, quod Uganda nominant, et alia minora regna.
Incolae: In regno Uganda et in regionibus ipsi tributariis ca. 4 000 000, catholici plus quam 1000,
Sacerdotes: 10, Stationes primariae: 2,
Ecclesiae: 2.

### 3. Vicariatus apostolicus Tanganjika.

Tanganjika, provicariatus a d. 27. Sept. 1880, denuo circumscriptus per decretum d. d. 30. Dec. 1886; missio concredita est missionariis Algeriensibus.

Incolae: ? Sacerdotes: 9, Stationes: 3.

### 4. Vicariatus apostolicus Unjanjembe.

Unjanjembe, vicariatus apostolicus a d. 30. Dec. 1886, commissus est curis missionariorum Algeriensium.

Ambitus: Ditiones plurium indigenarum regulorum.
Incolae: ? Sacerdotes: 6, Stationes: 2.

### 5. Vicariatus apostolicus Congi superioris.

Congus superior, vicariatus apostolicus a d. 30. Dec. 1886, concreditus est missionariis Algeriensibus.

Ambitus: Postremae meridio-orientales regiones Congi Belgici.
Incolae: ? Sacerdotes: 8,
Stationes: primariae 2, secundariae 15.

### 6. Vicariatus apostolicus Sansibariae septentrionalis.

Missio in regione Sansibariensi inchoata est a. 1860; praefectura apostolica Sansibariensis erecta est 1862, et vicariatus apostolicus per decretum d. d. 15. Nov. 1883; missio concredita est per decretum d. d. 9. Sept. 1872 congregationi Sancti Spiritus et Immaculati Cordis Mariae. Residentia vicarii apostolici: Sansibar.

Ambitus: Insula Sansibar et in continente portiones dominii principis (sultani) Sansibariensis et regionum interiorum, quae ab a. 1886 divisae sunt inter imperium Germaniae et regnum Anglicum.

Incolae: mahumetanorum 30 000 circiter, catholici 1800, alii ?

Sacerdotes: 18 e congregatione Sancti Spiritus et Immaculati Cordis Mariae,

Stationes: 10, Ecclesiae: 2, Sacella: 10.

### 7. Praefectura apostolica Sansibariae meridionalis.

Erecta est haec praefectura per decretum Sacrae Congregationis de propaganda fide d. d. 16. Nov. 1887 et curae congregationis Benedictinae Germaniae pro missionibus exteris demandata.

### 8. Provicariatus apostolicus Nyassa.

Hic provicariatus [1], erectus a. 1889, concreditus est missionariis Algeriensibus.

### 9. Praelatura Moçambique.

Praelatura Moçambique a Paulo Papa V. erecta d. 21. Jan. 1612.

Ambitus: Praelaturae territorium olim a promontorio Bonae Spei secundum litus oceani Iudici usque ad promontorium Gardafui patebat; nunc vero intra limites hodiernae coloniae Lusitanae coarctatur, quae a gradu parallelo 26° 15′ latitudinis australis sive a regione Maputo in districtu Lourenço Marques usque ad flumen Rovuma prope promontorium Delgado protenditur. Ad interiorem Africam versus generatim tam late patet quam ditio Lusitana, cujus fines parum sunt determinati.

Incolae: Numerus omnium incolarum a. 1885 aestimatus est ca. 177 060, inter quos praeter paucos protestantes Europaeos, multos paganos et mahumetanos multi sunt catholici, sed horum numerus non est exploratus. Id unum ex relationibus habetur, majorem incolarum orae maritimae et amplae regionis Sambesanae partem utcumque profiteri catholicismum.

Clerus: Sacerdotes 12, e quibus 6 religiosi societatis Jesu.

Paroeciae: 10; tres tamen nunc parocho et duae ecclesia carent cultui apta.

[1] „Par décret de la Sacrée Congrégation de la Propagande a été fondé le provicariat apostolique du Nyassa dans l'Afrique équatoriale avec les limites suivantes: au nord la ligne qui sépare le territoire placé sous la domination portugaise du territoire dépendant du gouvernement allemand; à l'est le 36° de longitude orientale (méridien de Greenwich); au sud le fleuve Ruo et le 14° de latitude méridionale; à l'ouest, il pourra s'étendre indéfiniment au nord du 15° de latitude méridionale.“ (Les Missions catholiques, 1889, p. 423.)

### 10. Missio Sambesana.

Missio Sambesana, erecta per decretum d. d. 2. Jul. 1879, concredita est patribus societatis Jesu.

Ambitus: Confinia missionis sunt ad septentrionem decimus gradus latitudinis australis a territorio Sansibariensi usque ad lacum Nyassa [1], tum limites australes vicariatuum Tanganjikae, Congi superioris, Congi Belgici et praefecturae Congi inferioris; ad orientem praefectura Sambese conterminat territoriis Sansibariensi et Lusitano, cujus tamen certi limites desiderantur; ad meridiem limes sequitur flumen Limpopo a puncto, quo ingreditur territorium Lusitanum, usque ad illud, ubi trajicit lineam tropici, atque inde lineam tropici usque ad 22° long. or. (a mer. Greenwich); ad occidentem praedicto arcu longitudinis terminatur. Ad missionem pertinent stationes in praelatura Moçambicae, in republica Africae meridionalis et in colonia Promontorii Bonae Spei.

Incolae: ?

Sacerdotes: 20 e societate Jesu,

Stationes: 9, Paroeciae: 2,

Ecclesiae et sacella: 12.

## Conspectus summarius

dioecesium in Africa centrali et orientali existentium.

| | Catholici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Praefectura apostolica Sahara | ? | 12 |
| Vicariatus apostolicus Nyanza | ? | 10 |
| „ „ Tanganjika | ? | 9 |
| „ „ Unjanjembe | ? | 6 |
| „ „ Congi superioris | ? | 8 |
| „ „ Sansibariae septentrionalis | 1800 | 18 |
| Praefectura apostolica Sansibariae meridionalis | ? | ? |
| Provicariatus apostolicus Nyassa | ? | ? |
| Praelatura Nullius Moçambique | ? | 12 |
| Missio Sambesana | ? | ? |
| Summa | ? | 75 |


## B. Africa occidentalis.

Die 14. Jul. 1634 decreta fuit missio in regionibus Guineae a Patribus Capucinis suscipienda, qui illuc sese brevi postea contulerunt non paucos Christo lucrifacientes. Attamen persecutiones subinde motae ab Hollandis harum regionum potitis missionem delevisse videntur. Sed haec iterum excitata est a. 1842, erecta in vicariatum apostolicum, a quo successivis temporibus plures missiones sejunctae sunt.

[1] Vide: Provicariatus apostolicus Nyassa.

## Vicariatus apostolicus utriusque Guineae

concreditus fuit Eduardo Baran, episcopo Constantiano; qui cum a 1845 discessisset, missionis cura demandata fuit congregationi Immaculati Cordis Mariae.




### 1. Vicariatus apostolicus Gabon.

(Olim utriusque Guineae.)

Vicariatus apostolicus utriusque Guineae erectus est a. 1842 et a. 1845 concreditus congregationi Spiritus Sancti et Immaculati Cordis Mariae. Residentia vicarii apostolici: Sancta Maria de Gabon.

Ambitus: Ad septentrionem habet praefecturam apostolicam Camerun, ad orientem vicariatum Sudan et Congum Gallicum, ad meridiem vicariatum Congi Gallici, ad occidentem oceanum Atlanticum.

Incolae: 1 000 000, inter quos catholicorum 5000,

Sacerdotes: 22 omnes Europaei,

Stationes primariae: 10, Ecclesiae: 3, Sacella: 7.

### 2. Praefectura apostolica Camerun seu fluminis Nigri inferioris.

Haec Praefectura divisione vicariatus apostolici Gabon originem duxit a. 1889.

Ambitus: Totum territorium inter flumen Nigrum et coloniam Gallicam fluminis Congi. Civitates majoris momenti sunt: Onitsha, Ndoni, Asaka etc.

Residentia praefecti apostolici: Onitsha.

Missio concredita est societati missionis Pallotinorum.

### 3. Vicariatus apostolicus Senegambiae cum adnexa praefectura Senegalliensi.

Senegambia, vicariatus apostolicus separatus a. 1863 a vicariatu utriusque Guineae; ab a. 1873 vicarius ap. regimen praefecturae Senegalliensis retinet, distinctis tamen manentibus territoriis.

Ambitus: Generatim comprehendit totum territorium Senegalliense seu Senegambiense Galliae subjectum. Missio Senegalliensis comprehendit urbes St. Louis et Gorée.

Incolae: 1 300 000 a Gallia directe dependentes, 2 000 000 sub protectoratu Galliae, catholicorum 12 000 (in praefectura 5500),

Sacerdotes: 16 (12 Europaei, 4 indigenae),

Stationes: primariae 8, secundariae 2,

Ecclesiae: 2 (in praefectura), Sacella: 12 (4 in praefectura).

### 4. Vicariatus apostolicus Sierrae Leonis.

Sierra Leone, vicariatus apostolicus per decretum d. d. 11. Apr. 1858, traditus est postea congregationi Spiritus Sancti et Immaculati Cordis Mariae. Residentia vicarii apostolici: Freetown.

Ambitus: Colonia Anglica Sierrae Leonis, colonia Francorum cum stationibus militaribus ad ostia fluminum Rio-Nunez, Rio-Pongo et Mellacorée; porro respublica Liberica; vicariatus certa confinia non habet ex parte interna continentis.

Incolae: In colonia Anglica 42 000 circiter, in republica Liberica 1 500 000, in colonia Gallica numerus eorum determinari non potest; catholicorum ca. 2000, haereticorum 20 000,

Sacerdotes: 8 e congregatione Sancti Spiritus et Imm. Cordis Mariae,

Stationes: 4,

Ecclesiae seu sacella: 4.

### 5. Praefectura apostolica Cimbebasiae.

Cimbebasia, praefectura apostolica erecta per decretum d. d. 3. Jul. 1879, commissa est congregationi Spiritus Sancti et Immaculati Cordis Mariae.

Ambitus: Demeraraland.

Incolae: Catholici pauci, alii ?

Sacerdotes: 12, Europaei e congregatione Spiritus Sancti et Immaculati Cordis Mariae,

Stationes: 4, Sacella: 4.

### 6. Vicariatus apostolicus Congi Gallici.

Congus Gallicus, vicariatus apostolicus, erectus per decretum d. d. 24. Nov. 1886, commissus est congregationi Spiritus Sancti et Immaculati Cordis Mariae.

Residentia vicarii apostolici: Loango.

Ambitus: Regio totius Congi Gallici.

Incolae: catholici 500, alii ?

Sacerdotes: 16, ex congregatione Spiritus Sancti et Immaculati Cordis Mariae,

Stationes: 4, Sacella: 5.

### 7. Praefectura apostolica Congi inferioris.

Haec praefectura erecta fuit a. 1640 per decretum d. d. 27. Jun., denuo excitata per decretum d. d. 9. Sept. 1865 commissa est congregationi Spiritus Sancti et Immaculati Cordis Mariae.

Ambitus: Ad septentrionem et orientem habet missionem Congi Belgici, ad meridiem praefecturas Cimbebasiae et Sambese; ad occidentem Atlantico oceano terminatur [1].

Incolae: catholici missionis ca. 500,

Sacerdotes: 14, omnes Europaei e congregatione Spiritus Sancti et Immaculati Cordis Mariae,

Stationes: 3, Sacella: 6.

### 8. Vicariatus apostolicus Congi independentis seu Belgici.

Congus independens, vicariatus apostolicus, erectus per decretum d. d. 2. Maji 1888, commissus est missionariis Belgis ex seminario Mechliniae.

Ambitus: Territorium Status Congi independentis (fere ex integro).

Stationes, quae in hac regione jam constitutae erant, retinentur a veteribus missionariis, donec novi ex Belgio succedant.

[1] Congianum regnum, quod saec. 15. in hac parte Africae existebat, a. 1485 a Lusitanis est detectum; ac subinde missa a Joanne II., Portugalliae rege, perhonorifica legatione cum tribus ordinis S. Dominici patribus ad Christi sacra traductum. Rex ipse Congiensis, baptismi lavacro tinctus, de regis Lusitani nomine Joannes et filius item ab Lusitani regis filio Alfonsus est nuncupatus. Is cum patri successisset, annis quinquaginta et regnum et religionem christianam adversus hostes ingenti animo defendit. Filium item suum Henricum cum aliis aliquot proceribus Romam misit ad debitam Sedi Apostolicae obedientiam praestandam. Alfonso successit filius Petrus, cujus aevo in S. Thomae insula collocatus est episcopus, qui et Congianis simul praeesset. Itaque in oppido S. Salvatoris paulo post institutum est collegium 28 canonicorum in S. Crucis basilica. Petro in regno successit Franciscus et huic Didacus. Quo quidem regnante ac petente Joannes III., Lusitaniae rex, aliquot societatis Jesu patres ad gentem istam in Christi doctrina retinendam pleniusque informandam a. 1548 transmisit. Didacus successorem habuit fratrem suum Henricum, Henricus autem Alvarum. Huic duo alii ex ordine Alvari in regni administratione sunt sufi'ecti.

### 9. Praefectura apostolica a Litore Aureo.

Haec praefectura per decretum d. d. 27. Sept. 1879 concredita est seminario Lugdunensi pro missionibus Africanis.

Ambitus: Litus Aureum et Litus Dentium cum regno Ashanti, Grand-Bassam et Assimie.

Incolae: catholici 700, alii? Sacerdotes: 5 Europaei,

Stationes: primariae 2, subsidiariae 2, Sacella: 4.

### 10. Praefectura apostolica Dahomeensis.

Dahomé, praefectura apostolica ab a. 1882, concredita est seminario Lugdunensi pro missionibus Africanis.

Ambitus: In praefectura continetur regnum Dahomé et variae respublicae gentium Minas.

Incolae: cath. 3200, alii ? Sacerdotes: 8 Europaei,

Stationes: primariae 3, secundariae 5,

Ecclesia: 1, Sacella: 4.

### 11. Vicariatus apostolicus Orae Benini.

Ora Benini; vicariatus apostolicus Dahomeensis erectus fuit a. 1860, qui a. 1870 appellatus est Vicariatus Orae Benini; missio adscripta est seminario Lugdunensi pro missionibus Africanis. Residentia vicarii apostolici: Lagos.

Ambitus: Colonia Anglica de Lagos, regnum Porto Novo a rege indigena gubernatum sub Galliae protectoratu, regna Yoruba, Isebou, Ibadam etc. gubernata ab indigenis regulis.

Incolae: catholici 13500, alii ?

Sacerdotes: 18 omnes Europaei, Stationes: 6,

Ecclesiae: 2.

### 12. Praefectura apostolica Niger-Binue.

Haec praefectura erecta est a. 1884 et curis commissa societatis Lugdunensis pro missionibus Africanis.

Ambitus: Pars imperii Gando, imperium Sokoto, regna Nupé, Haussa, Bornu, Adamawa.

Incolae: catholici pauci, alii ?

Sacerdotes: 5, Stationes primariae: 2, Sacella: 2.

## Conspectus summarius

### vicariatuum etc. in Africa occidentali existentium [1].


| Vicariatus apostolici etc. | Catholici | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Vicariatus apostolicus Gabon . . . . . . . . Praefectura apostolica fluminis Nigri inferioris . | 5 000 | 22 |
| „ „ Senegambiae . . . . . . | 12 000 | 16 |
| „ „ Sierrae Leonis . . . . . | 2 000 | 8 |
| „ „ Cimbebasiae . . . . . . | ? | 12 |
| „ „ Congi inferioris . . . . . | 500 | 14 |
| Vicariatus apostolicus Congi independentis . . . | ? | ? |
| Praefectura apostolica a Litore Aureo . . . . . | 700 | 5 |
| „ „ Dahomeensis . . . . . . | 3 200 | 8 |
| Vicariatus apostolicus Orae Benini . . . . . . | 13 500 | 18 |
| Praefectura apostolica Niger-Binue . . . . . . | ? | 5 |
| Summa | 36 900 | 108 |

[1] Excepta dioecesi S. Pauli de Loanda, de qua p. 52.

## C. Africa meridionalis et insularis.

### Synopsis evolutionis missionum in Africa meridionali atque insulis Africanis in oceano Indico jacentibus.

A. 1712 praefectura apostolica instituta est in insulis oceani Indici Madagascar, Réunion (tunc Bourbon), Mauritius (tunc Ile de France) etc., eamque sibi commissam habuit congregatio missionis Sancti Vincentii a Paulo; deinde Benedictus XIV. per breve d. d. 6. Oct. 1740 missiones illas archiepiscopo Parisiensi curandas commisit.




Ante a. 1806 Batavis coloniam promontorii Bonae Spei regentibus, duo in Africa meridionali tolerabantur catholici sacerdotes, qui in urbe Capetown degebant; vasta tamen quae circumjacet regio, nullius ministri evangelici sudoribus excolebatur. Anno autem praedicto Angli, pulsis Batavis, promontorium istud atque omnem Africae extremitatem meridionalem occuparunt; brevi vero praeses regius, nulla facta accusatione, nulla servata judicii forma, duos illos sacerdotes his finibus exturbavit. Ipsi vero dimissi ad insulam Mauritium appulerunt, unde ipsi vel alii per temporum intervalla catholicos hic degentes visitarunt, curaturi, si forte possent, ne lux christianae fidei in miserorum incolarum animis prorsus extingueretur. Anno circiter 1822 seu post sedecim annos ab expulsione alii duo sacerdotes in urbe Capetown sedem fixerunt, ubi misello extructo oratorio fidelium necessitatibus ministrare satagebant, parvo tamen exitu ob varias causas, ac praecipue ob magnam ab insula Mauritio (a cujus praelato pendebant) distantiam. Soli itaque ac fere derelicti nil extra urbem tentare valebant.

Anno demum 1837 Apostolica Sedes, vicariatu apostolico Africae meridionalis constituto, R. D. Raymundum Griffith, sacerdotem Dublinensem O. P., episcopum Palaeopolitanum atque primum totius Africae meridionalis vicarium apostolicum designavit. Ipse, duobus sacerdotibus et uno clerico comitantibus, huc appulit mense Aprili a. 1838, ac pro prima missa celebranda die Paschatis ejusdem anni grandius militare cubiculum a praefecto stativorum obtinuit. Exstabat quidem jam sacellum quoddam in urbe, sed ita injuria temporum fatiscens, ut vicarius merito illud „ruinam prorsus" esse scripserit. Primae missarum celebrationi intererant plurimi milites catholici et quotquot ex incolis, exiguo sane numero, unam fidem profitebantur.

Rebus in urbe, qua citius potuit, dispositis, vicarius apostolicus ad regionem, quae sibi commissa fuerit, visitandam egressus est; et hac prima vice Grahamstown usque, quae sexcenta millia passuum distat, perrexit. In tota autem interveniente regione quingentos et quinquaginta catholicos esse didicit, minutum in se numerum, sed maximum, si attendatur, plerosque jam a triginta annis vix praetereuntes vidisse sacerdotes et a decennio sacrorum rituum solatio prorsus fuisse destitutos.

Improbo demum cedens labori vinea Domini paulatim crevit, donec a. 1847 visum est Pontifici immensum tractum Rmo. Dno. Griffith assignatum in duos dividere vicariatus, districtuum nempe orientalis et occidentalis, iterum quoque a. 1850 subdividere districtum orientalem in duos vicariatus, quorum unus nomen priscum retinuit, alter vero Natalensis vocatus est. Recentius demum anno scilicet 1874 Sacra Congregatio de propaganda fide regionem quandam a vicariatu districtus occidentalis avulsam in praefecturam centralem constituit.

### 1. Vicariatus apostolicus districtus occidentalis promontorii Bonae Spei.

Vicariatus promontorii Bonae Spei erectus est per decretum d. d. 30. Maji 1837, divisus in duos, vicariatum districtus occidentalis et vicariatum districtus orientalis, qui a. 1850 subdivisus est. Anno demum 1874 a vicariatu districtus occidentalis avulsa est praefectura districtus centralis.

Ambitus: Provinciae civiles (vulgo divisions): Cape, Paarl, Malmesbury, Stellenbosch, Piquetberg, pars provinciae Clanwilliam, Tulbagh, Worcester, Robertson, Caledon, Bredasdorp, Swellendam et Riversdale (ex parte).

Incolae (1875): 178 336, inter quos catholici 3700,
Sacerdotes: 13,
Stationes: primariae 7, secundariae 30,
Ecclesiae: 9, Sacella: 2.

### 2. Praefectura apostolica districtus centralis promontorii Bonae Spei.

Haec praefectura separata fuit a. 1874 a vicariatu occidentali, ipsa a. 1882 commissa est vicario apostolico districtus occidentalis; ex ea divulsa est per decretum d. d. 20. Jun. 1886 praefectura apostolica a flumine Oranje nuncupata.

Ambitus: Provinciae civiles: Mossel Bay, Oudtshoorn, George, Knysna, Prince Albert, Beaufort West, Victoria West, Frasersburg, Carnarvon, Clanwilliam usque ad ripam septentrionalem fluvii Oliphant (oppido Clanwilliam incluso) nec non insulam Sanctae Helenae.

Incolae: 90 000, inter quos catholici 600,
Sacerdotes: 5, omnes Europaei,
Stationes: primariae 4, secundariae 17, Ecclesiae: 6.

### 3. Vicariatus apostolicus districtus orientalis promontorii Bonae Spei.

Hic vicariatus erectus est a. 1847.

Ambitus: Pars orientalis coloniae anglicae promontorii Bonae Spei, nempe provinciae civiles: Humansdorp, Uitenhage, Port Elizabeth, Graaff Reynett, Murrayburg, Richmond, Colesberg, Hope Town, Albert, Aliwal North, Wodehouse, Cradock, Queenstown, Somerset, Bedford, Middelburg, Alexandria, Stockenstroom, Victoria, Peddie, Bathurst, Albany.

Incolae: 109 158 europaeae originis, ex quibus catholicorum 5000,
Sacerdotes: 30,
Stationes: primariae 14, secundariae 18,
Ecclesiae: 10, Sacella: 13.

### 4. Praefectura apostolica fluminis Oranje.

Haec praefectura erecta est per decr. d. d. 28. Jun. 1884 et commissa Oblatis S. Francisci Salesii.

Ambitus: Provinciae: Namaqualand minor, Calvinia, Carnarvon (ex parte), Buschmannland, Namaqualand major aliaeque regiones.

Incolae: catholici ca. 320, alii ? Sacerdotes: 4,
Stationes: primariae 2, secundariae 4, Sacella: 2.

### 5. Vicariatus apostolicus Natal.

Vicariatus apostolicus Natal sejunctus est a vicariatu districtus orientalis promontorii Bonae Spei per decretum d. d. 5. Oct. 1850, separati ab eo sunt vicariatus status liberi Oranje et praefectura Transvaalensis (reipublicae Africae meridionalis, per decretum d. d. 15. Martii 1886; missio concredita est Oblatis Mariae Immaculatae. Residentia: Pietermaritzburg.

Ambitus: Colonia Natal, Cafreria, Zululand, Swaziland et Amatongaland.

Incolae: 1 000 000, quorum catholici 4100,
Sacerdotes: 18, Stationes primariae: 12,
Ecclesiae: 11, Sacella: 7.

### 6. Praefectura apostolica reipublicae Africae meridionalis.

Transvaal, nunc respublica Africae meridionalis, praefectura apostolica per decretum d. d. 15. Martii 1886, concredita est Oblatis Mariae Immaculatae.

Ambitus: Respublica Africae meridionalis.

Incolae: Europaeorum 100 000, indigenae 774 930, catholicorum circiter 2000,

Sacerdotes: 7 e congregatione Oblatorum,

Stationes primariae: 3, Ecclesiae: 3.

### 7. Vicariatus apostolicus status liberi Oranje.

Status liber Oranje, vicariatus apostolicus erectus a. 1886 per decretum d. d. 15. Martii, commissus est curae Oblatorum Mariae Immaculatae.

Ambitus: Status liber Oranje, Basutoland, Griqualand occidentalis (ex parte).

Incolae: 500 000, inter quos catholici 3500,

Sacerdotes: 12, omnes Oblati Mariae Immaculatae,

Stationes: 5, Ecclesiae: 6, Sacella: 3.

### 8. Praefectura apostolica Anno-bon etc.

Missio in insulis Anno-bon, Corisco et Fernando Po a. 1855 (10. Oct.) per decretum Sacrae Congregationis de propaganda fide restituta est; ab a. 1883 concredita est congregationi missionariorum S. Cordis Immaculati Mariae ex Hispania.

Ambitus: Insulae Fernando Po, Anno-bon, Corisco cum insulis Elobey; in continente promontorium Sancti Joannis.

Incolae: 3000 in Anno-bon, 1000 circiter in Corisco, 30 000 in Fernando Po cum 441 extraneis; catholici 4025.

Sacerdotes: 19, Stationes: primariae 7, secundariae 7,

Ecclesiae: 2, Sacella: 5.

### 9. Vicariatus apostolicus Madagascar.

Madagascar, praefectura apostolica ab a. 1844, vicariatus apostolicus per decretum d. d. 3. Febr. 1848, denuo praefectura ab a. 1850 et vicariatus apostolicus ab a. 1885; missio concredita fuit Patribus societatis Jesu 1850. Residentia vicarii apostolici: Tanariva.

Ambitus: Insula Madagascar.

Incolae: 5 000 000, inter quos catholici 73 640,

Sacerdotes: 45, omnes Europaei,

Stationes: primariae 24, secundariae 324,

Ecclesiae: 55, Sacella: 125. Modo vero aedificantur ecclesiae 17 et sacella 94.

### 10. Praefectura apostolica Mayottae, Nossibeae et Comorae insularum.

Insulae Sancta Maria, Mayotta et Nossibea prope insulam Madagascar per decretum d. d. 4. Sept. 1848 distinctam praefecturam efformant. Huic adnexae sunt a. 1858 insulae Anjuan, Mohely et Magna Comora. Insula Sancta Maria a. 1887 adjuncta fuit dioecesi Sancti Dionysii, in insula Réunion.

Ambitus: Insulae Anjuan, Mohely, Magna Comora, Nossibea, Mayotta.

Incolae: 140 000, inter quos catholicorum 5000,

Sacerdotes: 6, omnes Europaei,

Stationes: 4, nempe 2 in insula Nossibea et 2 in insula Mayotta.

### 11. Dioecesis Portus Ludovici.

Portus Ludovici (Port Louis), dioecesis a die 1. Dec. 1847.

Ambitus: Insulae Mauritii, Rodriguez, Chagos Diego Garcia.

Incolae: catholicorum 100 000,

Sacerdotes: 48, ex iis 6 ex societate Jesu, 11 ex congregatione Sancti Spiritus et Immaculati Cordis B. M. V., reliqui saeculares,

Ecclesiae: 29, 27 in insula Mauritio, 2 in Rodriguez,

Sacella: 67.

### 12. Vicariatus apostolicus Seychelles insularum.

Insulae Seychelles per decretum d. d. 26. Nov. 1852 separatae sunt a dioecesi Portus Ludovici (Port Louis) et in praefecturam apostolicam erectae sunt. Huic praefecturae adnexae fuerunt per decretum d. d. 6. Dec. 1854 insulae Amirantes et Agalega a praedicta dioecesi pariter sejunctae. Missio in vicariatum erecta est per decretum d. d. 31. Aug. 1880, ab a. 1863 concredita est Minoribus Capucinis provinciae Sabaudiae. Residentia vicarii apostolici: Port Victoria in insula Mahé.

Ambitus: Insulae Seychelles, insulae Amirantes, insulae Agalega et Coetivy.

Incolae: 17 236, inter quos catholici 14 822,

Sacerdotes: 14, ex ordine Capucinorum,

Ecclesiae: 10, Sacella: 10.

## Conspectus summarius

vicariatuum in Africa meridionali et insulari[1] existentium.

| Dioeceses, vicariatus, praefecturae. | Catholici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Vic. ap. districtus occidentalis prom. Bonae Spei | 3 700 | 13 |
| Praef. ap. „ centralis „ „ „ | 600 | 5 |
| Vic. ap. „ orientalis „ „ „ | 5 000 | 30 |
| Praef. ap. fluminis Oranje . . . . . . . . | 320 | 4 |
| Vic. ap. Natal . . . . . . . . . . . . | 4 100 | 18 |
| Praef. ap. reipublicae Africae meridionalis . . | 2 000 | 7 |
| Vic. ap. status liberi Oranje . . . . . . . | 3 500 | 12 |
| Praef. ap. Anno-bon etc. . . . . . . . . . | 4 025 | 19 |
| Vic. ap. Madagascar . . . . . . . . . . | 73 640 | 45 |
| Praef. ap. Mayottae, Nossibeae et Comorae insular. | 5 000 | 6 |
| Dioecesis Portus Ludovici . . . . . . . . | 100 000 | 48 |
| Vic ap. Seychelles insularum . . . . . . . | 14 822 | 14 |
| Summa | 216 707 | 221 |

[1] Exceptis dioecesibus in oceani Atlantici insulis existentibus; de dioecesi Reunionis cf. p. 62.

## Caput vigesimum septimum.

# America meridionalis.

1. Orbis novus, quem Christophorus Columbus Genuensis Ferdinandi Magni Regis Catholici auspiciis a. 1492 primus detexit, in duas ingentes paeninsulas dividitur, angusto inter se isthmo cohaerentes, quarum altera ad austrum, altera ad septentrionem longissimo tractu porrigitur.

Hispani et Lusitani, inter quos paeninsula Iberica divisa est, iidem et Americam meridionalem inter sese partiti sunt. Hispanorum possessiones ab ostiis Orinoco fluminis ad litora Oceani Magni (maris Pacifici) occasum versus indeque ad austrum usque ad civitatem Buenos Ayres protendebantur. Lusitani omnem inter Ucayali flumen atque ora amnis Amazonum sibi vindicabant regionem, donec per arbitros limitibus constituendis utrimque deputatos (comisiones de limites) exeunte saeculo superiore confinia inter ditionem Hispanorum ac Brasiliam Lusitanorum tales statutae sunt, quales fere adhuc habentur.

Dominia Hispanica tribus proregnis Neogranatensi, Peruano et Argentino (de la Plata) et capitanatibus generalibus Caracas sive Venezuelano et Chileno constabant. A. 1810 his in coloniis seditio orta est, qua paulatim Hispanorum dominatio penitus excussa est. Proregnis et capitanatibus generalibus successerunt diversae respublicae independentes. Consimile erat fatum Lusitanorum in Brasilia.

Ad politiam ecclesiasticam quod attinet, erant ex 5 archiepiscopatibus, quos enumerat jam a. 1620 Aubertus Miraeus, 3 in America meridionali, videlicet Limensis, Platensis et Sanctae Fidei in Novo regno Granatensi.

Limensi seu civitatis regum archiepiscopo hi suffragabantur episcopi: Cuzcensis (Cuzco), Arequipensis, Trugillensis seu Truxillensis vel Truxiliensis, Guamanganus vel Huamanganus, Quitensis.

Platensis quidem archiepiscopus in provincia Charquensi resedit et inter cetera oppida praefuit Potosino, longe amplissimo ac ditissimo; fuerant episcopi suffragantes: Barancanus in provincia Sanctae Crucis „de la Sierra", Pacensis in provincia de Chuquiago, Tucumanus in urbe Sancti Jacobi Esterensis residens (Santiago del Estero, en la provincia de Tucuman), Boni Aëris, Panamanus, Chilensis provinciae episcopus in urbe Sancti Jacobi residens, Imperialis urbis episcopus in provincia Chilensi (La Imperial), Assumptionis urbis episcopus in provincia Platensi, Paraguaianus.

Urbs Sanctae Fidei de Bogota, in provincia Novi regni Granatensis sita, habuit archiepiscopatum per Paulum V. institutum, cui suberant hi antistites: Popajanensis, Carthaginiensis (in urbe et portu celeberrimo Carthaginiensi), urbis Sanctae Marthae episcopus. His adjungebatur a quibusdam Margaritae episcopus.

## 2. Divisio politica. Superficies et incolae. Divisio ecclesiastica.

| Divisio politica. | Superficies kmq. | Incolae. | Divisio ecclesiastica. |
|---|---|---|---|
| Brasilia | 8 337 218 | 12 333 375 (1883) | Prov. eccles. Sancti Salvatoris in Brasilia, |
| Respublica Argentina | (2 835 970) | (3 805 000 [1887]) | Prov. eccles. Sanctissimae Trinitatis seu Boni Aëris, |
| | 3 074 260 | 4 218 000 | Vicariatus apostolicus Patagoniae septentrionalis, |
| Respublica Paraguaiae | (238 290) | (413 000) | Praefectura apostolica Patagoniae meridionalis, |
| Respublica Uruguaiae | 186 920,01 | 596 463 (1886) | Dioecesis exemta Montisvidei, |
| Respublica Chilena | 753 216 | 2 527 320 (1885) | Prov. eccles. Sancti Jacobi de Chile, |
| Respublica Boliviae | 1 139 250 | 2 303 000 | Prov. eccles. de Plata, |
| Respublica Peruviana | 1 049 270 | 3 050 000 | Prov. eccles. Limana, |
| Respublica Aequatorialis | 643 295 | 1 146 033 | Prov. eccles. Quitensis, |
| Status foederati Novae Granatae seu Columbiae | 1 327 850 | 3 403 532 | Prov. eccles. Sanctae Fidei in Indiis, |
| Status foederati Venezuelae | 1 539 398 | 2 198 920 (d. 1. Jan. 1886) | Prov. eccles. Sancti Jacobi de Venezuela, |
| Guyana Britannica | 221 243 | 429 333 | Vicariatus apostolicus Demerara, |
| „ Hollandica | 119 321 | 70 853 | „ „ Surinam, |
| „ Gallica | 121 413 | 24 656 | „ „ Cayenne. |

Patagonia, Demerara, Surinam, Cayenne, porro compluria missionum collegia ordinis Sancti Francisci in Brasilia, in rebuspublicis Aequatoriali, Peruviana, Chilena, Boliviana, Argentina inque statibus Columbiae foederatis Sacrae Congregationi de propaganda fide subordinata sunt.

## I. Provincia ecclesiastica de Plata.

Provincia ecclesiastica de Plata amplectitur totam rempublicam Boliviae. Vinculo jurisdictionis metropolitanae uniuntur cum ecclesia metropolitana de Plata ecclesiae episcopales: Cochabambensis, Pacensis, Sanctae Crucis de Sierra.

1. *Archidioecesis de Plata:*

Plata (La Plata, Súcre, Charcas, Chuquisaca de Plata), dioecesis a d. 27. Jun. 1551, archidioecesis a d. 20. Jul. 1609.

Ambitus: Gubernia (departamentos) Chuquisaca, Potosí, Oruro, Tarija (excepta regione de Cobija).

Incolae: catholicorum 928 000, Sacerdotes: 198,
Paroeciae: 134, Ecclesiae et sacella: 514.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Cochabambensis:*

Cochabamba, dioecesis erecta d. 25. Jun. 1847.

Ambitus: Gubernia Cochabamba et Beni (ex ea parte, quae constituit provinciam Secure).

Incolae: catholici 193 366, protestantes 30,
Sacerdotes: saeculares 138, regulares 22,
Clerici: 15, Paroeciae: 55,
Ecclesiae: 62, Sacella publica: 18.

3. *Dioecesis Pacensis seu de Pace*:*

Paxia (La Paz, Nuestra Señora de la Paz), dioecesis erecta a. 1608.

Ambitus: Gubernia La Paz et Beni (ex parte, quae constituit provinciam Magdalena).

Incolae (1883): catholicorum ca. 680 000,
Sacerdotes: ? Paroeciae (1859): 37,
Ecclesiae et sacella: ?

4. *Dioecesis Sanctae Crucis de Sierra:*

Sancta Crux de Sierra (Santa Cruz de la Sierra), dioecesis erecta d. 6. (5.) Julii 1605, a principio suffraganea metropolitanae ecclesiae Limanae, a d. 20. Jul. 1609 subdita metropoli de Plata.

Ambitus: Gubernia Santa Cruz et Beni (ex ea parte, quae constituit provinciam Cercado vel Mojos).

Incolae: cathol. (1888) 250 000, Indiani infideles ?
Sacerdotes: 104, Paroeciae: 54,
Ecclesiae: 63, Sacella publica: 4.

Fontes:

Mapa de las misiones franciscanas y tribus salvages existentes en Bolivia en 1883 y 1884.

Las misiones franciscanas entre los infides de Bolivia descripcion del estado de ellas en 1883 y 1884 por el R. P. Fr. José Cardús. Barcelona 1886.

## II. Provincia ecclesiastica Sancti Salvatoris in Brasilia.

Ad constituendam provinciam ecclesiasticam Sancti Salvatoris cum ecclesia metropolitana coalescunt hae suffraganeae: Belemensis de Para, Cuyabensis, Adamantina, Marianensis, Fortalexiensis, Goyasensis, Sancti Ludovici de Maragnano, Olindensis, Sancti Pauli in Brasilia, Sancti Petri Fluminis Grandis Australis, Sancti Sebastiani Fluminis Januarii.

1. *Archidioecesis Sancti Salvatoris in Brasilia:*

Dioecesis Sancti Salvatoris (Bahia de Todos os Santos, San Salvador de Todos os Santos)[1] erecta est bulla Julii III. „Super specula militantis Ecclesiae" d. d. 1. Mart. 1555 et suffraganea patriarchatui Ulysipponensi adscripta. Antea omnis Brasilia jurisdictioni episcopi Funchalensis suberat, qui titulum metropolitae et primatis orientis acceperat per bullam Pauli III. „Romani Pontificis" d. d. 8. Jul. 1539. Archiepiscopatus creatur bulla Innocentii XI. „Pontificis pastoralis sollicitudo" d. d. 16. Nov. 1676.

Archiepiscopus titulo metropolitae et primatis Brasiliae insignitur.

Ambitus: Provinciae Bahia de Todos os Santos et Sergipe — 465 517 kmq.

Incolae: catholicorum ca. 2000000, acatholici ca. 500,
Sacerdotes: 346,
Paroeciae: 226, quarum 192 in provincia Bahia, 34 in provincia Sergipe,
Ecclesiae: 226, Sacella: 499.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Belemensis de Para:*

Dioecesis Belemensis (Belém do Pará, Santa Maria de Belém) originem duxit divisione dioecesis Sancti Ludovici de Maragnano, facta vi bullae Clementis XI. „Copiosus in misericordia" d. d. 4. Martii 1719. A principio erat suffraganea patriarchatui Ulysipponensi, deinde sub jurisdictione archiepiscopi et metropolitae Sancti Salvatoris bulla Innocentii XI. „Pontificis pastoralis sollicitudo" d. d. 16. Nov. 1676 posita est.

Ambitus: Provinciae Grão Pará et Amazonas — 3 046 732 kmq.

Incolae (1883): 424 453, Sacerdotes: ?
Paroeciae (1860): 98, quarum 69 in provincia Grão Pará.

3. *Dioecesis Cuyabensis:*

Praelatura Cuyabensis erecta est vi bullae Benedicti XIV. „Candor lucis aeternae" d. d. 6. Dec. 1745, dioecesis vero (Cuyabá, Senhor Bom Jesus de Cuyabá) vi bullae Leonis XII. „Sollicita catholici gregis" d. d. 15. Jul. 1826.

[1] Anno 1549 Joannes, Lusitaniae rex, opera Thomae Sosae praetoris, urbem novam, cui postea San Salvatoris nomen est inditum, in Brasilia condi jussit. Sita est ea ad „bahia", quod vocant Omnium Sanctorum. Caeterum „bahia" tametsi Lusitanis idem est quod sinus maris et ora ad illum maritima, obtinuit tamen usus in Brasilia, ut hoc nomine ob ejus nobilitatem sinus et ager, in quo sita est urbs S. Salvatoris, et urbs ipsa nunc significetur.

Ambitus: Provincia Matto Grosso — 1 379 651 kmq.

Incolae (1888): catholicorum 80 000, aboriginum ethnicorum 20 000, alii 50,

Sacerdotes: 19,

Paroeciae (1888): 17, Ecclesiae: 20.

4. *Dioecesis Adamantina*:*

Adamantinum (Diamantina), dioecesis creata bulla Pii IX. „Gravissimum sollicitudinis" d. d. 6. Jun. 1854.

Ambitus: Pars occiduo-septentrionalis provinciae Minas Geraes.

Incolae: ? Sacerdotes: ?

Paroeciae (1860): 55, Ecclesiae: ?

5. *Dioecesis Marianensis:*

Mariana (Marianna), dioecesis creata est a Papa Benedicto XIV. bulla „Candor lucis aeternae" d. d. 6. Dec. 1745. A. 1854 plures paroeciae fuerunt hinc avulsae ad novam dioecesim Adamantinensem, quae tunc est creata; et septimo post anno paroeciae duae, quae finibus Adamantinensis dioecesis comprehendebantur, sunt huic adnexae.

Ambitus: Pars meridionalis provinciae Minas Geraes, in quantum ad dioeceses Sancti Pauli et Fluminis Januarii non pertinet.

Incolae (1888): cathol. ca. 1 500 000, acathol. 1000,

Sacerdotes: 395, Paroeciae: 258, Ecclesiae: 258.

6. *Dioecesis Fortalexiensis:*

Fortalexia (Fortalezza), dioecesis erecta bulla Pii IX. „Pro animarum salute" d. d. 6. Jun. 1854.

Ambitus: Provincia Ceará, exceptis duabus paroeciis, quae ad dioecesim Sancti Ludovici de Maragnano pertinent — 104 250 kmq. (tota provincia Ceará).

Incolae: catholici 649 840, protestantes 150, judaei 12,

Sacerdotes: 141, Clerici: 14, Paroeciae: 74,

Curatia: 1, Ecclesiae: 78, Sacella: 211.

7. *Dioecesis Goyasensis*:*

Goyasium (Goyaz), praelatura vi bullae Benedicti XIV. „Candor lucis aeternae" d. d. 6. Dec. 1745, dioecesis vi bullae Leonis XII. „Sollicita catholici gregis" d. d. 15. Jul. 1826.

Sedes episcopalis: Villa Boa.

Ambitus: Provincia Goyaz — 747 311 kmq.

Incolae (1883): 191 711, Sacerdotes: ?

Paroeciae (1860): 52, Ecclesiae: ?

8. *Dioecesis Sancti Ludovici de Maragnano:*

Sancti Ludovici de Maragnano (San Luiz de Maranhão) praelatura annexa Olindensi bulla Pauli V. d. d. 15. Jul. 1614, episcopatus vi bullae Innocentii XI. „Super universas orbis ecclesias" d. d. 29. Sept. 1677. Ex bulla Benedicti XIV. „Salvatoris nostri" 13. Dec. 1740 patet, dioecesim jam tum suffraganeam patriarchae Ulysipponensis fuisse. Haec relatio mutata est bulla Leonis XII. „Pontificia Romanorum" d. d. 15. Jun. 1827, qua metropoli Sancti Salvatoris subdita est.

Ambitus: Provinciae Maranhão et Piauhy cum duabus paroeciis provinciae Ceará — 694 442 kmq.

Incolae: 750 000, ex his catholici 729 800, protestantes 200, ethnicorum 20 000,

Sacerdotes: 90, inter quos 2 regulares, Clerici: 6,

Paroeciae: 94, Ecclesiae: 104, Sacella publica: 4.

9. *Dioecesis Olindensis*:*

Olinda prope Pernambucum, praelatura a d. 15. Jul. 1614, episcopatus vi bullae Innocentii XI. „Ad sacramenta" d. d. 22. Nov. 1676.

Ambitus: Provinciae Pernambuco, Rio Grande do Norte, Parahyba, Alagôas — 319 102 kmq.

Incolae (1883): 2 113 947, Sacerdotes: ?

Paroeciae (1860): 144, quarum 62 in provincia Rio Grande do Norte, 32 in provincia Parahyba, 24 in provincia Alagôas,

Ecclesiae: ?

10. *Dioecesis Sancti Pauli in Brasilia*:*

Sancti Pauli (São Paulo) episcopatus vi bullae Benedicti XIV. „Candor lucis aeternae" d. d. 6. Decembris 1745.

Ambitus: Provinciae São Paulo et Paraná cum exigua parte provinciae Minas Geraes — 512 195 kmq. (omissa ista parte provinciae Minas Geraes).

Incolae (1883): 1 248 618 (exclusis iis, qui degebant in ista exigua parte provinciae Minas Geraes, quae ad dioecesim pertinet),

Sacerdotes: ?

Paroeciae (1860): 159, quarum 117 in provincia São Paulo, 19 in provincia Paraná, 23 in provincia Minas Geraes,

Ecclesiae: ?

11. *Dioecesis Sancti Petri Fluminis Grandis Australis:*

Dioecesis Sancti Petri (São Pedro do Rio Grande do Sul) erecta est bulla Pii IX. „Ad oves pascendas" d. d. 7. Maji 1848.

Ambitus: Prov. Rio Grande do Sul — 236 553 kmq.

Sedes episcopalis: Portus alacer (Portalegre).

Incolae: catholicorum 750 000, acatholicorum 50 000, qui si paucos Indianos infideles in remotioribus provinciae partibus degentes excipias, ex Germania immigrarunt et sectae protestantium addicti sunt.

Sacerdotes: 153, Clerici: 14, Paroeciae (1888): 95.

Ecclesiae: 95, Sacella: 115.

12. *Dioecesis Sancti Sebastiani Fluminis Januarii:*

Flumen Januarii (Rio de Janeiro), praelatura a die 19. Jul. 1576, dioecesis vi bullae Innocentii XI. „Romani Pontificis" d. d. 22. Nov. 1676.

Ambitus: Provinciae Rio de Janeiro, Espiritu Santo, Santa Catharina, Municipio Neutro cum exigua parte provinciae Minas Geraes — 189 371 kmq. (omissa ista parte provinciae Minas Geraes).

Incolae (1883): 1 676 159 (iis exceptis, qui degebant in provincia Minas Geraes),

Sacerdotes: ?

Paroeciae (1860): 202, quarum 19 in provincia Municipio Neutro, 93 in provincia Rio de Janeiro,

Ecclesiae: ?

Fons: Direito civil eclesiastico Brazileiro antigo e moderno em suas relações com o direito canonico ou collecçao completa etc. per Candido Mendes de Almeida. Rio de Janeiro, B. L. Garnier, livreiro editor, rua do Ouvidor 69. 1866.

## III. Provincia ecclesiastica Sancti Jacobi de Chile.

Haec provincia ecclesiastica tam late patet quam respublica Chilena et constat ex archidioecesi Sancti Jacobi de Chile et dioecesibus suffraganeis Sanctissimae Conceptionis de Chile, Sancti Caroli Ancudiae de Chiloe, Serenopolitana.

1. *Archidioecesis Sancti Jacobi de Chile:*

Sancti Jacobi de Chile (Santiago de Chile) dioecesis erecta d. 17. Martii 1561, archidioecesis a die 21. Maji 1840.

Ambitus: Provinciae Aconcagua, Colchagua, Curicó, O'Higgins, Santiago, Talca, Valparaiso, insulae Más a Tierra et Más a fuera (ex insulis Juan Fernandez) — 67 642 kmq.

Incolae: catholicorum 1 148 000, protestantium ca. 6000, qui praecipue incolunt provinciam Valparaiso.

Sacerdotes: 357, Paroeciae: 81, Filiales: 19,

Ecclesiae: 197, Sacella publica: 205.

Fons: Catalogo de los ecclesiasticos de ambos cleros, casas relijiosas, iglesias i capillas del arzobispado de Santiago de Chile a principios del año 1888. Santiago 1888.

### Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Sanctissimae Conceptionis de Chile*:*

SS. Conceptio (Concepcion), dioecesis erecta die 22. Maji 1563.

Ambitus: Provinciae Arauco, Bio-bio, Concepcion, Nuble, Maule, Linares, Angol — 72 261 kmq.

Incolae (1884): 791 349, Sacerdotes: ?

Paroeciae (1859): 41, Ecclesiae: ?

3. *Dioecesis Sancti Caroli Ancudiae de Chiloe:*

Sancti Caroli Ancudiae (San Carlos d'Ancud) dioecesis erecta d. 27. Maji 1840.

Ambitus[1]: Provinciae Chiloe, Llanquihue, Valdivia, Arauco (pars meridionalis), territorium Magallanes — 245 144 kmq.

[1] Dioecesis sita est in parte maxime australi reipublicae Chilensis et versus septentrionem flumine Cautin seu Imperial terminatur, meridiem versus promontorio Hornio, ad orientem montibus Andium et ad occidentem oceano Pacifico, ac hisce finibus provincias Llanquihuensem, Valdivianam et partem meridionalem Auracii septentrionem versus continet, provinciam Chiloënsem maxime meridionalem, territorium Magellanesium et insulam Mochensem (de la Mocha), sitam paullulum supra gradum parallelum 39.

Incolae: catholicorum in provincia Chiloe numerantur 81 000, in Llanquihue 60 000, in duabus regionibus provinciae Valdiviae 52 000, in ipsa civitate 7000, in civitate Union 3000; dissidentes 5200, Indianorum infidelium 5000 (in provincia Valdiviae).

Sacerdotes: saeculares 18, regulares 31,

Paroeciae: 12.

4. *Dioecesis de Serena seu Serenopolitana:*

Serenopolis (La Serena, Reina de Serena vel Coquimbo), dioecesis erecta d. 1. Jul. 1840.

Ambitus: Provinciae Coquimbo et Atacama — 145 257 kmq.

Incolae (1888): catholici 232 387, acatholicorum 6000,

Sacerdotes: 58, Paroeciae: 18, Filiales: 14,

Ecclesiae: 44, Sacella: 81.

## IV. Provincia ecclesiastica Sanctissimae Trinitatis de Buenos Ayres*.

Provincia ecclesiastica Sanctissimae Trinitatis litteris apostolicis Pii IX. „Immutabili sua voluntate" d. d. 5. Mart. 1865 constituta est pro tota republica Argentina simul cum Paraguay ex archidioecesi SS. Trinitatis et dioecesibus suffraganeis Cordubensi, Sancti Joannis de Cuyo, Paranensi, Saltensi, Paraguaiana.

1. *Archidioecesis SS. Trinitatis de Buenos Ayres seu Boni Aëris:*

Bonus Aër (Buenos Ayres), dioecesis erecta a. 1582.

Ambitus: Provincia Buenos Ayres.

Incolae (1882): 907 000, Sacerdotes: ?

Paroeciae (1859): 24, Ecclesiae: ?

### Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Cordubensis:*

Corduba in Tucamania (Cordoba), dioecesis erecta a. 1570.

Ambitus: Provinciae Cordoba et Rioja.

Incolae (1882): 407 000, Sacerdotes: ?

Paroeciae (1859): 24, Ecclesiae: ?

3. *Dioecesis Sancti Joannis de Cuyo:*

Sancti Joannis de Cuyo (San Juan de Cuyo) dioecesis erecta d. 13. Oct. 1834.

Ambitus: Provinciae San Luiz, Mendoza, San Juan, Territor. nacionales.

Incolae (1882): 378 000, Sacerdotes: ?

Paroeciae (1859): 23, Ecclesiae: ?

4. *Dioecesis Paranensis:*

Paraná, dioecesis erecta vi bullae „Vel a primis" d. Idibus Jun. 1859.

Ambitus: Provinciae Santa Fé, Entre Rios, Corrientes.

Incolae (1882): 579 000, Sacerdotes: ?

Paroeciae (1859): 39, Ecclesiae: ?

5. *Dioecesis Saltensis in Argentina:*

Salta Argentina, dioecesis erecta d. 28 Mart. 1806.

Ambitus: Provinciae Santiago, Catamarca, Tucuman, Salta, Jujuy, territoria Gran Chaco et Vermejo.

Incolae (1882): 671 000 (sine iis, qui in territoriis degebant),

Sacerdotes: ? Paroeciae (1859): 54, Ecclesiae: ?

6. *Dioecesis de Paraguaiana:*

Respublica Paraguaiana, dioecesis erecta a. 1547. Residentia episcopalis: Asuncion.

Ambitus: Paraguay — 238 290 kmq.

Incolae (1879): 346 048 (exceptis Indianis),

Sacerdotes: ? Paroeciae (1859): 92, Ecclesiae: ?

7. *Vicariatus apostolicus Patagoniae septentrionalis:*

Patagonia septentrionalis, vicariatus apostolicus erectus est per decretum Sacrae Congregationis de propaganda fide d. d. 15 Nov. 1883. Residentia vicarii apostolici: Carmen de Patagones.

Ambitus: Pars Patagoniae, quae sita est inter flumina Colorado et Chupat.

Incolae: catholicorum 25 000, protestantium 2000, indigenarum in regionibus huc usque exploratis 20 000,

Clerus: sacerdotes (presbyteri e congregatione Salesiana) 14, clerici 10, catechistae 10,

Paroeciae: 3,

Stationes cum residentia missionarii 5, subsidiariae 45,

Ecclesiae: 3, Oratoria: 8.

8. *Praefectura apostolica Patagoniae meridionalis:*

Patagonia meridionalis, praefectura apostolica erecta est per decretum Sacrae Congregationis de propaganda fide d. d. 27. Nov. 1883.

Ambitus: Pars meridionalis Patagoniae; insulae Falkland seu Malvinae, Punta Arenas ad fretum Magellanicum.

Incolae: catholicorum 3000, haeretici 800, indigenarum 6000.

Sacerdotes: 5 (presbyteri e congregatione Salesiana), Catechistae: 5,

Paroecia: 1, Stationes: primariae 2, subsidiariae 4.

Fontes:

„Missiones catholicae", 1888.

Memoria presentada al congreso nacional de 1887 por el ministro de justicia, culto é instruccion pública Dr. D. Filemon Posse. Tom. II. Anexos, Buenos Aires 1887, p. 340: Informe anual del arzobispado: Misiones de la Patagonia.

## V. Provincia ecclesiastica Quitensis.

Provincia ecclesiastica Quitensis, quae amplectitur totam rempublicam Aequatorianam (Ecuador), dividitur sensu ecclesiastico in archidioecesim Quitensem et in dioeceses suffraganeas: Ibarrensem, Bolivarensem, Conchensem, Lojanensem, Guayaquilensem, Portus Veteris. Ad eam etiam pertinet vicariatus apostolicus pro Indianis in territoriis orientalibus degentibus erectus, qui vulgo „del Oriente" vocatur.

1. *Archidioecesis Quitensis:*

Quitum (Quito), dioecesis erecta per bullam Pauli III. „Super specula militantis Ecclesiae" d. d. 8. Jan. 1545, archiepiscopatus ab a. 1848.

Ambitus: Provinciae Pichincha (pagi Quito, Cayambe, Mejia), Léon (pagi Latacunga et Pujili), Tunguragua (pagi Ambato, Peliléo, Pillaro).

Incolae (1888): catholicorum 320 000,

Clerus: sac. saec. 110, sac. reg. 81,

Paroeciae: 81, Ecclesiae: 81.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Ibarrensis:*

Ibarra, dioecesis erecta per bullam d. d. 29. Dec. a. 1862 et per decretum d. d. 4. Aug. 1865.

Ambitus: Provinciae Carchi (pagus Tulcán) et Imbabura (pagi Ibarra, Otávalo, Cotacache), 30 103 kmq.

Incolae (1885): catholici 101 436,

Sacerdotes: 41, Paroeciae: 25,

Ecclesiae: 23, Sacella: 15, Oratoria: 8.

3. *Dioecesis Bolivarensis:*

Bolivarum (Riobamba), dioecesis erecta d. 5. Jan. 1863.

Ambitus: Provinciae „del Chimborazo" (pagi Riobamba, Guano, Colta, Alausi, Sangay) et „de Bolivar" (pagi Guaranda, Chimbo, San Miguel).

Incolae (1888): catholicorum ca. 200 000,

Sacerdotes: 63,

Ecclesiae et sacella: 48.

4. *Dioecesis Conchensis*:*

Concha (Cuenca), dioecesis erecta d. 1. Jul. 1786.

Ambitus: Provinciae Cañar (pagi Cañar et Azogues), Azuay (pagi Cuenca, Gualaceo, Paúte, Giron, Gualaquiza) — 29 288 kmq.

Incolae (1885): 147 634, Sacerdotes: ?

Paroeciae: ? Ecclesiae: ?

5. *Dioecesis Lojanensis:*

Loxa (Loja), dioecesis erecta a. 1866.

Ambitus: Provinciae Loja (pagi Loja, Zaraguro, Paltas, Celica, Calvas), et „el Oro" (pagi Machala Santa Rosa, Zaruma) — 26 728 kmq.

Incolae: catholicorum ca. 70—80 000,

Clerus: sacerdotes ca. 60, clerici 12,

Paroeciae: 34, Ecclesiae: 46, Sacella publica: 29.

6. *Dioecesis Guayaquilensis:*

Guayaquilium (Guayaquil), dioecesis erecta die 16. Febr. 1837, assignato territorio, quod antea partem vicinae dioeceseos Conchensis formaverat.

Ambitus: Provinciae Guayas (pagi Guayaquil, Yahuachi, Daule, Santa Elena), „los Rios" (pagi Babahoyo, Baba, Vinces, Puebloviejo) — 29795 kmq.
Incolae: 100000, in quibus acatholici 1000,
Clerus: sac. saec. 52, sac. reg. ? clericus 1,
Paroeciae: 33, viceparoeciae: 13,
Ecclesiae: 39, Sacella: 30.

7. *Dioecesis Portus Veteris:*

Portus Vetus (Portoviejo), dioecesis erecta a. 1871.
Ambitus: Provinciae Manabi (pagi Portoviejo, Montecristi, Jipijapa, Santana, Rocafuerte, Sucre) et Esmeraldas (pagus Esmeraldas), — 34189 kmq.
Incolae: catholicorum 78000, Sacerdotes: 7,
Paroeciae: 20, ex quibus 19 in provincia Manabi,
Ecclesiae: 20.

8. *Vicariatus apostolicus territorii orientalis vulgo „del Oriente" *:*

Ambitus: Territoria Napo et Canelos.
Incolae: ca. 200000.

Universum Aequatoris orientale territorium in hosce quatuor vicariatus apostolicos secundum litteras Antonii Flores Aequatorialis reipublicae praesidis ad Rom. Pontificem Leonem XIII dispescendum est: Napensem, Canelasensem et Macasensem, Mendesinum et Gualaquiranum, Zamorensem.

Remanente duorum priorum cura, quemadmodum antea, penes Jesuitas et Dominicanos, tertius vicariatus, scilicet Mendesinus et Gualaquiranus, Patribus piae societatis Salesianae, a R. D. Bosco institutae, et quartus, scilicet Zamorensis, Franciscalibus, qui recens in urbe Loja stabile domicilium elegerunt, concredentur; porro excepto Napensi, cujus Jesuitae curam gerunt, reliqui tres vicariatus S. Congregationi a propaganda fide proxime subjicientur.

Decretum collegii Quitensis legibus ferendis praepositi:

Art. 1. Viri legibus exequendis praepositi S. Sedi supplicabunt, ut quatuor apostolicos vicariatus in orientali reipublicae territorio constituere dignetur, qui videlicet erunt: Napi, Macasii et Canelasii, Mendesii et Gualaquirae, Zamorae; exposcentes, ut 1) a societate Jesu, 2) ab ordine Praedicatorum regi pergant, 3) vero piae societati Salesianorum aut cuivis alii religioso coetui, 4) denique Franciscalibus evangelii praeconibus regendi tradantur.

Art. 2. Implorabunt item, ut sacrae trium postremorum vicariatuum missiones, quorum in art. praecedenti mentio fit, Congregationis a propaganda fide protectioni ac directioni subsint, legibusque ecclesiasticis, quibus hujusmodi sacrae missiones subjiciuntur, specialibus regantur.

Art. 3. Exposcent etiam, ut vicarii apostolici munus earumdem missionum episcopis titularibus . . . . nunquam vero simplicibus sacerdotibus concredatur.

Art. 4. Cuilibet e tribus prioribus vicariatibus dotando summa sex millium Sucres (libellae tricies mille), quarto autem tria millia (libellae quindecies mille), quotannis largienda adsignatur. Ex hisce summis annui vicariorum redditus, divini cultus impensae . . . . desumentur.

Art. 5. Ex media decimarum parte, quae ad rempublicam pertinet, hujusmodi dotationi faciendae pecunia eruetur, et quod eidem complendae necessarium erit; si tamen portioni, quae ecclesiae competit, haud supersit, quod ad dotationem ipsam plene integreque perficiendam sit satis . . . .

## VI. Provincia ecclesiastica Limana.

Confinia provinciae ecclesiasticae Limanae congruunt cum limitibus reipublicae Peruanae [1]. Metropoli Limanae subditae sunt dioeceses suffraganeae de Arequipa, de Chachapoyas, de Cuzco, de Guamanga, porro Huanucensis, Puniensis, Truxiliensis.

1. *Archidioecesis Limana:*

Lima, dioecesis erecta a Paulo III. d. 14. Mart. 1543; initio suffraganea metropoleos Hispalensis; metropolis a. 1545.
Ambitus: Archidioecesis Limana hodie formatur guberniis (departamentos) Lima, Ancachs, Ica et provincia constitutionali Callao; ita tamen, ut provinciarum vicinarum partes quaedam conterminae huic etiam dioecesi adscriptae sint.
Incolae (1878): 605686, fere omnes catholici,
Clerus: sac. saec. 181, sac. reg. 128, clerici (alumni interni seminarii) 51,
Paroeciae: 111, Ecclesiae: 193, Sacella: 281.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Arequipensis*:*

Arequipa, dioecesis erecta 1609 (15. Apr. 1577).
Ambitus: Gubernia Arequipa, Moquegua, Tacna et Tarapagá (a d. 20. Oct. 1883 ad rempublicam Chilenam pertinens) — 145144 kmq.
Incolae (1876): 267089, Sacerdotes: ?
Paroeciae (1859): 63, Ecclesiae: ?

3. *Dioecesis de Chachapoyas*:*

Chachapoyas; sedes erecta 1805 in Maynas, translata ad Chachapoyas d. 4. Jul. 1843.
Ambitus: Gubernia Amazonas et „Fluvial de Loreto" (cum „la Montaña" sive „Region de los Bosques") — 482280 kmq.
Incolae (1876): 95370, Sacerdotes: ?
Paroeciae (1859): 45, Ecclesiae: ?

4. *Dioecesis Cuzcensis:*

Cuzcum (Cuzco), dioecesis erecta d. 5. Sept. 1536; ab initio suffraganea fuit sedi Hispalensi.
Ambitus: Gubernia Cuzco et Apurimac (4 provinciae Abancay, Aymaraes, Cotabambas, Antabamba) — 56143 kmq. (superficies guberniorum Cuzco et Apurimac).
Incolae: catholicorum 450000, protestantes extranei ca. 30, Sinenses ca. 20.

[1] Peruvia a Francisco Pizarro a. 1525 detecta, cujus metropolis est Lima ab eodem Pizarro 1535 condita.

Clerus: Sac. saec. 112, sac. reg. 39,
Paroeciae: 106, Ecclesiae: 312,
Sacella publica: 338, Oratoria: 417.

5. *Dioecesis Huamangana seu Ayacuquensis:*

Dioecesis Huamangana (Guamanga), hodie Ayacuquensis (Ayacucho), erecta per bullas Pauli V. d. d. 20. Jul. 1609 et d. 16. Jan. 1612.

Ambitus: Gubernia (departamentos) Ayacucho et Huancavelica et provincia Andahuaylas gubernii Apurimac.

Incolae: catholici 316 560; praeterea numerus ignotus infidelium indigenarum in regionibus inexploratis.

Sacerdotes: 137, Paroeciae: 92,

Ecclesiae: Singulae paroeciae possident 3 vel 4 ecclesias, totidem sacella et 2 vel 3 oratoria.

6. *Dioecesis Huanucensis:*

Huanucum (Huánuco), dioecesis erecta litteris apostolicis „Singulari animi" d. 17. Mart. a. 1865, dismembratione archidioeceseos Limánae.

Ambitus: Gubernia Huanuco et Junin — 100 709 kmq.

Incolae: catholici 287 327; in silvarum regione degunt infideles, quorum numerus ignoratur.

Sacerdotes: 72, Clerici: 4, Paroeciae: 43,
Ecclesiae: 170, Sacella: 38.

7. *Dioecesis Puniensis:*

Punium (Puno), dioecesis erecta Nonis Octrobris a. 1861 a Summo Pont. Pio IX. per litteras apostolicas „In procuranda universalis Ecclesiae administratione", decisa parte dioeceseos Cuzcensis.

Ambitus: Gubernium Puno i. e. provinciae Puno, Chucuito, Lampa, Azángaro, Huancané, Sandia, Carabaya — 52 301 kmq.

Incolae (1876): 259 449, omnes catholici. Praeterea multitudo ignota indigenarum silvestrium in regionibus incultis provinciarum Sandia et Carabaya.

Sacerdotes saeculares: 83, Paroeciae: 62,
Ecclesiae: parochiales 62, viceparochiales 38,
Sacella: 216.

8. *Dioecesis Truxiliensis:*

Truxilium (Trujillo), dioecesis erecta d. 15. Jun. 1577 et 29. Oct. 1609.

Ambitus: Gubernia Cajamarca, Lambayeque, Libertad, Piura — 114 965 kmq.

Incolae: catholicorum ca. 581 000, Indiani: (?), Sinensium 14 000, protestantes 500, et alii,

Sacerdotes: 160, Paroeciae: 100,
Ecclesiae et sacella: 347.

## VII. Provincia ecclesiastica Sanctae Fidei Bogotensis.

Provincia ecclesiastica Sanctae Fidei de Bogota tam late patet quam status foederati Columbiae. Ipsi metropoli Sanctae Fidei subditae sunt ecclesiae episcopales: Antiochena, Carthagena, Sanctae Marthae Medellensis, Neo-Pampilonensis, Panamensis, Pastensis, Popayanensis, Tunquensis.

1. *Archidioecesis Sanctae Fidei de Bogota:*

Civitas Sanctae Fidei de Bogota (Santa Fé de Bogotá), archidioecesis vi bullae Pii IV. „In suprema dignitatis" d. d. 11. Apr. 1563.

Ambitus: Status Cundinamarca et Tolima cum territorio Sancti Martini — 254 100 kmq.

Incolae: catholicorum ca. 860 000, pauci protestantes extranei, Indianorum infidelium 20 000 in territorio Sancti Martini,

Clerus: sac. saec. ca. 150, sac. reg. 15,
Paroeciae: 161,
Ecclesiae et sacella: 181.

### Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Antiochena:*

Antioquia, dioecesis erecta d. 31. Aug. 1804 et 19. Jan. 1829, sedes suppressa 4. Febr. 1868, denuo erecta 29. Jan. 1873.

Ambitus: Status Antioquia (ex parte).

Incolae (1888): catholici 203 603, acatholici 69 (sine Indianis),

Sacerdotes: 73, Paroeciae: 46, Ecclesiae: 46,
Sacella: 33.

3. *Dioecesis Carthagena:*

Carthago Neogranatensis (Cartagena), dioecesis erecta d. 24. Apr. 1534.

Ambitus: Status Bolivar et territoria Bolivar et San Andres y Providencia,

Incolae: catholici 325 097, ethnici 1000, protestantes pauci,

Sacerdotes: 40, Paroeciae: 84,
Ecclesiae: 30 ex lapidibus, 74 ex viliore materia.

4. *Dioecesis Sanctae Marthae:*

Sanctae Marthae (Santa Marta) dioecesis erecta d. 10. Jan. 1534 et 15. Apr. 1577.

Ambitus: Status Magdalena et territoria Goajira et Nevada y Motilones,

Incolae: 85 255, Sacerdotes: ?
Paroeciae (1859): 80, Ecclesiae: ?

5. *Dioecesis Medellensis:*

Medellium (Medellin); sedes translata per decretum consistoriale d. d. 4. Febr. 1868 ab Antioquia.

Ambitus: Status Antioquia (ex parte),
Incolae: catholici 303 576,
Sacerdotes: 104, Paroeciae: 57, Ecclesiae: 72.

6. *Dioecesis Neo-Pampilonensis:*

Neo-Pampelo (Nueva Pamplona), dioecesis erecta per bullam Gregorii XVI. „Coelestem Agricolam" d. d. 25. Sept. 1835.

Ambitus: Provinciae civiles status Santander: Cúcuta, Garcia Rovira, Soto.
Incolae: catholicorum 200000,
Sacerdotes: 44, Paroeciae: 47,
Ecclesiae: 50, Sacella publica: 8.

7. *Dioecesis Panamensis:*

Panamá, dioecesis erecta d. 11. Febr. 1534.
Ambitus: Status Panamá — 82600 kmq.
Incolae: catholici 220600, Sacerdotes: ?
Paroeciae (1859): 71, Ecclesiae: ?

8. *Dioecesis Pastensis seu Pastopolitana:*

Pastum (Pasto), dioecesis erecta a. 1859 vi bullae „In excelsa militantis Ecclesiae" d. IV. Idus Apr. 1859.
Ambitus: Status Cauca (ex parte) et territorium Caquetá et Mocóa[1].
Incolae: 200000, inter quos catholicorum 159000, infidelium (silvicolarum) 41000,
Sacerdotes: 82, Paroeciae: 50,
Ecclesiae: 70, Sacella: 38.

9. *Dioecesis Popayanensis:*

Popayanum (Popayan), dioecesis erecta virtute bullae Pauli III. d. d. 1. Sept. 1546; a principio fuit suffraganea archidioeceseos Limanae, a. d. 11. Apr. 1563 vero subdita est metropoli Bogotensi.
Ambitus: Status Cauca (ex parte), Tolime (ex parte).
Incolae: catholicorum ca. 450000, protestantes pauci, Indianorum infidelium: 10000,
Sacerdotes: 74, Paroeciae: 90.

10. *Dioecesis Tunquinensis:*

Tunquinum (Tunja), dioecesis erecta per bullam Leonis Papae XIII. d. d. 19. Jul. 1880 (promulgatam d. 19. Mart. 1881).
Ambitus: Status Santander (ex parte) et Boyacá cum territorio Casanare.
Incolae: catholicorum 750000, ethnicorum (in territorio Casanare) 10000,
Sacerdotes: 145 (praeter episcopum et 3 episcopos titulares),
Paroeciae: 153, Ecclesiae: 159.

## VIII. Provincia ecclesiastica Sancti Jacobi de Venezuela.

Haec provincia ecclesiastica sita est in statibus confoederatis de Venezuela. Metropoli Sancti Jacobi subditae sunt ecclesiae episcopales de Barquisimeto, de Calabozo, Sancti Thomae de Guyana, Emeritensis.

[1] „Ab ordinaria itaque cujusvis Popayanensis praesulis jurisdictione atque administratione penitus, absolute perpetuoque eximuntur nedum illae provinciae, quae Pasto, Junguerres et Barbacoas vernacule nominantur, verum etiam alterum illud territorium de Mocóa vel Caquetá nuncupatum, ita ut insimul ademta atque dismembrata sint, quotquot per ea loca comperiuntur consita oppida etc." Ita bulla erectionis „In excelsa militantis Ecclesiae" d. IV. Idus Apr. 1859.

1. *Archidioecesis Sancti Jacobi de Venezuela seu de Caracas.*

Sancti Jacobi de Venezuela (Santiago de Venezuela) sive Caracas, sedes episcopalis translata ex urbe Coro d. 20. Jun. 1637, (16. Mart. 1638); metropolis a die 27. Nov. 1803.
Ambitus: Districtus Foederalis (Distrito Federal), ex statu Guzman Blanco sectiones (secciones) Bolivar et Guzman Blanco (ex parte) et status Carabobo.
Incolae: 424571 (fere omnes catholici),
Sacerdotes: 102, Paroeciae: 90, Filiales: 10,
Ecclesiae: 100.

### Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis de Barquisimeto:*

Barquisimeto, dioecesis erecta d. 4. Maji 1847 (die 7. Mart. 1863); primus episcopus consecratus est die 8. Nov. 1868.
Ambitus: Status Lara, Zamora (partes sectionum Portuguesa et Cojedes), Falcón-Zulia (sectio Falcón).
Incolae: 527235, Sacerdotes: 68, Paroeciae: 101,
Ecclesiae: 101, Sacella: 39.

3. *Dioecesis de Calabozo:*

Calabozo, dioecesis erecta d. 7. Mart. 1863; primus episcopus hujus sedis consecratus est 30. Oct. 1881.
Ambitus: Sectiones Guárico et Apure (ex parte) portionesque sectionum Zamora, Portuguesa, Cojedes, Guzman Blanco.
Incolae: 309657, praeterea existunt Indiani in Apure,
Clerus: sacerdotes 38, clerici 21,
Paroeciae: 57, Ecclesiae: 57, Sacella: 12.

4. *Dioecesis Sancti Thomae de Guyana:*

Sancti Thomae de Guyana (Santo Tomás de Gúyana), Ciudad Bolivar, Santo Tomás de la Nueva, dioecesis erecta 1790; primus episcopus electus est d. 19. Dec. 1791.
Ambitus: Status Bermudez, sectiones Nueva Esparta et Guyana, territoria Amazonas, Colon, Orinoco, Caura, Yuruary.
Incolae: catholicorum 400000, protestantes pauci extranei; judaei pauci extranei in urbe Barcelona,
Sacerdotes: 36, Paroeciae: ca. 50,
Ecclesiae et sacella: ca. 50.

5. *Dioecesis Emeritensis in Indiis:*

Emerita (Merida de Maracaibo), dioecesis erecta d. 17. Febr. 1777.
Ambitus: Status Los Andes, sectiones Zulia et Zamora, territorium Goajira,
Incolae (1888): catholicorum 425000, Indianorum 20000, protestantes 300,
Sacerdotes: 99, Paroeciae: 117,
Ecclesiae: 95, Sacella: 52.

### IX. Dioecesis exemta Montisvidei.

Montevideo, dioecesis erecta d. 15. Jul. 1878.

Ambitus: Respublica Uruguana (República Oriental del Uruguay) — 169 822,09 kmq.

Incolae (1886): 632 250. In gubernio Montevideo degunt catholici 159 922, protestantes 2032, alii 2074.

Clerus: sacerdotes 122, clerici 30,

Paroeciae: 39, Filiales: 14, Ecclesiae et sacella: 14.

### X. Vicariatus apostolicus Guyanae Britannicae.

Guyana Britannica seu Demerara, vicariatus erectus d. 12. Apr. 1837. Residentia vicarii apostolici: Georgetown.

Ambitus: Colonia Britannica Guyanensis cum insula Barbados — 221 243 kmq.

Incolae: 430 000, ex quibus catholicorum 21 000,

Sacerdotes: 13 e societate Jesu,

Stationes cum residentia missionarii: 8,

Stationes a missionario visitandae: 12,

Ecclesiae: 18, Sacellum: 1.

### XI. Vicariatus apostolicus Guyanae Hollandicae.

Guyana Hollandica seu Surinam, vicariatus apostolicus ab a. 1842. Residentia vicarii apostolici: Paramaribo.

Ambitus: Colonia Hollandica Guyanensis — 119 321 kmq.

Incolae: ca. 71 000, ex quibus catholicorum 13 000,

Sacerdotes: 16 e congregatione SS. Redemptoris, omnes ex Hollandia,

Stationes cum residentia missionarii: 5,

Stationes subsidiariae: 65, Ecclesiae: 9, Sacella: 2.

### XII. Praefectura apostolica Guyanae Gallicae.

Guyana Gallica seu Cayenna; haec regio primum evangelizari coepit a. 1643 a PP. Capucinis; ipsis successerunt PP. societatis Jesu, qui ibi usque ad a. 1763 adlaborarunt. Postea cum aliquot e missionariis Jesuitis, qui missionem reliquerant, missi sunt ad hanc regionem excolendam presbyteri e congregatione Spiritus Sancti. Suppressis institutis religiosis, Guyana Gallica caruit opera missionariorum usque ad a. 1816, quo iterum advenerunt presbyteri e congregatione Spiritus Sancti.

Ambitus: Colonia Gallica Guyanensis — 121 413 kmq. et regio „Terrain Contesté“.

Incolae: ca. 29 000, Sacerdotes: 25, omnes Europaei,

Paroeciae: 12, Stationes 2 in regione „Terrain Contesté“,

Ecclesiae: 15, Sacella: 4.

### Conspectus summarius dioecesium in America meridionali existentium.

| Dioeceses. | Catholici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Archid. de Plata . . | 928 000 | 198 |
| Dioec. Cochabambensis | 193 366 | 160 |
| „ Pacensis . . . | * | * |
| „ Sanctae Crucis de Sierra . . . | 250 000 | 104 |
| Archid. Sancti Salvatoris in Brasilia . . . . | 2 000 000 | 346 |
| Dioec. Belemens. de Para | * | 100 |
| „ Cuyabensis . . | 80 000 | 19 |
| „ Adamantina . . | ? | * |
| „ Marianensis . . | 1 500 000 | 395 |
| „ Fortalexiensis . | 649 840 | 141 |
| „ Goyasensis . . | * | * |
| „ Sancti Ludovici de Maragnano | 729 800 | 90 |
| „ Olindensis . . . | * | * |
| „ Sancti Pauli . . | * | * |
| „ Sancti Petri Fluminis Grandis Australis . . | 750 000 | 153 |
| „ Sancti Sebastiani Flum. Januarii | * | * |
| Archid. Sancti Jacobi de Chile . . . . . . | 1 148 000 | 357 |
| Dioec. Sanctissimae Conceptionis . . | - * | * |
| „ Sancti Caroli Ancudiae . . . | 213 200 | 49 |
| „ de Serena seu Serenopolitana . | 232 387 | 58 |

| Dioeceses. | Catholici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Archid. Sanctiss. Trinitatis de Buenos Ayres | * | * |
| Dioec. Cordubensis . . | * | * |
| „ Sancti Joannis de Cuyo . . | * | * |
| „ Paranensis . . | * | * |
| „ Saltensis . . . | * | * |
| „ de Paraguay . . | * | * |
| Vicariatus apostolicus Patagoniae septentr. | 25 000 | 14 |
| Praefectura apostolica Patagoniae meridion. | 3 000 | 5 |
| Archid. Quitensis . . | 320 000 | 191 |
| Dioec. Ibarrensis . . . | 101 436 | 41 |
| „ Bolivarensis . . | 200 000 | 63 |
| „ Conchensis . . | * | * |
| „ Lojanensis . . | 75 000 | 60 |
| „ Guayaquilensis . | 99 000 | 52[1] |
| „ Portus Veteris . | 78 000 | 7 |
| Vic. ap. territ. orient. . | ? | ? |
| Archid. Limana . . . | 605 600 | 309 |
| Dioec. de Arequipa . . | * | * |
| „ de Chachapoyas | * | * |
| „ de Cuzco . . . | 450 000 | 152 |
| „ de Guamanga seu Ayacuquensis . | 316 560 | 128 |
| „ Huanucensis . . | 287 327 | 72 |
| „ Puniensis . . . | (1876) 259 449 | 83 |
| „ Truxillensis . . | 581 000 | 160 |

| Dioeceses. | Catholici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Archid. Sanctae Fidei de Bogota . . . . . | 860 000 | 165 |
| Dioec. Antiochena . . | * | * |
| „ Carthagena . . | * | * |
| „ Sanctae Marthae | * | * |
| „ Medellensis . . | 303 576 | 104 |
| „ Neo-Pampilonensis . . . | 200 000 | 44 |
| „ Panamensis . . | 220 600 | ? |
| „ Pastensis . . . | 159 000 | 82 |
| „ Popayanensis . | 450 000 | 74 |
| „ Tunquinensis . | 750 000 | 145 |
| Archid. Sancti Jacobi de Venezuela . . . | 424 000 | 102 |
| Dioec. de Barquisimeto | 527 235 | 68 |
| „ de Calabozo . . | 309 657 | 38 |
| „ Sancti Thomae de Guyana . | 400 000 | 36 |
| „ Emeritensis . . | 425 000 | 99 |
| Dioec. Montisvidei . . | 159 000[2] | 122 |
| Vicariatus apostolicus Guyanae Britannicae | 21 000 | 13 |
| Vicariatus apostolicus Guyanae Hollandicae | 13 000 | 16 |
| Praefectura apostolica Guyanae Gallicae . | 29 000 | 25 |

[1] Sine sacerdotibus regularibus. [2] In gubernio Montisvidei.

## Caput vigesimum octavum.

# Mexicum. America centralis. Antillae.

### A. Mexicum.

1. **Superficies et incolae.** Superficies: 1 946 292 kmq. Incolae (1882): 10 447 974, ex quibus Europaei et indigenae ab Europaeis descendentes 1 985 117, indigenae aborigines (indigena puro) 3 970 234, originis mixtae (raza mezclada) 4 492 623.

2. **Divisio politica.** Respublica confoederata Mexicana coalescit ex compluribus statibus, qui singuli propriam divisionem (departamento) habent.

3. **Divisio ecclesiastica**[1]. Ab a. 1863 (16. Martii) in republica Mexicana tres provinciae existunt ecclesiasticae, Guadalaxariana, Michoacanensis, Mexicana, in quas unica, quae antea fuerat, provincia Mexicana divisa est.

#### 1. Provincia ecclesiastica de Guadalaxara.

Haec provincia ecclesiastica amplectitur praeter archidioecesim Guadalaxarianam sedes suffraganeas: Colimensem, Durangensem, Linarensem, Sinaloensem, Sonorensem, de Zacatecas.

1. *Archidioecesis Guadalaxarensis seu Guadalaxariana*:*

Guadalaxara (Guadalajara), sedes episcopalis ab a. 1552 per translationem ab urbe Compostella.

Ambitus: Status civiles Jalisco (fere totus) et Aguas calientes (ex parte).

Incolae (1882): In statu civili Jalisco degebant 983 484 homines, in statu Aguas calientes 140 430 homines.

Sacerdotes: ? Paroeciae: ? Ecclesiae: ?

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Colimensis*:*

Dioecesis Colimensis, quae antea partem archidioeceseos Guadalaxarianae formaverat, erecta est d. 11. Decembris 1881.

Ambitus: Status civiles Colima et Jalisco (pars meridionalis).

Incolae (1882): In statu civili Colima degebant 72 591 homines.

Sacerdotes: ? Paroeciae: ? Ecclesiae: ?

3. *Dioecesis de Durango seu Durangensis:*

Durangensis dioecesis erecta fuit d. 1. Sept. 1623 in territorii parte Guadalaxarensis episcopatus, archiepiscopatus nunc; anno vero 1852, dioecesi ipsa divisa, in ejus segregata portione conditus est episcopatus, hodie quoque archiepiscopatus Sanctae Fidei; tandemque a. 1873 demptae sunt ex illa paroeciae duae ad informandum apostolicum vicariatum Arizonae.

Ambitus: Status Durango, Chihuahua etc.

Incolae: catholicorum ca. 319 000,

Sacerdotes: 113, Clerici: 19,

Paroeciae: 85, quarum habentur in civili statu de Chihuahua 49, reliquae vero sunt in statu de Durango, de Zacatecas et de Coahuila.

Ecclesiae: fere 300.

4. *Dioecesis de Linares seu Linarensis*:*

Linares, urbs ad ripam sinistram fluminis Tigre (San Juan) in statu civili vulgo Nuevo Leon sita; dioecesis erecta vi bullae d. d. 15. Dec. 1777.

Sedes episcopalis: Monterey.

Ambitus: Status civiles Coahuila (ex parte) et Nuevo Leon.

Incolae (1882): In statu civili Coahuila degebant 144 594 homines, in statu Nuevo Leon 201 732 homines.

Sacerdotes: ? Paroeciae: ? Ecclesiae: ?

5. *Dioecesis Sinaloensis:*

Sinaloa, dioecesis erecta d. 27. Jan. 1884. Ineunte a. 1531 provincia civilis Sinaloensis, tunc infidelis, primo recepit evangelium ab Hispanis catholicis, et inde lux vivifica paulatim totam provinciam et finitimam Sonorensem, forte antequam saeculum 16. finiretur, lustravit. Ambae provinciae generatim provincia de Sonora vel de occidente in chartis nuncupata, ab initio usque ad a. 1631 ad dioecesim Guadalaxarensem pertinuerunt. Postea dioecesani Durangensis episcopi curae fuerunt commissi usque ad a. 1779, quo S. S. Pius VI. ex ipsis duabus provinciis civilibus dioecesim Sonorensem erexit. Sedes episcopalis: Culiacan.

Ambitus: Status civilis Sinaloa.

Incolae (1882): In statu civili degebant 201 918 homines, omnes catholici.

Sacerdotes: 30, porro subdiaconus 1, minoristae 2,

Paroeciae: 25, Ecclesiae: 25, Sacella: 50.

[1] Aubertus Miraeus enumerat a. 1620 has dioeceses suffraganeas, quae cum metropoli Mexicana in regno Mexicano seu Nova Hispania constituebant provinciam ecclesiasticam Mexicanam: 1) Tlaxcalensem in provincia ejusdem nominis, cujus episcopus resedit in urbe Angelopolitana; 2) Mechuanam cum residentia episcopi in urbe Vallisoletana; 3) Oaxacanum cum residentia in urbe Antiquera; 4) Guadalaxarensem in provincia Novae Galiciae, huc translatam ex Xalisco seu Compostella oppido a. 1560; 5) Guatimalensem, in urbe Sancti Jacobi Equestris (Santiago de los Caballeros); 6) Jucatanam cum residentia in urbe Merida; 7) Chiappensem; 8) Hondurensem cum residentia in urbe Truxillensi; 9) Verae Pacis; 10) Nicaraguensem cum residentia in urbe Legionensi.

6. *Dioecesis de Sonora seu Sonorensis:*

Sonora, dioecesis ab illa de Durango saeculo elapso segregata est; ab initio constabat e duabus civilibus provinciis, Sonora et Sinaloa, nunc vero a d. 27. Jan. 1884 coarctata est ad provinciam civilem ejusdem nominis. Sedes episcopalis: Hermosillo.

Ambitus: Status Sonora.

Incolae: cathol ca. 140 000, acathol. 80, ex quibus 40 Sinenses infideles, praeter tribum errantem, quae nunc est in territorio Mexicano, nunc in territorio Americano.

Sacerdotes: 20, Clerici: 3, Paroeciae: 24,
Ecclesiae: 24, Sacella: 40.

7. *Dioecesis de Zacatecas*:*

Zacatecas, dioecesis erecta a. 1863.

Ambitus: Status civiles Zacatecas (ex parte) et Aguas calientes (ex parte).

Incolae (1882): In statu Zacatecas degebant 422 506 homines.

Sacerdotes: ? Paroeciae: ? Ecclesiae: ?

Vicariatus apostolicus Californiae inferioris.

California inferior (Baja California), vicariatus apostolicus per breve „Quod catholici nominis bonum“ d. d. 20. Jan. 1874, nunc administratur ab episcopo Sonorensi.

Ambitus: California inferior — 155 200 kmq.
Incolae (1882): 30 198,
Sacerdotes: 4, Paroeciae: 5,
Ecclesiae: 5, Sacella: 4.

### II. Provincia ecclesiastica Michoacanensis.

Haec provincia coalescit ex archidioecesi ejusdem nominis et ex suffraganeis dioecesibus: Legionensi, Sancti Ludovici Potosiensis, Queretarensi, Zamoriensi.

1. *Archidioecesis Michoacanensis*:*

Michoacan, dioecesis ab a. 1536, archidioecesis ab a. 1863; sedes erecta fuit ab initio in Tzintzonzan, postea translata est ad urbem Pascuaro (1544), deinde ad Valladolid, quae nunc vocatur Morelia.

Ambitus: Status civilis Michoacan (pars meridioorientalis).

Incolae (1882): In toto statu civili Michoacan degebant 784 108 homines.

Sacerdotes: ? Paroeciae: ? Ecclesiae: ?

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Legionensis in Mexico*:*

Leon, dioecesis ab a. 1863.

Ambitus: Status civilis Guanaxuato.

Incolae (1882): In statu civili Guanaxuato degebant 968 113 homines.

Sacerdotes: ? Paroeciae: ? Ecclesiae: ?

3. *Dioecesis Sancti Ludovici Potosiensis*:*

San Luis Potosi, sedes episcopalis ab a. 1854.

Ambitus: Status civilis San Luis Potosi.

Incolae (1882): In statu civili San Luis Potosi degebant 516 486 homines.

Sacerdotes: ? Paroeciae: ? Ecclesiae: ?

4. *Dioecesis Sancti Jacobi de Querétaro seu Queretarensis*:*

Querétaro, dioecesis a. 1862 per bullam, quae incipit „Deo optimo maximo largiente“, a Pio IX. expeditam septimo Kalendas Februarias, erecta ex dismembratione a Mexicana archidioecesi, Michoacanensi praesuli suffragatur.

Ambitus: Status civilis Querétaro.
Incolae: catholicorum 220 000, protestantes ca. 200,
Sacerdotes: 70, Clerici: 10,
Paroeciae: 19, Filiales: 14, Ecclesiae et sacella: 120.

5. *Dioecesis Zamoriensis*:*

Zamora, sedes episcopalis ab a. 1863.

Ambitus: Status civilis Michoacan (pars occiduoseptentrionalis).

Incolae: ca. 300 000,
Sacerdotes: ? Paroeciae: ? Ecclesiae: ?

### III. Provincia ecclesiastica Mexicana.

In hac provincia ecclesiastica metropoli Mexicanae subditae sunt suffraganeae dioeceses: de Antequera seu Oaxacensis, Chiapensis, Chilapensis, Civitatis Victoriae, Jucatanensis, Tabasquensis, Tlaxcalensis seu Angelopolitana, Tulancingensis, Verae Crucis seu Jalapensis.

1. *Archidioecesis Mexicana:*

Mexicum (Mexico); ecclesia Mexicana fuit in episcopatum erecta d. 2. Sept. 1530 a Clemente VII., ad metropolitanae vero gradum a Paulo III. 1545 (alias 11. Febr. 1546).

Ambitus: Archidioecesis protenditur a 18° 20′ usque ad 20° 40′ latitudinis aquilonaris, a 0° 36′ longitudinis orientalis juxta Mexici meridianum usque ad 1° 17′ occidentem versus secundum eundem meridianum.

Incolae: ? Maxima pars seu potius universi incolae hujus regionis catholicam religionem profitentur.

Sacerdotes: 531, nempe saec. 427, reg. 104,
Paroeciae: 165.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Antequerensis seu Oaxacensis:*

Antequera, dioecesis erecta a Paulo III. undecimo Kalendas Julias 1535.

Ambitus: Status Oaxaca fere ex integro.
Incolae: catholicorum ca. 800 000, haeretici 140,
Clerus: sacerdotes 134, clerici 55, Paroeciae: 138,
Ecclesiae: 830, ex his in statu ruinae 313,
Sacella: 210.

3. *Dioecesis Chiapensis:*

Chiapas; regio dioeceseos ab a. 1526—1539 dioecesi Tlaxcalensi subjacebat. Anno vero praedicto 1539 die 19. Martii a Summo Pontifice Paulo III. erecta est dioecesis sub titulo et invocatione Sancti Christophori martyris (San Cristóbal Las Casas); initio suffraganea fuit metropolitanae ecclesiae Hispalensi; postea cum ecclesia Mexicana a. 1545 ad metropolim erecta est, eidem metropoli subnexa fuit. Saeculo autem 18. (a. 1742) ad metropolitanam Guatimalensem ecclesiam fuit aggregata. Postremo vero post a. 1821 noviter ad Mexicanam ecclesiam metropolitanam rediit et ita usque nunc permanet.

Ambitus: Dioecesis de Chiapas inter 14° 35′ et 17° latitudinis septentrionalis et inter 5° et 8° longitudinis ad orientem meridiani urbis Mexici sita est, in statu de Chiapas.

Incolae: In statu de Chiapas degunt 236 347 catholici, ex quibus 217 314 ad dioecesim de Chiapas, 19 033 ad dioecesim Tabasquensem pertinent. Adsunt Indiani infideles vulgo Lacandones.

Sacerdotes: 60, Clerici: 5, Paroeciae: 43,

Ecclesiae et sacella: circiter 500, attamen pauperes sunt et multis rebus necessariis carent.

4. *Dioecesis Chilapensis seu de Chilapa:*

Chilapa, dioecesis a Pio IX. d. 16. Mart. 1863 creata.

Ambitus: Status Guerrero — 59 231 kmq.

Incolae: catholici 361 239,

Sacerdotes: 91, Clerici: 6, Paroeciae: 64,

Ecclesiae: 585, Sacella: 58.

5. *Dioecesis Civitatis Victoriae sive Tamaulipensis, Tamaulipana:*

Civitas Victoriae (Ciudad Victoria), dioecesis die 6. Mart. 1870. Tamaulipas usque ad a. 1863 ad dioecesim de Linares pertinebat; deinde ista provincia segregata et in vicariatum apostolicum efformata est.

Ambitus: Status Tamaulipas, porro paroeciae Tampico, Ozuluama, Tantima, Tantoyuca ex statu Vera Cruz.

Incolae: catholici 248 349, protestantes 969, judaei 9; ad statum Vera Cruz pertinent 68 531 homines.

Clerus: sacerdotes 38, clerici 3, Paroeciae: 22,

Ecclesiae: 70, Sacella: 6.

6. *Dioecesis Jucatanensis, Jucatana:*

Jucatania, dioecesis a. 1519 a Leone X., postea a Pio IV. d. 16. Dec. 1561 erecta est.

Sedes episcopalis: Merida.

Ambitus: Status Yucatan et Campêche — 127 000 kmq.

Incolae: catholicorum 500 000,

Sacerdotes et clerici: 121, Paroeciae: 70,

Ecclesiae paroeciales: 70.

7. *Dioecesis Tabasquensis*:*

Dioecesis Tabasquensis, quae antea partem dioeceseos Yucatanae formaverat, erecta est d. 25. Maji 1880.

Sedes episcopalis: San Juan Bautista.

Ambitus: Status civilis Tabasco — 25 500 kmq.

Incolae (1882): In statu civili Tabasco degebant 104 747 homines.

Sacerdotes: ? Paroeciae: ? Ecclesiae: ?

8. *Dioecesis Tlaxcalensis seu Angelopolitana*:*

Tlaxcala, sedes episcopalis a d. 13. Oct. 1525, translata Angelopolim per Martinum Sarmiento, episcopum tertium Tlaxcalensem (1546—1558).

Sedes episcopalis: Puebla de los Angeles.

Ambitus: Status civiles Tlaxcala et Puebla.

Incolae (1882): In statu civili Tlaxcala degebant 138 478 homines, in statu Puebla 784 466 homines.

Sacerdotes: ? Paroeciae: ? Ecclesiae: ?

9. *Dioecesis de Tulancingo seu Tulancingensis*:*

Tulancingo, sedes episcopalis ab a. 1863.

Ambitus: Status civilis Hidalgo (fere totus).

Incolae (1882): 434 096 (i. e. totius status Hidalgo).

10. *Dioecesis Verae Crucis seu Jalapensis*:*

Vera Cruz, dioecesis erecta litteris apostolicis Gregorii XVI. „Quod olim Propheta“ d. d. 2. Jan. 1845, deinde denuo creata a. 1863.

Sedes episcopalis: Jalapa.

Ambitus: Status civilis Vera Cruz — 62 820 kmq.

Incolae (1882): 582 441.

Fontes:

Teatro eclesiastico de la primitiva Iglesia de las Indias occidentales, vidas de sus arzobispos, obispos y cosas memorables de sus sedes. Maestro Gil Gonçalez Davila. Madrid. a. 1649, 1655.

Carta general de la república Mexicana. Que manifiesta los limites de los estados y sus capitales, los obispados y sus sedes episcopales, asi como tambien los conventos y terceras ordenes Franciscanas. 1885.

Estadistica de la comisaria general de la orden Franciscana en la república Mexicana. Guadalajara 1885.

## B. America centralis.

1. **Superficies et incolae.** Superficies: 445 900 kmq. Incolae: ca. 2 754 000.

2. **Divisio politica.** America centralis amplectitur respublicas Guatemala, Sancti Salvatoris, Nicaragua, Honduras, Costarica.

3. **Divisio ecclesiastica.** America centralis efformat unam provinciam ecclesiasticam, Sancti Jacobi majoris de Guatemala cum quattuor dioecesibus suffraganeis.

### IV. Provincia ecclesiastica Guatemala.

Archidioecesi Sancti Jacobi majoris de Guatemala subditae sunt ecclesiae suffraganeae: de Comayagua, Sancti Josephi de Costarica seu reipublicae Litoris divitis, de Nicaragua, Sancti Salvatoris.

1. *Archidioecesis Sancti Jacobi majoris de Guatemala:*

Primum testimonium erectionis dioeceseos Sancti Jacobi majoris (Santiago de Guatemala) invenitur in bulla „Illius suffulti praevideo" d. d. 18. Dec. 1534; metropolis ab a. 1743.

Sedes archiepiscopalis: Neo-Guatemala.
Ambitus: Respublica Guatemala — 121 140 kmq.
Incolae (1885): 1 284 604,
Clerus: sac. saec. 129, sac. reg. 23,
Paroeciae: 107.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis de Comayagua:*

Comayagua, urbs posita ad amniculum (Humujam), qui in Uluam, vicinum flumen influit; sede episcopali clara.

Ambitus: Respublica Honduras — 120 480 kmq.
Incolae (1881): 351 700,
Sacerdotes ? Paroeciae ?

3. *Dioecesis Sancti Josephi de Costarica seu reipublicae Litoris divitis:*

Episcopatus Sancti Josephi (San José) erectus est d. 28. Febr. 1850.

Ambitus: Respublica Costarica — 51 760 kmq.
Incolae (31. Dec. 1886): catholici 193 400, protestantes 2800, ethnici 2500,
Sacerdotes: 84, Clerici: 17,
Paroeciae: 46,
Ecclesiae: 46, Sacella: 75.

4. *Dioecesis de Nicaragua:*

Ecclesiam cathedralem hujus dioeceseos instituit Clemens VII. d. 26. Febr. 1531, ejusque erectionem Paulus III. d. 3. Nov. 1534 confirmavit.

Ambitus: Respublica Nicaraguensis.

Incolae: catholicorum 400 000; acatholici intra dioecesim inveniuntur tantummodo in territorio Mosquitio, quod cum numeret plus quam 30 000 incolarum, hi sunt quoad majorem partem infideles, reliqui aut catholici aut protestantes. Non desunt tamen alienigenae haeresi aut schismate infecti, quamvis occulti et numero paucissimi.

Sacerdotes: 128, Clerici: 12,
Paroeciae: 67, Filiales: ?

5. *Dioecesis Sancti Salvatoris in America centrali:*

Sancti Salvatoris civitas vulgo Salvador, urbs capitalis reipublicae cognominis et sedes episcopalis.

Ambitus: Respublica Sancti Salvatoris (Salvador) — 18 720 kmq.
Incolae (1883): 613 273,
Sacerdotes ?
Paroeciae ?

## V. Praefectura apostolica Honduras Britannicae seu Belize.

Honduras Britannica (British Honduras sive Belize), praefectura apostolica a. 1888 originem nacta est divisione vicariatus apostolici Jamaicae.

Ambitus: Haec praefectura circumscribitur a septentrione fluvio Hando, ab occidente linea ducta a cataractis Gracias á Dios ad Gorbutt's Falls et Chichanha; a meridie Sarstoon et ab oriente sinu Honduras.

Incolae: 27 000, quorum catholicorum 19 000,
Sacerdotes: 7 e societate Jesu,
Stationes: primariae 4, subsidiariae 50.

Lingua vulgaris est anglica et hispanica et inter indigenas maya'ica et caraibica.

### Conspectus summarius

dioecesium in Mexico et America centrali existentium.

| Dioeceses. | Catholici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Archidioecesis Guadalaxariana | ? | ? |
| Dioecesis Colimensis | ? | ? |
| „ Durangensis | 319 000 | 113 |
| „ Linarensis | ? | ? |
| „ Sinaloensis | 201 918 | 30 |
| „ Sonorensis | 140 000 | 20 |
| „ de Zacatecas | ? | ? |
| Vicariatus apostolicus Californiae inferioris | 30 198 | 4 |
| Archidioecesis Michoacanensis | ? | ? |
| Dioecesis Legionensis | ? | ? |
| „ Sancti Ludovici Potosiensis | ? | ? |
| „ Sancti Jacobi de Querétaro | 220 000 | 70 |
| „ Zamoriensis | ? | ? |
| Archidioecesis Mexicana | ? | 531 |
| Dioecesis Antequerensis | 800 000 | 134 |
| „ Chiapensis | 236 347 | 60 |
| „ Chilapensis | 361 239 | 91 |
| „ Civitatis Victoriae | 248 349 | 38 |
| „ Jucatana | 500 000 | 121[1] |
| „ Tabasquensis | ? | ? |
| „ Tlaxcalensis | ? | ? |
| „ Tulancingensis | ? | ? |
| „ Verae Crucis | ? | ? |
| Archidioecesis Sancti Jacobi majoris de Guatemala | 1 284 604 | 152 |
| Dioecesis de Comayagua | ? | ? |
| „ Sancti Josephi de Costarica | 193 000 | 84 |
| „ de Nicaragua | 400 000 | 128 |
| „ Sancti Salvatoris | ? | ? |
| Praefectura apostolica Honduras Britannicae | 19 000 | 7 |

[1] Inclusis clericis.

## C. Antillae.

**Superficies. Incolae. Divisio ecclesiastica.** (Fons: Annuaire statistique, 1889. Gotha, Justus Perthes.)

| | | kmq. | Incolae. | Divisio ecclesiastica. |
|---|---|---|---|---|
| Cuba | | 118 833 | 1 521 684 | Archidioec. S. Jacobi et dioecesis S. Christophori, |
| Puertorico (Portus dives) | | 9 620 | 754 313 (1880) | Dioecesis Sancti Joannis, |
| Santo Domingo | | 45 200 | 504 000 (1887) | Archidioecesis Sancti Dominici[1], |
| Haïti | | 28 900 | 960 000 (1887) | Provincia ecclesiastica Portus Principis, |
| Jamaica | | 10 859 | 607 798 (1887) | Vicariatus apostolicus Jamaicae, |
| Trinidad | | 4 544 | 178 270 (1886) | |
| Windward Islands | Tabago | 295 | 20 038 (1886) | |
| | Grenada et Grenadines | 430 | 48 346 (1887) | Archidioecesis Portus Hispaniae, |
| | Santa Lucia | 614 | 41 791 (1886) | |
| | St. Vincent | 381 | 45 031 (1886) | |
| Seaward Islands | Antigua et Barbuda | 440 | 34 321 (1882) | |
| | Nevis et Rodonda | 118 | 11 864 (1881) | |
| | Anguilla | 91 | 3 219 (1881) | |
| | St. Christopher's | 176 | 29 137 (1881) | |
| | Montserrat | 83 | 11 341 (1886) | Dioecesis Rosenensis, |
| | Dominica | 754 | 28 840 (1884) | |
| Virgin Islands | | 165 | 5 287 (1881) | |
| St. Jean | | 54,40 | 944 (1880) | |
| St. Thomas | | 86,17 | 14 389 (1880) | |
| Ste. Croix | | 218,33 | 18 430 (1880) | |
| Guadeloupe | | | | |
| Marie Galante | | | | |
| Desirade | | 1 870 | 182 619 (1886) | Dioecesis Guadelupensis seu Imae Telluris, |
| St. Barthélémy | | | | |
| St. Martin (pars Gallica) | | | | |
| Martinique | | 987,82 | 175 755 (1886) | Dioecesis Sancti Petri et Arx Gallica, |
| Curaçao | | 550 | 25 213 | |
| Buen Ayre | | 335 | 4 033 | |
| Aruba | | 165 | 6 579 | Vicariatus apostolicus Curaçao. |
| Saba | | 12,83 | 2 458 | |
| St. Eustatius | | 20,70 | 2 312 | |
| St. Martin (pars Hollandica) | | 46,80 | 4 526 | |

### I. Provincia ecclesiastica de Cuba.

In provincia ecclesiastica de Cuba metropolitanae ecclesiae Sancti Jacobi de Cuba subduntur suffraganeae Sancti Christophori de Habana et Sancti Joannis de Puertorico (Portus dives).

1. *Archidioecesis Sancti Jacobi de Cuba:*

Sancti Jacobi de Cuba (Santiago de Cuba) dioeceseos origo repetenda est a Leone X., qui a. 1518 bullam erectionis pro civitate Baracoa edidit. Adrianus VI. vero nova bulla d. d. 28. Apr. 1522 sedem in civitate Sancti Jacobi de Cuba erexit. Pius VII. d. 24. Nov. 1803 hanc sedem, quae antea fuerat suffraganea sedis metropolitanae Sancti Dominici, in sedem metropolitanam erexit, cui assignavit tanquam suffraganeas sedes Sancti Joannis et Sancti Christophori.

Ambitus: Gubernia (departamento): Santiago de Cuba et Puerto Principe — 67460 kmq.

Incolae: catholici 299066, protestantes nonnulli,
Sacerdotes: 83, Clerici: 4, Paroeciae: 55,
Ecclesiae, sacella etc.: 91.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Sancti Christophori de Habana:*

Sancti Christophori de Habana (San Cristobal de la Habana) dioecesis erecta est d. 10. Sept. 1787 a Pio VI.

Ambitus: Insula Cuba exceptis guberniis Santiago de Cuba et Puerto Principe.

Incolae: catholicorum 1 147 000, acatholicorum 15 000, ex quibus sunt 14 000 Sinensium infidelium et 1000 haeretici.

Sacerdotes: 228, Clerici: 20, Paroeciae: 147,
Ecclesiae et sacella: 237.

---

[1] Teste Auberto Miraeo 1620 urbis S. Dominici archiepiscopo in Hispaniola insula hi suberant episcopi: 1) Insulae S. Joannis de Portu divite episcopus; 2) Cubae insulae episcopus in urbe S. Jacobi residens, qui et Habanae oppido praeerat; 3) Venezolanae provinciae episcopus in urbe Coro residens (?); 4) episcopus Margaritae seu S. Jacobi „de las Caracas", quem alii referunt ad provinciam S. Fidei Bogotanae.

Ad provinciam Dominicopolitanam spectabat quoque abbatia Jamaicana, quae fuit illustre canonicorum collegium, in Jamaica insula residens.

3. *Dioecesis Sancti Joannis de Portu divite:*

Portus dives (Puertorico); dioecesis S. Joannis de Portu divite erecta fuit a. 1511 bulla Julii Papae II. d. d. 8. Augusti ejusdem anni.

Ambitus: Confinia dioecesis S. Joannis de Portu divite extendebantur ab initio ultra insulam Portus divitis ad provinciam Cumanam — Costa firme — quae segregata est ineunte saeculo, quando Americae partes meridionales et septentrionales ab Hispania recesserunt; quo facto, dioecesis reducta est ad terminos hujus insulae et duarum parvarum insularum subjacentium, scilicet Vicques et Culebra.

Incolae: catholicorum 80000; exstat templum acatholicorum in civitate Ponce pro extraneis, qui vix 100 conficiunt convenientes ibi ex omni sectarum genere.

Sacerdotes: 136, Clerici: 7, Paroeciae: 80.

## II. Archidioecesis Sancti Dominici.

Sancti Dominici (Santo Domingo) dioecesis ab a. 1508, archidioecesis creata a Paulo III. cum suffraganeis ecclesiis: de Cuba, Portus divitis, de Caracas, de Jamaica (abbatia).

Ambitus: Respublica Dominicana.

Incolae (1888): Catholici 382711, judaei et protestantes extranei 7500,

Sacerdotes: 47,

Paroeciae: 58 ex quibus 4 in republica Haïtiana,

Ecclesiae: 58, Sacella: 36, Sacella privata: 2.

## III. Provincia ecclesiastica Portus Principis.

Haec provincia ecclesiastica erecta est d. 3. Oct. 1861 et tam late patet ac respublica Haïtiana. Metropolitanae ecclesiae subditae sunt episcopales: Gonaïvesensis, Cajesensis, Capitis Haïtiani, Portus Pacis.

1. *Archidioecesis Portus Principis:*

Portus Principis (Port au Prince), metropolis a d. 3. Oct. 1861.

Ambitus: Gubernium occidentale reipublicae Haïtianae.

Incolae: 350000, fere omnes catholici,

Sacerdotes: 32, Paroeciae: 18,

Ecclesiae: 17, Sacella: 115.

Sedes suffraganeae:

2. *Dioecesis Gonaïvesensis:*

Gonaïvesium (Gonaïve), dioecesis erecta d. 3. Oct. 1861; administratur ab archiepiscopo.

Ambitus: Gubernium Artibonite reipublicae Haïtianae.

Incolae: ca. 110000, fere omnes catholici,

Sacerdotes: 15, Paroeciae: 9,

Ecclesiae: 9, Sacella: 21.

3. *Dioecesis Cajesensis:*

Cajesa (Les Cajes), dioecesis erecta d. 3. Oct. 1861; administratur ab archiepiscopo.

Ambitus: Gubernium meridionale reipublicae Haïtianae.

Incolae: catholicorum ca. 200000, Sacerdotes: 25,

Paroeciae: 21, Ecclesiae: 21, Sacella: 74.

4. *Dioecesis Capitis Haïtiani:*

Caput Haïtianum (Cap Haïtien), dioecesis erecta 3. Oct. 1861.

Ambitus: Gubernium septentrionale reipublicae Haïtianae.

Incolae: catholicorum 240000, protestantes ca. 1000,

Sacerdotes: 34, Paroeciae: 21,

Ecclesiae: 21, Sacella: 38, Oratoria: 2.

5. *Dioecesis Portus Pacis:*

Portus Pacis (Port de Paix), dioecesis erecta d. 3. Oct. 1861; administratur ab episcopo Haïtiano.

Ambitus: Gubernium occiduo-septentrionale,

Incolae: catholicorum ca. 35000, protestantes pauci,

Sacerdotes: 7 ex quibus 4 regulares,

Paroeciae: 4, Ecclesiae: 4, Sacella: 3.

## IV. Vicariatus apostolicus Jamaicae.

Jamaica, vicariatus apostolicus erectus d. 10. Jan. 1837. Residentia vicarii: Kingston.

Ambitus: Insula Jamaica,

Incolae: Catholici 11200, acatholici ?

Sacerdotes: 9 fere omnes e societate Jesu,

Stationes: primariae 2, subsidiariae 27.

## V. Provincia ecclesiastica Portus Hispaniae.

Ex vicariatu apostolico ab Antillis nuncupato successivis annis sejunctae sunt novae missiones. A. 1835 erectus est vicariatus ab insula Trinidad nuncupatus, ex quo postea vicariatus Jamaicae et vicariatus Guyanae Britannicae dismembrati sunt. Anno tandem 1850 in territorio, quod reliquum superfuerat vicariatus Trinidad, erectae sunt archidioecesis Portus Hispaniae ac dioecesis Rosenensis, in provinciam ecclesiasticam ordinatae.

1. *Archidioecesis Portus Hispaniae:*

Portus Hispaniae (Port d'Espagne), archidioecesis erecta a. 1850.

Ambitus: Insulae Trinidad, Tabago, Grenada, Santa Lucia, St. Vincent minoresque interjectae — 6264 kmq.

Incolae: 933476, ex quibus catholicorum ca. 150000,

Sacerdotes: 50, quorum 2 indigenae,

Stationes primariae: 41, Statio subsidiaria: 1,

Ecclesiae: 73.

Sedes suffraganea:

2. *Dioecesis Rosenensis:*

Rosena (Roseau), dioecesis erecta a. 1850.

Ambitus: Insulae Antigua, Anguilla, Anegada, Barbuda, Culebra, Dominica, Gorda, Montserrat, Nevis, Redonda, S. Christophorus, Tortola, St. Jean, St. Thomas, Ste. Croix, quarum tres postremae Danis, reliquae Anglis subduntur.

Incolae: 146 000, quorum 50 000 catholicorum,
Sacerdotes: 21, quorum unus indigena,
Stationes: primariae 18, secundariae 14,
Ecclesiae: 21, Sacella: 5.

### VI. Dioecesis Guadelupensis seu Imae Telluris.

Cf. Provincia ecclesiastica Burdigalensis.

### VII. Dioecesis Sancti Petri et Arcis Gallicae.

Cf. Provincia ecclesiastica Burdigalensis.

### VIII. Vicariatus apostolicus Curaçao.

Hic vicariatus apostolicus erectus est a. 1842.

Ambitus: Insulae Curaçao, Buen Ayre, Aruba, Saba, S. Eustatius et pars Hollandica insulae S. Martini.

Incolae: 42 000, ex quibus catholicorum ca. 37 000,
Sacerdotes: 24, ex quibus 14 Dominicani,
Stationes: primariae 15, subsidiaria 1,
Ecclesiae: 16, Sacella: 4.

### Conspectus summarius

dioecesium in insulis Antillarum existentium.

| Dioeceses. | Catholici. | Sacerdotes. |
|---|---|---|
| Archidioecesis Sancti Jacobi de Cuba . . . | 299 066 | 83 |
| Dioecesis Sancti Christophori de Habana . . | 1 147 000 | 228 |
| „ „ Joannis Portus divitis . . . | 80 000 | 136 |
| Provincia eccles. Sancti Jacobi de Cuba | 1 526 066 | 447 |
| Archidioecesis Sancti Dominici . . . . . . | 382 711 | 47 |
| Archidioecesis Portus Principis . . . . . . | 350 000 | 32 |
| Dioecesis Ganaïvesensis . . . . . . . . . | 110 000 | 15 |
| „ Cajesensis . . . . . . . . . . | 200 000 | 25 |
| „ Capitis Haïtiani . . . . . . . | 240 000 | 34 |
| „ Portus Pacis . . . . . . . . . | 35 000 | 7 |
| Provincia ecclesiastica Portus Principis | 935 000 | 113 |
| Vicariatus apostolicus Jamaicae . . . . . | 11 200 | 9 |
| Archidioecesis Portus Hispaniae . . . . . | 150 000 | 50 |
| Dioecesis Rosensis . . . . . . . . . . . | 50 000 | 21 |
| Provincia ecclesiastica Portus Hispaniae | 200 000 | 71 |
| Dioecesis Guadelupensis seu Imae Telluris [1] } | | |
| „ Sancti Petri et Arcis Gallicae [1] . . } | | |
| Vicariatus apostolicus Curaçao . . . . . . | 37 000 | 24 |
| Summa | 3 091 977 | 711 |

[1] Cf. Provincia ecclesiastica Burdigalensis.

## Caput undetrigesimum.

# Status Americae septentrionalis foederati.

Ditio universa Americae septentrionalis statuum foederatorum in 38 status sive respublicas et districtum Columbiae et 8 territoria (a. 1889) divisa est.

Propter originis rerumpublicarum cum dioecesium origine connexionem hic summa earum rerum capita, quae ad illustrandam illam conferunt, colligimus.

Die 2. Julii 1776 coloniae 13 declaratae sunt liberae et independentes respublicae eaque declaratio d. 4. Julii proclamata est. Nomen „statuum unitorum" a d. 9. Sept. ejusdem anni in usu est.

Singulae unionis partes secundum ordinem adhaesionis erant: 1) Delaware (7. Dec. 1787), 2) Pennsylvania (12. Dec. 1787), 3) New Jersey (18. Dec. 1787), 4) Georgia (2. Jan. 1788), 5) Connecticut (9. Jan. 1788), 6) Massachusetts (2. Febr. 1788), 7) Maryland (28. Apr. 1788), 8) Carolina meridionalis (23. Maji 1788), 9) New Hampshire (21. Jun. 1788), 10) Virginia (26. Jun. 1788), 11) New York (26. Jul. 1788), 12) Carolina septentrionalis (21. Mart. 1789), 13) Rhode Island (29. Maji 1790).

Vi litterarum patentium (Chartres), quas Angliae reges coloniis Virginiae, Massachusetts, Connecticut, New York, Georgiae concesserant, illarum ditiones per totam Americam septentrionalem in transversum usque ad oram maris occidentalem transibant. Marylandia vero, Pennsylvania, Delaware, New Jersey, Rhode Island, New Hampshire primitus Virginiae vel Massachusetts partes erant, a quibus paulatim diremtae ideoque a principio certis limitibus circumscriptae sunt.

Eo tempore Galli omnem ab occidente Alleghany montium terrae tractum tenebant, quem suae Luisianae coloniae accensebant, ita ut hujus coloniae pars septentrionalis Canadam et ipsam Gallicam attingeret. Sed et Canada et pars Luisianae ab oriente fluminis Mississippi sita pace a. 1763 conclusa Angliae cessit, ideoque pace Versaliensi a. 1783, qua Angli statuum tredecim Americae septentrionalis independentiam agnoverunt, plaga inter Alleghany montes et Mississippi sita his statibus adjecta est. Haec nova

regio a singulis statibus gubernio foederali permissa est, a quo a. 1787 pars, quae a flumine Ohio ad aquilo-occidentem sita est, et a. 1790 altera, ad austro-orientem sita, in territoriorum, ut vocant, formam constituta est.

Ut ostia quoque Mississippi in unione comprehenderentur, a. 1803 Luisiana empta est; utque omnis regio ad sinum Mexicanum adjacens ab extraneorum dominio libera evaderet, a. 1819 eodem modo Florida ex Hispanorum manibus acquisita est.

Postea terra ad utramque fluvii Columbiae ripam sita, Oregon, in unionem adnexa, Texas, California Novumque Mexicum occupata sunt, ut jam tota pars media continentis Americae septentrionalis ad unionem pertineat.

## A. Missiones in coloniis, quae olim erant Anglorum, Americae septentrionalis.

1. In coloniis Anglorum Americanis missionariorum opera et labor ad Marylandiam et Pennsylvaniam coarctabatur; initia autem missionis eadem sunt atque initia coloniae Marylandiae, quam vir nobilis Baltimore, Hibernus catholicus, a Carolo I., Angliae rege, feudum acceperat, ut sibi civibusque suis catholicis tranquillas a persecutionibus stabiliret sedes. Tres societatis Jesu Patres a primo principio curam animarum susceperant prospereque et inter catholicos advenas et inter indigenas (Indianos) laborabant. Sed protestantibus e Virginia immigrantibus pax, quam coloni quaesiverant, turbata et eadem paulatim atque in Anglia catholicorum persecutio excitata est, usque dum a. 1776 tredecim coloniae jugum Anglorum excuterent. Per totum vero illud tempus missionarii in suo permanserunt loco. Duo vel plures continuo Jesuitae opus in ea vinea faciebant; quo id successu praestiterint, inde patet, quod a. 1785 in statu Marylandiae 16000 catholicorum Anglorum et Hibernorum sub 19 sacerdotum cura atque in statu Pennsylvaniae ca. 7000 catholicorum inventi sunt.

Nota. Missio societatis Jesu Marylandica a. 1767 ab undeviginti missionariis excolebatur, octo Anglis, quattuor Marylandis, quatuor Germanis, uno Belga unoque Hiberno vel forte duobus, nam ejus, qui ultimo loco nominatur P. O' Reilly patria non indicatur. Ceterorum nomina sunt: Joannes Lewis, Georgius Hunter, Joseph Mosley, Joseph Hattershey, Joannes Williams, Jacobus Walton, Jacobus Bradual, Richardus Harding, Angli; Joannes Bonce, Ignatius Matthews, Benedictus Neale, Thomas Diggs, Marylandi; Ferdinandus Farmer, Jacobus Pellentz, Jacobus Frambach, Matthias Manners, Germani; Ludovicus Koels, Flandro-Belga; Joannes Ashton, Hibernus. (Ex archivio quondam domus professae [al Gesù] S. J. Rom.) P. Jacobus Frambach, Germanus, natus 1723, in societatem ingressus a. 1744, studuit per tres annos philosophiae, per quattuor theologiae, a. 1767 missionarius in Marylandia; ingenio bono et judicio prudenti commendatus.

In Virginia fides crebris angustiis impedita progressus magnos nunquam fecit. Verum quidem est, medio saec. 16. sacerdotes quosdam, primorum exploratorum socios, has perlustrasse regiones, ad ripas fluminis Rappahannock ecclesiam sub titulo Immaculatae Conceptionis B. V. M. exstruxisse et, ut fertur, terram suo sanguine baptizasse. Attamen Deo aliter disponente, omnia signa Hispanicae in Virginia ditionis, sola memoria superstite, perierunt. A. 1584 venerunt Angli sub duce Gualterio Raleigh; qui terras exploraverunt et omnia de eis fausta in Angliam retulerunt; Elisabeth regina in propriae virginitatis honorem nomen Virginiae regioni imposuit. A. 1607 colonia Anglicana vigore litterarum Jacobi I. territorium occupavit et tanto intolerantiae et persecutionis spiritu circummunivit, ut duos tantum annos ante declaratam Americae independentiam in terra ista, ubi ingressus sacerdotis mortis poena prohibebatur, lege statutum sit, ne catholicus ullus possit arma possidere, testimonium in foro dicere etc. Sacerdotes, qui primi sub isto regimine terram Virgineam pedibus triverunt, rapti fuerunt anno Domini 1614, catenis vincti et in mortis discrimen solius religionis causa vocati. Sacerdotes e Marylandia identidem incursiones fecerunt et sparsis hic illic catholicis sacramenta administrarunt.

Praeterea 1774 Joannes Carroll, sacerdos dioeceseos Baltimorae posteaque ejusdem insignis episcopus atque archiepiscopus, semel in mense visitabat familiam catholicam, nomine Brent, in comitatu Stafford locatam et in exercitio religionis litteris Jacobi II. ex parte custoditam. Eodem tempore Rev. Georgius Hunter loca confinia, haud pariter tamen munita, alienis vestibus indutus clam visitabat; ita etiam Jacobus Frambach S. J. sacerdos oppidum „Harper's Ferry", donec proditus vitam de igneis saevientium armis fuga vix eripuit. Vindicata autem, suffragantibus nationibus catholicis, independentia Americana dies fidei secundiores oriebantur.

A. 1784 clerus statuum unitorum Americae septentrionalis suppliciter a Sancta Sede petivit, ut superior ex ipsorum numero electus ecclesiae Americanae regendae praeficeretur. Cui petitioni Summus Pontifex Pius VI. benigne annuens, Doctorem Joannem Carroll, venerabilis memoriae, huic muneri designavit eundemque post sex annos Baltimorae creavit episcopum, cujus jurisdictio novae reipublicae fines comprehendebat. Numero quidem paucissimi fideles erant et diversissimis ac disjunctissimis in locis sparsi, a Florida nempe ad Canadensem regionem ex una parte, ex altera vero ab Atlantico oceano ad rivum Mississippi. Huc accessit a. 1805 cura dioeceseos Neo-Aurelianensis, quae tunc immensas quoque regiones ipsa amplectebatur, cujus autem administratio per septem annos eidem praesuli Baltimorensi demandata est. Cui tanto operi Joannes Carroll, episcopus, haud se praebuit imparem.

Hoc quidem tempore opportune ad hasce oras plures appulerunt sacerdotes, pietate doctrinaque insignes, quos perturbatio Gallica exsulare compulerat, ex quibus alii, qui erant presbyteri Sancti Sulpitii, seminarium majus Baltimorae a. 1791 fundaverunt, ad dignitatem Marianae facultatis sacrae theologiae a Pio VIII. Papa a. 1822 evectum; alii vero strenuam in civitatibus, oppidis, variis locis necnon et apud silvestres homines catholici nominis operam navarunt. Plures quoque Patres qui fuerant societatis Jesu tunc suppressae, cujus ordinis et ipse fuerat sacerdos professus Rmus. praesul Baltimorensis, mox in dioecesim adscivit, quos partim missionibus partim scholae, a se a. 1789 Georgiopoli fundatae, praefecit. Haec autem schola in collegium Georgiopolitanum a. 1801 mutata, universitatis nomine ac privilegiis comitiis generalibus fuit a. 1815 decorata. Eodem nomine, iisdem privilegiis collegium S. Mariae Baltimorense, seminario majori adnexum, jam ab a. 1804 gaudebat; nec post multos annos iisdem pariter collegium S. Mariae ad Montes, a. 1809 fundatum, insignitum est. Quibus rebus factum est, ut non tantum clericis formandis, sed pueris doctrina pietateque imbuendis satis bene provideretur. Puellarum quoque bonae institutioni providere coeptum est a. 1808, quando moniales Visitationis conventum scholamque Georgiopoli fundaverunt.

Crescente vero numero operariorum ovium quoque numerus crescebat. Quibus quo melius consuleretur, 4 sedes episcopales Bardensis, Bostoniensis, Neo-Eboracensis, Philadelphiensis a. 1808 a Pio Papa VII. erigebantur, quo factum est, ut sedis Baltimorensis jam tunc ad dignitatem metropolitanam evecta, limites haberet a septentrione Pennsylvaniae statum, Alleghanios vero montes ab occidente, a meridie denique Floridam, quae tunc in Hispanorum erat potestate, sicque praeter Marylandiae provinciam status quattuor Virginiae, Carolinarum septentrionalis meridionalisque et Georgiae complecteretur. Hi vero status erectione sedis Carolopolitanae, quae Carolinas duas cum Georgia, et Richmondensis, quae totam complectebatur Virginiam, ab ecclesia Baltimorensi a. 1820 divulsi sunt. Jamvero ab a. 1820 archidioecesis Baltimorensis per se nihil comprehendebat praeter Marylandiae statum cum districtu foederali Columbiae. Ineunte autem 1868 a Pio Papa IX. nova sedes episcopalis Wilmingtoniensis in statu Delaware erecta est, quae totam Marylandiae partem (Eastern shore) ad orientem sinus Chesapeake recipiebat. Sic archidioecesis in praesentem amplitudinem redacta est.

Nota. P. Joannes Carroll, Marylandus, natus 8. Jan. 1736, ingressus in societatem 7. Sept. 1753; studuit philosophiae per tres, theologiae per quattuor annos; docuit philosophiam et theologiam; ingenio, prudentia, scientia ad omnia munia aptus esse judicabatur.

(Ex archivio quondam domus professae Rom.)

## 2. Conspectus generalis

**ecclesiae catholicae in Statibus Foederatis pro anno 1830 adornatus.**

(Fons: Allgemeiner Religions- und Kirchenfreund. 1833.)

| Dioeceses. | Status et districtus. | Incolae. | Catholici. |
|---|---|---|---|
| Archid. Baltimore | Maryland | 446 913 | |
| | Columbia (districtus) | 39 558 | |
| | | 486 471 | 70 000 |
| Dioec. Richmond | Virginia | 1 211 266 | 4 000 |
| Dioec. Boston | Maine | 399 468 | |
| | New Hampshire | 269 533 | |
| | Massachusetts | 610 014 | |
| | Rhode Island | 97 210 | |
| | Connecticut | 297 111 | |
| | Vermont | 286 679 | |
| | | 1 960 015 | |
| Dioec. New York | New York | 1 913 508 | |
| | New Jersey (ex parte) | 160 479 | |
| | | 2 073 987 | 80 000 |
| Dioec. Philadelphia | Pennsylvania | 1 347 672 | |
| | Delaware | 76 739 | |
| | New Jersey (ex parte) | 160 300 | |
| | | 1 584 711 | ca. 100 000 |
| Dioec. Bardstown | Kentucky | 688 884 | |
| | Tennessee | 684 882 | |
| | | 1 373 766 | 22 000 |
| Dioec. Vincennes | Indiana | 341 582 | |
| | Illinois | 157 575 | |
| | | 499 157 | 8 000 |
| Dioec. Charleston | Carolina septentrion. | 738 470 | |
| | „ meridionalis | 581 458 | |
| | Georgia | 516 504 | |
| | | 1 836 432 | 11 000 |
| Dioec. Cincinnati et Detroit | Territor. occiduo-sept. | 15 009 | |
| | Michigan | 31 128 | |
| | Ohio | 937 679 | |
| | | 983 807 | 30 000 |
| Dioec. New Orleans | Luisiana | 215 791 | |
| | Mississippi | 136 806 | |
| | | 352 597 | 132 000 |
| Dioec. Mobile | Alabama | 309 206 | |
| | Florida | 34 725 | |
| | | 343 931 | 8 000 |
| Dioec. Sancti Ludovici | Missouri | 140 084 | |
| | Arkansas | 30 383 | |
| | | 170 467 | 30 000 |

3. A. 1838 ecclesia catholica unitorum Americae septentrionalis statuum 15 dioeceses, 324 ecclesias, 223 stationes alias, 334 sacerdotes cura animarum fungentes, 88 sacerdotes alio modo occupatos, 148 theologiae candidatos, 15 instituta litteraria juvenum, 38 instituta educationis superioris puellarum numeravit.

A. 1842 dioeceses 16 numeratae sunt, 541 ecclesiae (insuper 50, quarum constructio incepta erat) 470 stationes aliae, 448 sacerdotes curati, 114 sacerdotes alio modo occupati, 180 candidati theologiae, 21 instituta litteraria juvenum, 48 instituta educationis puellarum superioris. Sequens tabella singularum dioecesium exhibet numeros:

